



123



2 400 40



MADE IN SPAIN

123

N. del Collegio della Comp. de' Sc. di Granada N. 1000

GVLIELMI

RONDELETII

DOCTORIS MEDICI

ET MEDICINAE IN SCHOLA

MONSPELIENSI PRO-

FESSORIS RE-

GII.

Libri de Piscibus Marinis, in quibus
veræ Piscium effigies expressæ sunt.

*Quæ in tota Piscium historia contineantur, indicat
Elenchus pagina nona & decima.*

Postremò accesserunt Indices necessarij.



LUGDUNI,

Apud Matthiam Bonhomme.

M. D. LIIII.

Cum Priuilegio Regis ad duodecim annos.



Priilege du Roy.



E N R Y Par la grace de Dieu Roy de France à noz amez & feaux Conscilliers les gens tenans noz cours de parlement à Paris, Tholose, Rouan, Bourdeaux, Aix, Grenoble, Diion, Senechaux, Baillifz & Preuostz desdits lieux, Lyon, Poictou, Berry, Champaigne, Iuge d'Aniou & du Maine, & à tous noz autres iusticiers & officiers ou leurs lieutenans, salut & dilection. Nostre cher & bien amé maistre

GVILLAVME RONDELET docteur regent en la faculté de Medecine en nostre ville de Montpellier, nous ha fait remōstrer que avec grāds fraiz & labeurs auroit recueilly vn grand nombre de poissons tant de Mer que de Lacz & Fleuves : desquelz poissons il auroit fait anatomie, & leuer le pourtrait au plus près du naturel, pour iceux inserer dans les liures, qu'il en auroit composés, & de long temps y auroit prins grand peine & diligence pour en faire vne histoire au plus vray qu'il luy auroit esté possible mettre en lumiere avec lesditz portraitz: Ensemble vn autre ceuvre intitulé DE FORMIS REMEDIORVM, & COMMENTAIRES sus Dioscorides, avec vne OFFICINE pour les Apoticaire: lesquelz liures pour n'estre moins vtiles que agreables aux Lecteurs, il desireroit faire imprimer: mais il doubte que aucuns Imprimeurs ou autres, que ceux à qui il auroit donné charge, se voufissent ingerer d'iceux liures imprimer, ou en faire faire extrait, ou epitome, ou les traduire en François, ou autre langaige, chose qui ne se peut bien faire au gré ou intétion de l'Auteur, & qui luy pourroit desguiser son ouurage, & le frustrer de son intétion de le faire. Et aussi en cela luy tollir les fraiz de ses labeurs, qu'ilz ha fait, & conuendra faire, s'il n'auoit surce noz lettres de permission ou priuilege: Nous humblement requerant icelles luy ottroyer pour le tēps qu'il nous plaira:

P O V R C E Est il, que nous inclinant liberalement à la supplication dudit RONDELET, & en cest endroit luy suruenir à ce qu'il se puisse aucunement releuer des fraiz, qu'ilz luy ha ia conuenue & conuendra faire tant à luy que à ceux qui auront charge de luy, pour mettre en lumiere & impression lesditz liures, A icelluy RONDELET & à l'imprimeur ou libraire ayant charge pour luy, auons de nostre grace speciale donné & donnons priuilege, congé, licence & permission d'imprimer & faire imprimer en telle marge & de telz caracteres que bon leur semblera, & mettre en vente & distribuer tous & chacuns lesditz liures avec inhibitions & deffences à tous de quelque qualité qu'ilz soyent, de ne traduire en François, ny faire autre epitome desdits liures. Et à tous libraires & autres ne les imprimer, ny faire imprimer en quelque sorte que ce soit, ny en apporter vendre d'autres Imprimeurs autre part, ny en debiter, ny en distribuer d'au-

tres que ceux imprimés par celluy qui aura charge dudit suppliant, iusques au temps & terme de douze ans, à conter du iour & datte, que la premiere impression desditz liures sera paracheuée d'imprimer, & ce sur peine de confiscation desditz liures, & d'amende arbitraire, & de tous despens, dômaiges & interestz enuers les parties. Et outre voulons & tel est nostre plaisir, que mettant ledit suppliant ou l'Imprimeur ayant charge de luy, en brief au commencement ou à la fin desditz liures le contenu en noz presentes lettres au vray, Que icelles lettres soyent tenues pour suffisamment signifiées & veües à la cognoissance de tous Libraires, Imprimeurs & autres: Et que ce soit de tel effect & vertu, que si elles auoyent esté expressement & particulièrement signifiées, sans s'ilz vouloyent pretendre que le brief extrait du priuilege mis ausditz liures ne fust selon la verité de ces presentes. Et pource en demanderoient exhibition leur estre faite. Auquel cas leur permettons faire telle demande que bon leur semblera, par deuant le Seneschal de Lyon ou son lieutenant seulement, sans ce que autres iuges en puissent prendre cour, iurisdiction ou cognoissance, laquelle leur auons du tout interdit & deffendu, interdisons & deffendons par cesdites presentes. Et vous mandons à chacun de vous endroit soy, & comme à luy appartiendra, que noz presens priuilege, congé & permission: & de tout le contenu en icelles vous faites, souffrez & laissez icelluy suppliant & tous ceux qui auront charge pour luy, iouyr & vser plainement & paisiblement, sans leur faire ou donner empeschement au contraire: Lequel si fait, mis ou donné leur estoit, reparez, & remettez, ou faites reparer & remettre incontinant & sans delay au premier estat & deu. Et à ce faire souffrir & obeir contraignez ou faites contraindre par toutes voyes deües & raisonnables: car tel est nostre plaisir, Non obstant oppositions ou appellations quelconques, & sans preiudice d'icelles: pour lesquelles ne voulons estre differé, en quelconques lettres à ce contraires. Donné à Marchais le xxviii. iour de Iuin, lan de grace mil cinq cens cinquante quatre. Et de nostre regne le huietième.

Par le Roy en son conseil,

De Lomenie,

LEUES, publiées & enregistrées au papier de la cour de la Seneschaucée de Lyon, ouy sur ce Monsieur le procureur du Roy en ladite Seneschaucée à ce consentant. Fait à Lyon le vnziesme iour d'Aoust, lan mil cinq cens cinquante quatre.

l. Tignac,

l. Croppet.



AMPLISSIMO CARDINALI FRANCISCO A TVRNONE GVLIELMVS

RONDELETIVS S.




LORIA HOMINIBVS EST MAXIMUM ad præclaras res gerendas incitamentum Cardinalis illustrissime, vixque inuenitur qui laboribus susceptis periculisque aditis non quasi mercedem rerum gestarum & veræ virtutis fructum desideret gloriam, huius gradibus in cælum ascenderunt tot illustres Græci & Romani viri, quos priora sæcula tulerunt, ex quibus ij gloria maximè excellere iudicantur, qui siue pacis siue belli artibus præstantes maximis beneficiis Republicam suam cumularunt. Quos imitati maiores tui in Gallica nostra Republica gerenda tam fortiter ac præclare sese gesserunt, vt summæ eorum virtutis ac magnorum in patriam meritorum fama illustris apud omnes sit peruagata, atque ideo in sempiterna gloria sint futuri. In eodem curriculo tanta cum laude semper versatus es, vt maximis negotiis obeundis, & gubernaculis Reipublicæ tractandis maiorum tuorum gloriam plurimum illustraueris. Verùm hæc gloria, quoniam etiam si non concupiscas, sponte tanquam umbra virtutem sequitur, per seipsa desiderabilis, atq; expetenda mihi esse nõ videtur, sed potius virtus ipsa, quam Deus Opt. Max. hominesque omnes tum maximè approbant, quum in aliorum cõmoda confertur. Nihil honestius, nihil homine Christiano dignius quàm de vniuerso hominum genere bene mereri, atq; omnium cõmodis vtilitatq; seruire. Quod vt pro mea parte facerem, omni studio sum conatus. A te enim impetrata quiete obætatem iam ingrauescentem morbisq; obnoxia, cœpi rursus in hac nostra præclara Monspelienfi Academia tractare & contemplari res cognitione dignissimas, diuinam & nondum omnibus planè perspectam corporis humani fabricã, stirpes plantasq; multiples & varias quibus regio nostra abundat, metalla, pisces, aliaque plura quæ medico vel necessaria sunt, vel perutilia: neq; enim breuibus cancellis

circumscripta est medendi scientia, sed multarum & magnarum rerum cognitione instructus atque ornatus esse debet is, qui Medici nomine dignus haberi velit. Ex iis omnibus cum tractationem quandam De piscibus, quam iam olim quum in comitatu tuo essem inchoatam habueram, tibi doctis que multis non displicere intellexissem, retexui atque in ordinem redegi, multis que & iustissimis causis inductus, ut in nomine tuo opus id appareret, effeci. Nam qui piscium, plantarum, atque aliarum huiusmodi rerum singularum historiam conscribit, si sit in tenui re, si perpetuo domi & in Bibliotheca sedeat, si sit illi cum libris solis, mutis magistris consuetudo, pauca pro multis, saepe incerta pro certis, falsa pro veris proponens intemperanter abutetur & otio & literis. Magni igitur sumptus in pictores, in scalptores, atque alios artifices faciendi sunt, diuersa loca diligenter perlustranda, docti viri, & in ea re de qua scribitur exercitati, atque in literas literatosque omnes bene affecti saepe conueniendi, saepe cum eis agendum & differendum, ut eorum iudicio experientiaque in rebus certius diiudicandis utamur. Quae omnia per te sum consecutus: Quum enim Galliam, Germaniam superiorem, Italiam obires, atque una tecum essem, liberalitate & benignitate tua adiutus (neque enim mihi aut priuato cuiquam homini, sed Principi aut munifico alicui Moeenati sumptus in eam rem faciendi fuerant) omnia subcisiua tempora contuli in ea conquirenda, quae ad institutum opus De piscibus pertinebant, usus sum etiam iudicio & consilio eruditorum hominum, quos summa tua humanitate atque egregia erga literas voluntate ad te allicis, foues ac ornas. Quare foetum hunc tuum domi tuae natum iure tibi vendicare potes, quem ut vrsi facere solent, qui foetus informes lambendo figurant, domi expoliui atque auxi, quantum mihi a publico docendi munere atque a domesticis negotiis vacauit. Eum itaque cum iam exire posse videatur, ad te mitto, ut meam singularem erga te voluntatem ac referendi beneficij cupidissimam testatam apud animum tuum relinquam. Nam ut liberales viri & facultatibus abundantes vinci se beneficiis turpissimum esse ducunt: ita qui ab iis beneficium acceperunt, si gratiam referre non possunt quanta debetur, nisi tamen habeant quantam maximam animi capere possunt, iis turpissima ingrati animi nota est inureda, a cuius criminis etiam suspitione me alienissimum esse, non possum tibi certiùs testificari atque demonstrare, quam mittendo hoc munere, quod sum mis laboribus, maximis vigiliis, maximo impendio mihi constitit, ut eo nomine tibi gratius esse debeat, quod rarissimum sit, & carissimum. Quod si tibi placere intellexero, animum meum valde confirmaueris,

ris, maximamque in spem veniam fore, ut auspicio tuo multo tutius in publicum prodire possit, ac improborum quidem & maleuolorum maledicta effugere, in bonorum autem & literatorum hominum multitudine multo ornatus atque splendidius comparere. Bene vale Cardinalis Illustrissime, Calendis Augusti.

1554.



PETRVS COSTVS AD
GVLIELMVM RONDELE-
TIVM MEDICVM PRAE-
STANTISSIMVM.

53

*Vidimus ingentes, immania corpora cetos
Humida natalis linqere tella soli:
Offensisque tuis victor Neptune quadrigis
Ad nos se ex medijs eripuisse vadis.
Vidimus & proprijs orbatum piscibus aequor:
Nec patrios retinet carula turba sinus
Vsa est porticibus, primo te vindice, nostris:
Sicq; mare & terras aluens vnus habet.
Scilicet haec vna est laudū, vir summe, tuarum,
Ut quod erat pelagi, feceris esse soli.
Quicquid & Euphrates fuluis spectatus arenis,
Quicquid & effusus parturit Ister aquis,
Ultima quod Thyle, & celeres videre Britanni,
Quicquid & immensis Africa vorticibus,
Quicquid Arabs tota dubius spectauit Erytra,
Et mirata suo est Caspia porta sinu,
Quicquid & Oceanus praevastis fluctibus ambit,
Hoc totum vna tui continet ora libri.*

a 3

CAROLI CLVSII
E L E C T I A.

Quisquis squamigeros pisces, genus omne natantum
Nosse cupis, præfens perlege Lector opus.
Quod tibi florenti contexit integer ævo
Rondeletus Medici gloria rara chori.
Inuenies hinc qui saxis stabulentur opacis,
Incuruisque colant proxima litoribus.
Hinc lupus immitis, soleæ, trigla, melanuri,
Trachuronque greges, sepia, mugil, elops,
Anthias hinc, scarus & perca, turdique videntes,
Hippuri celeres, Iulides & lamia:
Et muræna ferox, aurique imitata colorem
Chrysophrys, sargus, scorpius, atque faber:
Et congri, rapidique canes, & glaucus utroque
Solstitio nunquam conspiciendus, adest:
Et qui prædaro clauduntur tegmine pisces,
Cancer & obliquis gressibus æquor agens:
Missilibus spinis horrens spectatur echinus,
Et varijs gaudens polypus insidijs:
Fallax limosas piscatrix rana paludes
Incolit, & rigido conficit ore cibos,
Difficilisque trygon, quo cernitur æquore toto
Nil magis pestiferum, sed medicamen habet:
Callida torpedo mira se fraude tuetur,
Dum piscatorum membra rigere facit:
Nautilus æquoreis cautus spatiat in undis,
Et gaudet celeres assimilare rates:
Sulcantiem puppim fluctus echeneis, & altis
Flatibus impulsam, sola tenere potest:
Inuenies blandos curui delphinis amores,
Vt duri xiphia in tristia fata ruant:
Vt Phocæ catulos miro sectentur amore,
Vt stolidus scomber retia sponte subit:
Quas pelagi sedes teneant immania cete,
Vt passim rapiant squamigerum omne genus.
Denique quicquid habent & pontus, & aspera saxa,
Codice in angusto picta videre licet.
Ergo cum vario celebrentur carmine vates,
Et quisquis medica nomen ab arte tulit,
Et qui solertis naturæ arcana recludunt.
Cur laudem præfens non mereatur opus?
Ex hoc nanque potes verum cognoscere causas,
Orta vel immenso monstra stupenda mari.
Quinetiam morbis medicam superantibus artcm,
Vnus sæpe tulit piscis, & alter, opem.

E L E N C H V S L I B R O -
R V M O M N I V M
D E P I S C I B V S.

Primum quæ ad vniuersam piscium omnium cognitionem pertinent, quatuor libris traduntur, scilicet: Quæ piscium differentiarum sumantur à vita viuendique ratione: à locis, in quibus degunt: ab alimentis, quibus vescuntur.

A partium siue communium siue propriarum multiplici varietate, à substantia, figura, magnitudine, situ, numero, exuperantia, defectu, sapore, odore, colore, *id est, Cypræ, etc.*

A singulis corporis piscium partibus, capite, oculis, auribus, ore, rostro, maxillis, dentibus, fistula, branchiis, &c. & ab earundem usu.

A piscium generatione, motione, respiratione, sensibus, moribus.

Sequuntur singulorum piscium descriptiones, quorum singula genera singulis libris explicantur, iis igitur comprehenduntur.

Lati & compressi & squamosi pisces, vt aurata, sparus & similes.

Saxatiles atque his proximi, maxima ex parte lati & compressi.

Pisciculi, vt aphyarum genera, & quæ figura proxima sunt, etiam si magnitudine differant.

Lacertorum genera, sphyranæ, acus, thunni, & cyanei pisces.

Pisces ferè rotundi & non compressi, squamosi, vt mugiles, lupi, aselli.

His rotundiores, rubescentes crassoque capite, ut cuculus, miluus, nulli.

Plani non cartilaginei, rhombi, passeris, soleæ.

Plani cartilaginei, pastinacæ, raræ, & similes.

Longi, conger, serpens, muræna.

Peregrini, orbes, orthroriscus atque alij plures.

Cetacei, beluæ marinæ, monstra.

Hæc sunt genera piscium sanguine prædatorum, quibus subiunguntur pisces sanguinis expertes.

Molles polypi, loligines, sepia.

Crusta tenui contexti, locustæ, cancri.

Hæc sunt quæ in hoc opere continentur, quibus prope diem succedent reliqua genera, quæ sanguine vacant. scilicet,

Quæ testacea vocantur, conchæ, siue vnica, siue duplici testa constantes.

Turbinata & cochleæ.

Insecta & zoophyta.

Vt mari proxima sunt marina stagna, ita de piscibus marinorum stagnorum proximè dicetur.

Tum de piscibus aquarum dulcium ut lacuum magnorum.

De piscibus fluuiorum.

De palustribus & terrenis.

De amphibiiis.

Quibus omnibus vniuersa piscium historia comprehenditur.

PRÆ



PRÆFATIO OPERIS

AD LECTOREM.


§§



VE MADMODVM vniuersitatem rerum qua omnia continentur, hominis causa conditam, ita hominem Dei causa creatum fuisse nemo est sana mentis qui non fateatur. Quam obrem homo in hoc splendido domicilio, vel potius in pulcherrimo theatro collocatus celum, lumina, stellas, aërem, aquam, terram, plantas, animantia omnia denique mundi corpora, tanta arte condita, tam excellenti ornata specie, tam mirabili harmonia connexa, tanta vi prædita, tam pulchro ordine distributa contemplari debet. Primum ut illustribus testimonio quocunque oculos circumferat de Deo opifice atque architecto totius huius operis, summè bono, sapiente, verace, iusto, benefico animum confirmet, quò ad eum amandum, venerandum, colendum magis ac magis incitetur: deinde ut his quæ in sui gratiam condita esse agnoscit ad commoditates suas utatur, ad Dei gloriam omnia referens. His autem quæ non nouit nemo rectè uti potest. Quare omne studium, omnem operam, industriam, curam in id conferre debent præclari viri, ut eorum omnium quæ in terra, aëre, aqua gignuntur, causas, actiones, vires, facultates, formas intemoscant. Hac equidem exercitatione nihil præstantius esse duco, nec ullam rem aliam esse existimo (dempto vnico Dei verbo quod sacris literis continetur) quæ illustrius Deum nobis ob oculos ponat, quæq; in hac vitæ nostræ caligine, & tanta opinionum varietate nobis propius inspicendum præbeat, quoad ipsum architectum æternum Patrem, Filium & Spiritum sanctum coram intueamur. Verum hæc pulcherrimarum rerum cognitio magnas ac varias multiplicisque difficultates posteris ad eam aspirantibus reliquit: cum enim diuersis in locis & à diuersis hominibus tradita & demonstrata fuerit, in discendis diuersis linguis maior & melior ætatis nostræ pars conterenda est, sed ne hoc quidem satis fuit: nam quæ est mentis humana imbecillitas, à vero sæpe aberrant homines, interdum quæ rectè literis mandata sunt, vel temporum iniuria intercidunt, vel hominum ignorantia deprauantur. Ratione igitur & conformato, atque instructo ad diiudicandas res ingenio opus fuit. Quare differendi artem veluti organum seu certam viam, vel ad rectè, ordine, perspicuè docendum, vel ad ea quæ tradita sunt expendenda & ad calculos

revocanda, scriptam nobis reliquerunt. Cui vicinam artem adiunxerunt, qua
 de omni re proposita, ornatè, copiosè, splendide adhibitis luminibus orationis
 docet dicere. His artibus instructus facilius atque certius in rerum cognoscen-
 darum studiis versari potest, & ea quæ novit rectius & dilucidius explicare.
 Cum verò res discenda, singula atque ideo infinita sint, quibus cognoscendis
 plurimorum hominum atates, nedum unius, non sufficerent, ingeniosi viri
 uniuersam methodum excogitarunt, id est, certam viam atque rationem, &
 ordinem, quibus veluti manu deducimur ad res singulas inspiciendas. Hæc
 methodus philosophia naturali & mathematicis continetur. His enim corpo-
 rum principia prima, elementa, causa traduntur, quæ his accidunt, immutatio-
 nes, earum cause tum à superioribus, tum ab inferioribus corporibus profectæ,
 atque alia huiusmodi quæ Aristoteles libris *περὶ φυσικῶν ἀποδείξεως, περὶ
 ἔργων, περὶ ἡμετέρας καὶ ἄλλων, περὶ μετεωρολογικῶν, περὶ ψυχῆς, περὶ ἀποδεί-
 ξεως τῶν ἀποδείξεων*, atque aliquot aliis libris proprie atque ingeniosè explicauit.
 Hæc est uniuersa rerum contemplatio, quæ ut primum ita non solum tenen-
 da est, sed ad singula deueniendum, utpote quorum gratia uniuersa discun-
 tur: nam ut prudenter scripsit Galenus uniuersalium scientia necessaria est,
 deinde particularium exercitatio. Quamobrem Aristoteles ad particularium
 exercitationem de generatione animalium, de eorum partibus, de Historia li-
 bros edidit magno illo Alexandro ad ea quæ conquirenda erant sumptus sup-
 peditante. Idem de Plantis scripserat, quæ cum inchoata reliquisset, Theophras-
 tus discipulus persecutus est, aliâque plura ut pisces, metalla, lapides, quæ ma-
 gno studiosorum incommodo maiore ex parte interciderunt. Huic prouinciæ se
 adiunxit Dioscorides, qui ea quæ *διόσκορος* nouerat, vel ab aliis acceperat sum-
 ma diligentia literis mandauit. Plinius verò inter omnes summa laude di-
 gnus, qui ex melioribus autoribus optima quaque decerpens, integram natura-
 lem historiam contexit, cum quo, quem conferre possemus autorem nullum
 haberemus, si longiore vita à Deo data quadam recognoscere, & in iudicium
 adhibere potuisset. Cum igitur fieri non possit, ut unus omnia præstet, eum de
 literis possimè mereri existimo, qui non diligenter in eandem curam & stu-
 dium incubuerit, qui que pro viribus studiosos hac in parte iuuare non conten-
 derit. Quam ignauis culpam cum effugere vellem, cumque in literas & lite-
 rarum amantes optimè semper fuerim animatus, pro virili parte sum cona-
 tus piscium historiam nec ex veterum libris satis hodie intellectam, nec à re-
 centioribus rectè explicatam literis illustrare. Neque verò me à scribendo de-
 terruerunt illi qui de eadem re libellos nuper ediderunt, in quibus sunt qui
 conspectis chartis meis, argumenti nouitate & iconum pulchritudine impul-
 si, hancque gloriam mihi praripere volentes, magnam partem scriptorum
 suorum ex meis consuerunt, sed ad eam rem tractandam tam imparati, ut
 in piscium partibus ad eorum notitiam necessarius, exprimendis turpissimè
 hallucinati sint, in piscibus nominandis, in citandis veterum locis, & temere
 ad sensa sua accommodandis grauissimè errarint, adeo ut ex horum libro-
 rum lectione nihilo peritior euadat lector. Ego contra magno labore, magna
 rei fa

rei familiaris iactura, in nostro litore, in Gallia, in Italia, aliisque in locis pisces
 diu conquisiui, nonnullos per amicos recuperavi, dissecui, internas & externas
 partes diu multumque sum contemplatus. Aristotelis, Theophrasti, Galeni,
 Athenæi, Oppiani, Aeliani, Plinij testimonia adhibui, ex quorum fide &
 doctrina pisces ita expressimus, ut non solum eos, qui his libris depinguntur, sis
 cogniturus, sed etiam ad aliorum omnium qui sese offerent notitiam, via tibi
 sit munita. Horum autorum locos alios ad necessariam confirmationem & de-
 clarationem eorum quæ proponuntur, proferimus, alios explicamus, alios emen-
 damus, & meliores reddimus. Cuius rei Lectorem admoneri oportuit, ne te-
 mere coniectos & confarinosos esse autorum locos, ad implendas paginas exi-
 stimet. Hæc omnia si quis consideret, non unius hominis opera perfici potuisse
 intelliget. Hæc itaque *ἐπιδήμη* mea in lucem emitto multorum eruditorum
 & bonorum virorum doctrina & iudicio usus, autoritate atque adhortatio-
 ne compulsus. Primum omnium Gulielmum Pelicerium Monspeliensem
 Episcopum in honestissimarum & pulcherrimarum rerum cognitione præcel-
 lentem, non solum piscium, sed etiam stirpium plantarumque ac multarum
 aliarum rerum historia cognoscenda suaorem, autorem atque præceptorem
 habui. Gulielmi Caulij Allobrogum Præfecti, antiquitatis peritissimi, &
 erga literatos omnes liberalissimi opera librum de conchis & turbinatis au-
 ctiores reddidi. Eò accesserunt hortatores assidui & adiutores Monspe-
 lienfes Doctores Medici, necnon Parisienses Medici clarissimi, Iacobus
 Syluius & Iacobus Gouppylus. Quibus omnibus atque aliis multis,
 quorum in hisce libris memini, tantam habeo gratiam, quan-
 tam debeo, gratoque erga omnes animo me perpetuo fu-
 turum profiteor. Tu verò, studiose Lector, hoc
 nostrum opus candido animo excipe, inte-
 rim dum quæ ad Piscium historiam
 omnino perficiendam supersunt,
 excuduntur, atque ca-
 gnitu perutilia tibi
 preparantur.



IOANNIS PELISSONIS
CONDRIACENSIS IN
LIBROS G. RONDE-
LETII DOCTORIS
MEDICI.

Optimus ille mihi medicus sit iure colendus,
Cui vis Astrorum cognita præbet iter.
Et quod agit, nouit, nec eum variantia fallunt
Tempora, nec quod ei mens agit augurium.
Sed venturorum præfagus, casibus huius
Mortalis vitæ quo medeatur habet.
Nec sinit esse locum morbis, dum creditur illi,
Dátque voluptati frans salutis amor.
Nam mores habitusque hominum pernouit, & horum
Ex iis affectus æstimat & vitia.
Morborum species, & cursus, atque recursus,
Vires, causas, & semina prima tenet.
Quid prius erumpat, quid mox sobolescat, acerbis
Quanta sit appendix inde futura malis.
Quomodo succurrat tutò, ac bene consulat ægro,
Cumque Deo miserum liberet interitu.
Quòd si fortè grauis qui nos saepe inficit aër,
Impediat curam, vimque malo adiiciat,
Et remedi gnarus Bedicus doctissimus ille
Aëra diuina temperat artis ope.
Et tempestates ac singula tempora seruat,
Sydereasque vices nocte dieque videt.
Nec tibi terra parit, de quo medicamina fiant,
Quod quoque non idem calleat omne tibi.
Sic igitur tandem prouisis omnibus ille
Te saluum, felix reddit & incolumem.
Quòd si Neptuni lustrauerit Ennosigæi
Mirificis opibus regna superba Dei,
Notoriumque sibi cumulus adiecerit inde
Omnia quæ mentis condiderit studium.
Næ mihi quum totum disciplina ambiat orbem,
Possit Alexicaci nomen habere patris.
Quam laudem famamque tuam quum viceris, & iam
Rondelete tibi cesserit inuidia,
Istis qui scriptis decus immortalè mereris,
Et de Principibus principis esse loci,
Quid nisi doctor es ex omni iam parte rotundus
Perfectum numeris quod reor esse suis?

FINIS.

IN GRATIAM AVTORIS
Mauritius Scæua.

Iam cælum & tellus longè patuere, sed ultra
Quàm fuerint prisca edita de tabulis.
Restabat tantum Neptunia visere regna,
Humida regna suis qua patet æquor aquis:
Quæ Phæbus, qui cuncta videt, non nouerat vnquam,
Assiduo quæ amuis decubet Oceano.
Nunc, quod nulli hominum licuit penetrasse, licebit
Ire sub vndosas, atque aperire vias:
Noscere squamosas hominum, turmasque gigantum,
Atque Ops per similes quas alit ipsa feras.
Pelea quot variis lustris Thetis vda figuris
Tot Monstra hic pinnis sunt variata suis.
Nec solùm formas, sed ab his noua pharmaca disces
Haud fecus atque herbis cernis Apollineis.
Rondelete, suo quantum terra addita Ponto,
Tantum Mnemosyne debeat illa tue.

IN EFFIGIEM G. RONDELETII
Iacobus Dalecampius.


Squamosos pisces, vitreas qui corpore sulcant
Vndas, atque greges Protee diue tuos,
Qui nitida primus Latio describere penna
Est ausus nostro tempore, talis erat,
Doctis ingenium libris per sæcula viuet,
Vendicat hæc facies corpus ab interitu,
Sic utraque sui restabit parte, nec vnquam
Occidet, et æternus posteritatis honos,

IN EANDEM. IOANNES CAVLIVS.

Docta manus potuit viuos effingere vultus,
Verius expressit doctum opus, ingenium.

IN EANDEM. IOANNES
Nicolaus Victorius

Quorsum opus hos buxco pallenti incidere vultus?
Aut sacra victuris ora referre typis?
Esse solent miseris fluxa hæc solatia vitæ:
Maius mortali hic vertice culmen habet.
Tolle tuas Lysippe artes: sibi conscia virtus
Nullius externa nititur artus ope.
Qui vaga lustrauit Glauci penetralia Regis,
Et mira æquoreas arte retexit opes,
Ille potest laqueum ferali mittere Parca,
Et Strygiam intrepida fronte videre ratem.
Dum torta Triton perflabit cærule concha,
Æquoreis que canet classica rauca Deis:
Dum vitreo pascet Proteus sub gurgite phocas,
Neptunique petent pascua nota greges:
Florebit viuax auctoris gloria: quum iam
Victa situ buxus, araque puluis erunt.



G V L I E L M I
R O N D E L E T I I
D E P I S C I B V S
L I B E R I.



Piscium differentia cur initio cognoscenda.

CAPUT I.



C O G N I T I O N E M Contemplationemque piscium via & ordine tractaturus, non videor mihi aliunde commodius initium facere posse, quam a differentijs quibus a se distinguuntur. Ut enim eorum quae in terris gignuntur siue animalium, siue stirpium sine notis proprijs certisq; , quibus dissident, notitia nulla haberi potest: sic nec eorum quae in aquis nascuntur, nisi differentijs suis, quas multas habent, a sese discernantur. Quare a quibus rebus ea petatur primum ostendemus: deinde singulas ordine, breuiterque pertractabimus. Sed antequam hoc aggrediamur, exponendum est, cur tam sollicitè piscium differentias inuestigandas esse existimemus. Proposita enim rei utilitas, eaque permagna & studiosos ad nostra attentius, libentiusq; legenda incitabit, & maleuolorum reprimet maledicta, qui nostram hac in re diligentiam, effusosq; sumptus vellicant & reprehendunt: se bene doctos, ac se de rebus vix solo nomine cognitis praclarè differere existimantes, quum in scholis de suggesto, nullo repugnante, apud imperitos cum admiratione & applausu multa effutiunt: inepti sanè & ridiculi, qui ea quae non nouerunt, confidenter doceant, & impudenter ostentent. Duæ igitur imprimis sunt causæ, cur piscium differentias indagare necesse sit: vna, vt illorum naturam sicut variam, ita abstrusam & mirabilem perspectam habeamus:

A



P E T R V S C O S T V S
I N E F F I G I E M G V L I E L .
Rondeletij Medici Præstantissimi.



*O si tam verè tenui te ponere celo
Ante oculos hominum qui potuisset, erat:
Quàm bene venturo liber hic delinat æuo
Ingenij vultum, spemque decusque tui:
Iam non se docto Magnus iactaret Apelle,
Nec Phidiam efferret clara Minerva suum.
Illa habeat casus alieno munere vultus,
At tu animi Phidias diceris esse tui.*

altera, vt singulorum formam figuramque internoscamus. Quæ duæ causæ tam necessariæ sunt, tamque inter se connexæ, vt alterutrius ope destitutus perfectam de piscibus cognitionem parare non possis. Naturæ enim ac temperamenti cognitio quid prodest formam & figuram non agnoscenti? Aut cur piscium nomina quædam celebramus, cum eos non possimus, quum offeruntur, seligere? Commemorat alius antiquorum Poëtarum versus de piscibus, alius garum mulumque, acipenserem alius laudat, innumeros item alios, alius semper in ore habet, quos, si proponantur, non possit internoscere. Scaurum, squillam, melanurum videre cupiunt multi, querunt etiam studiosissimè, quos tamen non rarè manibus tractant, ac ijs inscientes vescuntur. Vranoscopi fel, præfens ad oculorum suffusiones remedium esse aiunt Medici, pastinacæ iecur ad pruritus conferre prædicat, coracinorum salsamenta ad carbunculos discutiendos, remoram ad iudicia & amatoria veneficia valere affirmat. At his omnibus, multisque alijs præstatis remedijs, destituti sunt ij, à quibus piscium notitia neglecta fuit. Iam cõuenientem victus rationem sanis aut ægris, quomodo præscribet is, qui solas piscium formas habet in promptu, temperamentum illorum ignorat? Corporis autem naturam temperamentumque; nõquam is tenebit, cui quibus alimētis vescantur pisces, quibus in aquis vitam traducant, num in littore, num inter saxa, num in ostijs fluminum degant, non exploratum fuerit: vt melioribus vtatur, à deterioribus, iisque qui naturæ suæ accommodata loca pabulæque; nacti nõ sunt, abstineat. Cognoscenda igitur forma naturæque piscium, & ex illorum differentijs petendæ: quæ omnibus, & Medico præsertim expeditæ esse debent. Quæ enim Medicinæ pars sanitatem tuetur, hinc ætate, siccioribus naturis, pueris, denique omnibus quibus humidior victus ratio conuenit, alimenta depromit accommodata. Quæ verò morbos depellit, innumerabilia ac efficacissima remedia inde accersit. Quot emaciatos & penè marcore confectos, squillarum vel cancrorum vsu pristinae sanitati restituerim: Quot oculorum suffusiones ac cicatrices vranoscopi, ac ranæ piscatricis felle curauerim, nihil attinet hinc recensere. Quid? iuuenem quendam olim cum scirrho hepatis penè confirmato iam iam in hydropem omnium iudicio prolapsurus videretur, nos præter omnium opinionem medicamento ex oleo hepatis centrinae, mastiche, spica Celtica, ac modico styrace confecto curauimus. Inueteratam neruorum contractionem, & remedijs maximis rebellem, eodem hepatis centrinae oleo non sine magna admiratione planè sanauimus. Alia item innumera ac præclara sunt, à nobis è piscibus parata remedia, quæ suo loco commodius exponuntur.

Quæ

Quæ sint piscium differentiæ.

CAPUT II.



VM perutilis necessariæque sit piscium cognitio, & illa ex eorum differentijs pendeat, quæ qualisq; sint nunc recēlere oportet, si prius admonuerimus differentiæ nomē hinc latius patere, vt omne id quod aliud ab alio quoquo modo differre facit, significet, siue id accidens sit, quod possit, vel non possit separari, siue proprium. Cum enim veræ differentiæ maximèque propriæ paucissimæ sint & inuentu difficilimæ, in tanta penuria, antiquorum Philosophorum exemplo ad alias nobis confugiendum fuit, quibus ita perspicuè & dilucidè res indicantur, vt earum distinctio pernosci possit, etiam si differentijs maximè proprijs careamus: nam vt scribit Arist. etiam accidentia ad cognoscendum quid res sit, valde cõferunt. Piscium igitur, vt ceterorum animalium differentiæ à vita viuendique consuetudine, à partibus, ab actionibus, à moribus omnino sumuntur, & his tanquam illustribus notis, omnium quæ in aqua viuunt, animalium discrimina distinguemus. Hanc viam nobis indicauit Arist. & eadem animalium naturam est persequutus: eadem in plantarum historia describenda progressus est Theophrastus, eadem & nos in ea quæ mare continet penetrabimus, ab iisque initijs profecti totius nostri negotij & originem, & progressionem persequemur. Piscis enim vniuersi generis nomen est, quo infinitæ diuersæque formæ concluduntur: quod si eadem similibus disciplina, cur non similis in omnibus erit inueniendi tradendique ratio? Similem ergo in omnibus cursum teneamus, & ab eo quod primum in partitione positum est, hoc est, à piscium vita illorum differentias inquiremus.

Lib. i. de
Hist. Anim.
cap. i.
Lib. i. de
Hist. plantarum.

De differentijs quæ à piscium vita sumuntur.

CAPUT III.



RESPICVA magis & lectori iucundior fiet sequens oratio, si quid sit à piscibus, id est, piscium vita viuendique ratio, breuiter declarauerimus. Quam ergo pisces aquæ partem siue regionem incolunt, locorum constitutionem in quibus viuunt, alimenta quibus vescuntur & augetur, denique omnia quæ singulorum naturæ vitæque; tuendæ necessaria sunt, per piscium vitam, viuendique rationem hinc intelligimus. Hac autem pisces à se differre oportere experientia ipsa docet: pro diuersa enim maris natura, pro fluuio, lacuum, aliorumque locorum varietate, etiam eadem piscium formæ temperamento & succo plurimum à sese discrepant: tantam verò in iisdem etiam formis disparitatem, quod, nisi ad aquarum & alimentorum naturam re-

A 2

Lib. 5. de
Hist. Anim.
cap. 11.

ferre debeamus, non video: cuius rei locupletissimus testis est Arist. Quemadmodum, inquit, stirpium & quadrupedum animantium magna est pro locorum varietate differentia, cum ad omnem corporis commoditatem, tum maximè ad frequentiore coitum, generationemque: sic in piscibus locorum ratio causa est maximæ eorum differentia: non solum in magnitudine & optima nutritione, sed etiam in coitu & partu, ut ijdem alibi magis, alibi minus generent. Quamobrè solea, lupus, mullus, passer, rhombus, mugil, aliq; multi in mari capti, succi saporisque gratia longè eis excellunt, quos stagna maris, aut fluviorum ostia aluerunt. Marinum mullum à lutario sic differre gustu ipso experiri licet, ut non minor inter hos quàm inter pratensem & montanam perdicem dissimilitudo comperiatur: sic lupi qui in fluminibus aut eorum ostijs degunt, ab ijs qui in alto natant tantoperè distant, ut etiam veteri ac perito piscatori diuersæ speciei esse videantur.

Lib. 3. de fa-
cultat. alimen-
torum.

Hanc differentiam Gal. diligenter annotauit. Mugil, ait, ex squamiformum pisciū est genere, nasciturque non in mari modò, verum etiam in stagnis & fluuijs: proinde particulares mugiles magnum inter se discrimen habent, adeò ut pelagici mugilis genus diuersum esse videatur, ab eo quod in fluminibus, stagnis, lacubus, aut riuis vrbium cloacas expurgantibus prouenit. Eorum sanè caro qui in aquis limosis ac sordidis degunt, excrementitia est admodum & mucosa: optima autem eorum qui in puro mari degunt, præcipuè cum ventorum procellis agitur. His aliquanto post subiungit. Fiunt nulli optimi ut ceteri omnes pisces, tum ob maris puritatem, tum ob alimentorum præstantiam: alioqui enim non insuaues solùm, sed etiam ad concoquendum difficiles sunt, malique succi: Simile est ijs quod cecinit Horatius his versibus.

Lib. 7. serm. 7.
Satyra 2.

*Unde datum sentis, lupus, hic Tyberinus, an alto
Captus hiet, pontisne inter iactatus, an amnis
Ostia sub Tusci? & cætera.*

Lib. 8. cap. 16. Extat & apud Columellam non illepidè dictum huic loco accommodatissimum. Cum ad Numidiū hospitem Cassini Philippus diuertisset, & sibi è vicino flumine lupum formosum appositum gustasset, expuissetque, dixit, peream, ni piscem putavi esse. Usque adeo à tyberino vel marino differre cognouit, ut illum nomine piscis indignum iudicaret. Verum his omisissis, si rationem ipsam intueri voles, verissima ista omnino esse comperies. Quem enim corporibus nostris aër ambiens vsus, eundem aqua piscibus præbet. Qui enim corpora nostra aër continet, ea nunc calida reddens, nunc frigida, aliàs humore superuacaneo perfundens, aliàs præter modum exsiccans, alijsque multis modis afficiens, variè commutare solet: sic piscium naturam, atque substantiam aqua similiter immutat, vndique circumfusa eos suo

suo humore imbuens, atque peruadens, ac intro alimenti & refrigerationis necessitate attracta, similem inuehens intemperaturæ suæ constitutionem. Calidior siquidem aqua, aut frigidior, aut siccior (falsa enim facultate sicca dicitur) pisces suo temperamento similes cur non efficiet? Porro cum eiusmodi soleant esse corporum habitus, cuiusmodi sunt humorum quibus nutriuntur constitutiones, talisque in his succi generentur, qualia sunt alimenta quibus illa vescuntur, pisces qui pura temperataque enutriuntur aqua, temperata similiter & optima carne esse necesse est: contra qui in inquinatis, impuris, malæque temperatis aquis adolescunt, illos etiã pabuli vitia retinere oportet. Vtriusque modi, naturæque fluuius latus spectaculum nobis præbet, in quo pisces non pauci natant, specie formæque pares, carnis firmitate, succi præstantia longè dispares, hic ab infimis montium Cemenorum radicibus oriens, primùm leni tractu è fontibus labens, puro solo excipitur, nec torrentes incurrunt qui placide manantis aquæ alueum turbent: itaque incorruptus, idemque frigidissimus, & vbiq; fontibus suis similis primùm fluit: illū deinde mox Monspelienfis ager excipit, hinc torrentium aquis, agrorum quos alluit humore crasso, sordibus, & eluue cloacarum infectus priorem puritatem amittens, limosus & impurus, in stagnū fluit. Latera dictū. Ergo qui in eius fontibus, superioribusque locis aluntur pisces, fluminis integritatem, & puritatem seruant, hisque salubriores, & deliciores vix vlli habentur. Atqui inferioribus in locis defecerunt, ut pabulo inquinatiore sunt alti, sic carnis, saporisque gratia nulla præditi sunt, imò adeò insalubres, ut vescentibus non rarò febres ex putredine generent. Non igitur mediocriter confert in piscium constituendis differentijs, quibus illi in locis degant, quibus cibis alantur, cognoscere, atque pro horum varietate, piscium quoque naturam variari manifestò liquet. Salmonem aquitanicū Plinius marinis omnibus præfert, amia byzantia, rhodia vulpecula, anguilla bæotica, ponticus mus, megarèsis thynnus, charistia manides, eretici pagri, maximè commendantur. At cur, si locus & pabulum nullum adferant emolumentum? Salpa quæ circa ebusum capitur, inter veterum delicias numeratur: sed obscœnus piscis alibi, & qui nusquam percoqui potest, inquit Plinius, nisi ferula verberetur. Lutetiæ raia est in precio: itaque & ditiorum epulis comparatur. hanc Gallia Narbonensis spernit, nec in ea ferè quisquam est, qui huius vsus iucundum habeat, aut sibi salubrem esse putet. Item cyprinos, lucios, tincas reliqua Gallia celebrat, & ijs libentiùs frequentiusque quàm alijs vescitur: At eosdem spernunt Narbonenses, damnant, ut vidimus, Romani, quorum omnium causam, pascuorum probitati & locorum constitutioni debemus tribuere.

Lib. 9. cap. 18.

Ibidem.

Aquam piscium locum esse proprium.

CAPUT IIII.



VM singula quæ cæli complexu coërentur, effector omnium Deus crearet, quæ primùm à se facta sunt, ea in operis reliqui materiam sibi delegit, vt cuique rei nouæ efficiendæ conuenirét: pisces itaque geniturus, à se creatas priùs aquas tanquam in societatem conuocauit, ab illisque operis materiam capiēs, aquatiliū animantium progeniem excitauit. Hoc Philosophorum literis mandatum est, & sacrarum literarum testimonio, cui fidem abrogare non licet, confirmatur. Iussit Deus, inquit Moses, vt aqua natatiles ederet animantes, & volucres quæ supra terrā per aërem volarent, creauitq; Deus ingentia cete, & omne genus fluitantium animalium, & alatarum volucrum, quæcunque ex aqua originem trahentia mouentur: quam rem cum videret esse bonam, benedixit ijs, his verbis, Fecitificate, multiplicamini, replete aquas in mari. Mira sanè potentia bonitatisque omnium rerum Creatoris: hac benedictione (vt sacræ scripturæ vocabulo vtatur) vt aquæ sponte sua pisces producerent, effecit, idq; quod humani ingenij vim excedit, nulla feminis intercedente natura. Huius aquatiliū generationis primordijque rudimenta non rarò apparent, argumentum incomprehensæ potentia & diuinæ artis. Possum certè quod vidi verisimilè scribere. Locus est inter Montempelium, Pezenatium & Betiras collibus vndique septus: hunc fons nullus irrigat, nullus fluuius, palus aut lacus alluit: denique in illum præter imbrem de cælo nullus humor influit, eum fortè pluuiæ paucis antè diebus quàm illac iter faceremus compleuerant, natura piscibus exornauerat, cyprinique inter alios plurimi apparebant. Hoc idem in Gallia stagnis intueri licet, in quæ nulla vnquā principia aut semina multorum variorumq; piscium qui in his reperiuntur, sunt iniecta. At hæc constare quomodo possunt, nisi ex aqua sint geniti? nisi eadem piscium propria sedes, ac vitæ congruens sit domicilium? Hæc certè sententiæ nostræ plurimùm suffragantur, & piscium proprium esse elementum aquam docent: illi aqua generati, eadem educati augetur, nec potiore cibo pasti, ocyus ad iustum incrementum perueniunt, in eadem commodissimè omne vitæ tempus transigunt, proli incumbunt, lusus, iocos, pugnasque frequenter exercent: & quod mirari liceat, domos priuatissimè recessus deligunt, in quibus salubriter viuunt, aut si grauior vis alicunde inciderit, securi delitescant. Hinc vulgatum illud, quum eum qui prospera & integra valetudine fruatur, Pisce saniores esse dicimus. Quare propria piscium sedes est aqua: hinc nisi per vim non abdu

Genesios
cap. 1.

abducuntur, occidunt, etiam celeriter, si extra eam diutius retineantur. Quomodo enim à naturali elemento seclusi quieti consisterent? necessariòque natiui caloris pabulo, id est, aqua destituti, quomodo non extinguerentur?

A mari, lacubus, fluminibus piscium
differentias sumi.

CAPUT V.



VM aqua cōueniens & commodus sit piscium locus, & veluti proprium elementum, eam ob causam inde varias piscium differentias sumpserunt Philosophi. Quos itaque mare continet, hos *θαλαττεις* Græci, nos marinos dicimus. Quos fluuij, vt cyprinos, phoxinos, barbos, aliosque huiusmodi pepererunt: ab illis *ποταμιοι*, à nobis fluuiatiles appellantur. Qui in lacubus gignuntur, aut lacustrium aquarum pabulo magis gaudent, quales brama, carpiones, pigi, lauari, vt vulgari verbo vtatur, à Græcis *λιμναιοι*, à nobis lacustres nominantur. His *τελμηλαιες*, id est, palustres addemus: nam quò verius ranam & lutariā testudinem, quam *εμυδα* vocant, referemus? Hæc igitur & si qua alia memoria & literarum luce digna paludibus occuluntur, diligenter inquiremus, & in apertum proferemus. Ergo constitutis his quatuor summis differentiarum generibus, piscium omnium varietatem indagabimus, exordium à mari ducentes, à quo digressi stagna paludisque ingrediemur, ad flumina postremò venturi.

De differentijs quæ à mari sumuntur.

CAPUT VI.



VOS vtrò citròque mare gignit nutritque pisces, hi communi eodemque nomine marini nuncupantur. At quauis iisdem principijs omnes geniti sint, eodem elemento semper contineantur, ab eadem natura alantur & augetur, plurimùm tamen sunt dissimiles locisque seiuncti: alios enim solitudo profundique maris recessus oblectant, alios fera immanisque natura huc & illuc agit, & ad vitam raptò quærendam concitat. Denique alij alijs oblectantur, quæ in tanta maris vastitate cum innumerabilia sint, singulatim describi non possunt. Quid igitur? partiendum nobis est mare, & quemadmodum animalium quæ in terra degunt discrimina Philosophi à terræ partibus, sic nos marinorum piscium differentias à maris partibus cōstituemus. Quare sic mare vniuersum distribuemus, vt imis

imis & altissimis eius locis primum locum tribuamus: alterum, litoribus terræ quæ vicinis aquis: tertium saxa alluentibus. Qui igitur in intimis profundisque recessibus degunt, litora continentique propiores vndas euitant, quales Thynni, amia, lamia, zygæna, galei omnes, raie, pastinacæ, glauci, erythrini, conghi, pagri, scorpiones, afelli, alijque huiusmodi qui præda raptoque viuunt, hi primam differentiam efficient, à Græcis πελάγιοι, à nobis, in imo profundoque maris degentes nuncupabuntur. Qui mucro eluuiæque maris usque purgamentis quæ in continentem vndarum fluctibus propelluntur, vitam sustinent, atque ideo litoribus terræque; proximas sedes elegerunt ἀγιαλάδες, id est, litorales appellantur: huiusmodi sunt canthari, scarabei à Gaza nominati, oculata, mugiles, nulli, gobij. Præter hos alii sunt qui meliori gaudet pabulo, & ut minus noxijs delicatioribusque alimentis vescuntur, ita alijs meliores salubriorisque habentur, hi musco, alijs quæ marinis herbis pascuntur, & eius rei gratia proxima saxis domicilia deligunt, & in illis puriora salubrioraque pascua carpentes confescent, quos ὠρεσάουσι Græci, saxatiles Latini dicunt. Huius ordinis sunt scari, cynædi, turdi, merula, perca, exocæti.

De differentia piscium ex marinis stagnis sumpta.

CAPUT VII.

VENTORVM procellis agitato mari, & aquis decliuiores terræ partes subeuntibus complentibusque, stagna amplissima altissimaque; aliquando esse facta, satis probant veteres historia: idem etiam efferunt te sese è suis sedibus maris vnda, patrum nostrorum memoria apud nos contigisse accepimus. Quin & maris aquas è proprijs finibus in latissimos campos iam maris magnitudine non contenta hominis deduxit industria. Cuius rei fidem faciunt in Gallia Narbonensi, maximè Monspelienfium agro stagna magnis operibus, ingentibus effosis alueis in amplissimos agros deriuata, speciem maris, stagnum esse non animaduertentibus, præbentia. Hæc innumerabilem piscium multitudinem continent, nec piscium copia varietatēque à mari valde superantur: itaque in his totidem ferè piscium formæ degunt, quot pelagus à natura donatum est, aut certè in eis pauca species desiderantur. Quare in ijs soleæ, passeres, rhombi, lupi, mormyri, gobiones, squillulæ, cancri, mytuli, pelorides, frequentissime capiuntur: tamen ut verum fateamur, carnis firmitudine, succi bonitate, saporis suauitate, multò marinis inferiores, quæ nota

nota maximè à marinis secernuntur, & λιμνογαλαττίς, id est, in marinis stagnis degentes nominamus.

De piscium differentia ex lacubus paludibusque sumpta.

CAPUT VIII.



M marinorum piscium tribus generibus, quartum ex marinis stagnis sumptum proximo capite adiunxerimus, ipsa rerum nominisque affinitas, fluminibus tantisper relictis, ad dulces aquas stagnantes, quibus lacus paludisque; comprehendimus, diuertere nos cogit. Quem admodum igitur stagna quædam mari extra littora diffuente, quædam hominum opera facta sunt, ita in decliuia, & inferiora loca ex montibus irruentes aquæ, in eisdemque asseruata, stagna, lacus paludisque replent, nonnulla inundant è fontibus & fluminibus sponte promanantes, interdum etiam hominum arte deriuata aquæ, horum plurima maximi sunt nominis in Gallia & Italia, sed illa potissimum celebrantur, quæ magna quædam flumina præterfluunt, aut ex quibus eadem ipsa oriuntur. Omnia piscium maxima varietate abundant, nec ijs accola marinos præstare putant: quibus quidam proprii sunt, quorum similes & eiusdem generis nulli in alijs stagnis reperiuntur. Lauaretum (sic incolæ vocant) solus Lemanus lacus alit, carpionem in Italia vnus Benacus profert. In alpium radicibus, Larius & Verbanus lacus tantum pigum nutriunt, ceteris lacubus insolentem. Plurimos tamen communes habent, quorum genus aliquod vix in vno fuerit, quod etiam in alio non reperias: hi magna ex parte sunt barbi, lucij, perca, cyprini, alijque innumeri qui à loco nomen, ut dictum est, sortiuntur: nam vel λιμνοίσι vel τελευμαίοισι dicuntur. Sed si quis miretur lucios hinc inter lacustres, alibi verò à nobis inter fluuiatiles referri, intelligat pisces quosdam ancipitem agere vitam, id est, hoc loco, aquarum dissidentem contrariamque consecrari naturam, ut ijdem in fluuijs, lacubus, paludibus, vrbium arciumque; fossis reperiatur, nec minus hinc, quam illic gratis pabulis fruuntur: huiusmodi sunt lucius, cyprinus, perca, brama, alijque qui gulæ magis ventrique dediti sunt, quam escarum integritatem probitatēque sectentur, nec omnibus sine discrimine fluuijs, aut lacubus delectantur, sed ijs potissimum qui suæ voluptati sunt accommodatiores: quamobrè, eos tantum fluuios aut lacus, brama (exempli gratia) sectatur qui stagnorum naturam tranquillitatemque imitantur: qui præcipiti ac rapido cursu torrentium modo ruunt, bramam non alunt, in placidis alioqui leniterque fluentibus aquis frequentè. Etenim hæc pingues sunt, & saginandis piscibus mirificè accommodata. Brama-

rum delicias, & gratissima pascua, huiusmodi fluuios & lacus Gallia Belgica multos habet, in quibus frequenter capiuntur, & in Arari, quæ Lugduni lota dicitur, quam nonnulli mustellorū, alij gobionum generi ascribunt, de qua quid sentiam, dicam suo loco. In stagnis lacubusque tinca, cyprinique capiuntur, non modò numero multitudinēq; celebres, verum etiam corporis proceritate insignes: cum enim mucò & sordibus vescantur, in iis que locis degāt, quæ harum copiam permagnā suppedient, necessariò fit, vt celeriter in magnam molem accrescant. Quæ cum ita sint, hi etiam pisces differentijs à locis in quibus viuunt, petitis distinguendi sunt. Quare qui in fluuijs geniti educatiq; fuerunt, ποτάμιοι, qui in lacubus λιμναῖοι, qui in paludibus τελευμαλαοι cæterorum modo appellabūtur. Quoties igitur in piscium anticipis vitæ mentionem inciderimus, de quibus loquamur epitheton ostendēt: nam si (verbi gratia) de lucio sit sermo, fluuiatilem vel lacustrem adiungemus. Hactenus de piscibus qui in dulcibus aquis stagnantibus degunt: iam de fluuiatilibus agendum.

De differentijs piscium à fluminibus sumptis.

CAPUT IX.

QUEMADMODVM marinorum piscium, eorumq; qui in aquis stagnantibus viuunt, ita fluuiatiliū quoq; plura sunt genera. Horū enim alij in fluuijs geniti, ibidem perpetuò viuunt, suisque sedibus contenti, sua læti carpunt pabula, externa minimè conquirētes, alij in mari, marinisve stagnis procreati, sua fastidientes alimenta, vtpote quæ ingratiōra sint, sedes mutant, & dulces amnium vndas subeunt: illic ciborum copia & suauitate deliniti, aquarum tranquillitate allecti, recessuum amœnitate capti, reliquum vitæ tempus transigunt, pristini domicilij vitæq; planè immemores. Huius rei fidē facit, quod in fluuijs stans anni temporibus, eiusdem generis pisces semper capiuntur, alijs minimè. Porro alij sunt qui suorum etiam pertœli, & iisdem, quibus superiores, amnium illecebris capti, mare deserunt, & in flumina sese insinuant, vt lampetræ, salmones, sturiones, alosæ. Sed hi à superioribus differunt, quod natalis soli nō omnino obliti, vt profectiois, sic reuersionis certa stataq; habent tempora. Etenim maximè ineunte vere domo exēūt, totam hanc anni partē in fluminū pascuis amœnissimè transacturi, æstate verò appetente, æstum & ardorem pertimescentes, humore dulci saginati, in suas sedes redeunt. Iam verò sunt etiam in fluminibus geniti (incredibile, ni fidem faceret experientia) qui suis aquis naturalibusque sedibus relictis, in terram prodeunt, quin & liberiùs & latiùs per campos expatiantur. Quemadmodum enim ex mari quidam exeunt in terram, vt marini mures, polypi, mure

murenæ: hinc, vt Plinius ait, miratur Arcadia exocœtum suum, appellatū ab eo quòd in siccū somni causa exeat. Ita è fluuijs quum enatauerūt quidam, in terra decerrant: hinc circa Babylonis rigua decedentibus fluuijs, in cauernis hebetes aquas remanere, quosdā exire ad pascua pinnis gradientes crebròque motu caudæ, & contra venantes refugere in suas cauernas, & in ijs obuertos stare, & circa Heracleā, Lycoamne decedente, ouis relictis, in limo generari pisces quosdam, qui ad pabula petenda palpitent exiguis branchijs Theophrastus commemorat. Sed & anguilla huiusmodi esse censetur, vt quanquam in fluminibus generentur, nec earum præter dulces aquas vlla sint principia, amaros tamen lacus, paludēque sulphureas & alumen redolentes ingrediantur, ibique relictis natali solo, eoque dulcissimo viuunt, in fontes, puteos cœternasque illabūtur, stagna etiam marina frequentant: in quibus (mirum dictu) libenter agunt, humorem salsum diu sustinent, atque eodem non modo augetur, sed etiam saginantur. Cōtrā in mare, à quo stagna illa profluxerūt, rarissimè irrepūt, in quod semel ingressæ macie cōficiuntur, piscatorūq; testimonio breui intereūt: nos inter saxa & arenaria loca reciprocis decedentibusq; fluminibus relictas, aliquot dies vitam sustinuisse vidimus, nec parum diu viuas, exemptas aquis piscatores nostri seruant, pro pabulo arenam supeditantes. Eisdem in Normania Gallia prouincia extra aquas vagari affirmant, & serpentum more in sicco victum queritare.

De Piscibus qui extra aquas viuunt eorumque differentijs.

CAPUT X.

QVONIAM Piscium qui extra aquas viuunt, quorum proximo capite meminimus, permagna est varietas, non temerè me facturum existimaui, si perspicuitatis gratia, quatuor summis differentiarum à loco sumptarum generibus, hoc veluti quintum genus adderem. nam quamuis huius generis alij ad marinos, alij ad fluuiatiles, alij ad lacustres palustrēsve referantur, quòd ex mari vel fluuijs, vel lacubus, vel paludibus in terrā egrediatur, vel illorū reciprocis vndis in terra relinquuntur, vel in terra subterraneisq; locis viginosis & vuidis degāt: tamē illa tam multiplex & in tam minuta sectio potius quàm partitio, rerum confusionē peperisset. Huc accedit, quòd contrariam ferè ac valde dissentientem naturā habeant, ab ijs quibus vel tantillo tempore extra aquam citra præsens vitæ periculum viuere non licet. Primum igitur præter illa quæ superiore capite dicta sunt, ostendemus multos esse huiusmodi pisces, qui libèter in terrā secedant, in eaq; ver-

Lib. de Piscibus. & Plinius Lib. 9. cap. 57

Lib. 34. Historiarum.

sentur ad tēpus: multos item qui sub terra reperiuntur, quos *ὄρυκτος* Philosophi appellant, id est, fossiles. Aristoteles ipse multos pisces in terra viuere & effodi scripsit. Theophrastus quoque multos esse qui excāt ad pabula circa Heracleam, Toronē & Lycum amnem. In ponto genus vnum esse, quod extremas fluminum oras sectetur cauernasque sibi faciat in terra, atque in ijs viuat reciprocis amnibus siccato littore: effodi ergo, motu demum corporum viuere eos affirmant. Idem tradit in Paphlagonia effodi pisces gratissimos cibus terrenos alitis scrobibus in ijs locis vbi nullae restagent aquae, miraturque & ipse gigni sine coitu. His subscribit Polybius, qui narrat iuxta Narbonem agrum esse per quem feruntur fluuij Illeberis & Roscinus, in quo fossiles pisces reperiuntur solo macro, copioso gramine, sub quo terra arenosa est, ad duos & tres cubitos altitudine, fluuiatili aqua scaturiente, in qua pisces per cauernas subterraneas excurrunt. Idem experientia nostra frequens nobis persuadet. Nam in terra anguillas, ranas, aliosque pisciculos ibidem etiam generatos saepenumero vidimus: & è terra defossas anguillas aliquoties spectauimus in villa Ioannis Scironij viri doctissimi Mospeliensisque scholae principis, in qua sophistarum barbarie Medicinā miserè conspurcatam suo nitori restituit. Huiusmodi verò pisces vitae breuitate diuturnitateque distinguuntur: alij enim in terra diutius viuunt, alij difficilè magnaque molestia vitam trahentes celerius intereunt. Qui pulmonibus caeterisque, quibus aër in interiora subit, instrumentis à natura donati sunt, ij longiorè facilioremque in terra vitam ducunt, quòd liberius spirent conceptamque animā meliùs retineant: ideòque illa vitali aura aquae vice recreantur. Huius generis sunt vitulus marinus, crocodilus, cordylus, utraque testudo, marina scilicet & lutaria, rana, caeterique huiusmodi respirandi instrumentis praediti. Quibus etiam minus hiantes sunt minusque diductae branchiae, ijs longior vita concessa est: nam affatim non subit aër qui exiguum calorem opprimat & extinguat, & quum tantus, quantus calori natiuo reficiendo satis sit, sese insinuauerit, non facile remeare potest. In his numerantur anguilla, murena, serpens marinus, exocetus, qui tamen branchijs carere existimatur. Contra breuioris in terra vitae sunt qui pulmonibus carent, quique patentes minusque constrictas habent branchias: nam illi quidem in terra caloris natiui commoda refrigeratione recreationeque destituti ocyùs exanimantur. hi verò aëris affatim irruentis copia oppressi protinus extinguuntur. Item quibus valde exiles angustaque sunt viae, quibus aër intro subit, quòd instrumentorū incommoditas satis succedere necessarij ad vitam producendam alimenti non patitur. Istitis piscibus extra aquam degentibus *μαλακόδερμα* quaedam, hoc est, crusta intacta addemus: horum etiam alij breuius, alij longius vitae curriculum natura

tura circumscripsit: in his sunt locustae, astaci, quibus longior quam squillis vita tradita est: diutius viuunt cancri minores & fluuiatiles, maeas verò & pagurus citius obeunt. His annumerari possunt quidam molles vt polypi, sepiæ, vrticæ. Item quaedam *ὄσπρακτόδερμα*, id est, sili-cum duritia tecta, vt ostrea, mytuli, spondyli, purpuræ, cochleæ, chamae, de quorum omnium respiratione suo loco dicitur. At dicit quispiam, quod nouum piscium genus hic constituitur, cum prius sit ostensum aquam illorum proprium esse elementum, cuius vsura si careant, statim interituri sint. Viuunt quidem haec omnia quae commemorauimus aquis exempta, sed sine illis vitae curriculum à natura datum conficere non possunt: quamobrem qui sponte aquas deserunt, aliquanto temporis interuallo in terra commorati in suas sedes remeant, vnde *ἀμφοβίοι* dicuntur. Quòd si per vim in sicco diutius detineantur, familiari natura suae, conuenienti ac necessario fomento destituti, moriuntur. Quorum etiam discrimen à mortis modo statui potest, alijs enim facilis placidaque mors contingit, id est, nulla ij vehementiore corporis agitatione motuque, vexati animam efflant: alijs contra non sine acerbissimo sensu dolorisque vita dissoluitur, cuiusmodi sunt quae maiore, dum viuunt, membrorum contentione mouentur & incedunt, quorum corpora molis magnitudine tegmentorūque pondere premuntur, quibusve artus sunt breues & imbecilli. Huius rei domesticum exemplum spectaculumque referre possum. Marinam testudinem ingentis magnitudinis duos ferè menses alui, quae in aqua ita expedite natabat, vt nullo modo ingressui sed solum natationi, nullo modo terrae, sed aquae duntaxat natum animal dices. Eadem in terra cum valido adhuc esset firmoque corpore, veluti mole corporis pressa, tegmentorūque oneri succumbens difficilè mouebatur, nec sine magno corporis conatu, magnaque alarum palpitatione & verberatione, vt conuelli tota videretur, partum capessibat: longiori verò quam par esset tempore, natiuo solo pabuloque orbata tandem concidit: sed prius aliquot dies vix animam trahens moribunda conspiciebatur, magnos interim ex imo corporis sonitus edens, ægrè vitam relinquentis acerbique doloris testimonia. Quare, quae aquas egrediuntur, ad eas, vt recreentur ac reficiantur, non multo post redeant oportet: neque enim vt extra eas diutius viuant, fieri potest, quamuis in terra aliquantulum commodissimè versentur: neque verò fabulosum est aut monstri simile, quod de piscibus fossilibus Aristoteles & Theophrastus literis madauerunt: etiā si aquis exempti nulli diutius viuant. Etenim loca in quibus terreni isti pisces delitescunt, aut limosa sunt humorisque multo perfusa, aut velut per cuniculos ac terrae venulas subterlabentibus & errantibus aquis irrigata. Quare qui luto cœnoque gaudent, illic generati, aut in ea loca flumi-

num exundantibus ac refusis aquis depulsi, ibi terra humore multo diluta vel limosa aqua, serpentum more vitam sustinent. Huiusmodi sunt anguilla, & ranæ ut paulò antè diximus. Huius pisciù vitæ ipsemet sum testis oculatus: nam marina intestina maximi digiti crassitudine in arena mihi visa sunt, quatuor ferè cubitum longitudine, humanorum intestinorum gracilium instar, quibus nulla erant similitudinis cum reliquis animantibus vestigia, nullæ notæ, nullæ lineæ, nulla membrorum lineamenta: denique totum corpus erat informe, sed intus arena plenum. Est & echinorum genus quoddam dentibus carens, oris intestinorumque situ à reliquis discrepans, quod arena sola viuere, eaque semper farctam habere testam comperitur. Capiunt quidem, ut diximus hæc cibum ex terra sed non sola, verum aqua perfusa. Quòd si quis aliter existimauerit, fabulis & vanitati potius quam veritati credet, nec summorum philosophorum Aristotelis & Theophrasti historiam de piscibus fossilibus intelliget. Horum piscium alia rursus differentia constitui potest. Quidam enim luto cænoque delectantur, ideo voluptatis explendæ causa è finibus suis egressi, loca cænoza adeunt, hos cænosos siue lutarios appellabimus: hinc Plinius

Lib. 9. cap. 17. lutarium mullum, & cænozam salpam vocat, & Pelamydes Græcis dictæ sunt, *καρὰ τῶ ἐν τῷ πηλῷ μύδι*, id est, quod in cæno se occultent. Quidam verò in litus exeunt, & arena sabulòque sese operiunt, illic aliquandiu victitantes, cuiusmodi est à Germanis *grundel* dictus quasi fundulus, istos omnes ab arena *χαμμίτας* nominabimus. Sunt & qui *φουκῶ*, id est, algam mirificè capiuntur, quam in litus proiectam magnopere persequuntur, ac in illa nidos fingere dicuntur, inde phycides dictæ: coracinus etiam gobiòque piscatorum testimonio alga victitant, ac in eadem nidos construunt. Sed hæc quanquam propriè ad has differentias quæ ab alimentis sumuntur pertineant, tamen hinc ideo commemoranda fuerunt, quòd ad hos cibos capessendos aquas relinquunt pisces, cuius naturæ omnes vno genere hic complecti volumus. Sunt autem his plura alia piscium, quæ à locis sumi possunt discrimina, quæ diligens naturæ indagator poterit suo ingenio inuenire: nobis nunc ista enumerasse satis sit, iam ad alias differentias properandum.

De piscium differentijs ex alimentorum varietate.

CAPUT XI.



EXPLICATIS piscium differentijs à locis in quibus degunt petitis, superest eas quæ ab alimentis sumuntur tractare: hæc enim omnia piscium vita viuendique ratione contineri diximus. Quemadmodum igitur bestia terrenæ, gulæ voluptatisque causa

varia

varia ciborum genera expetunt, vel naturæ suæ vel libidini accommodatiora, ut cicutam sturni, helleborum coturnices, glandem sues, fœnum boues: Sic aquatiles quoque alijs atque alijs pabulis delectantur, & quæque vel magis sibi familiaria, vel gratiora, naturali impetu persequuntur: algam cæterasque marinas herbas saxatiles pisces, leporem marinum mulli, auratæ cochleas, loliginem murenæ, cucurbitam salpæ auidè consecretantur: denique omnia quæ in aquis degunt, suo quodam & peculiari pastu gaudent, quanquam urgente fame omnia quidem in omne etiam alimenti genus feruntur ac promiscuè, si propria cupitæque desint, ad aliena depellendæ famis explendæque gulæ gratia ruunt. Quæ pabuli varietas sola in causa est, cur eiusdem etiam formæ generisque pisces, carne succo, saporeque adeò differant, ut difficile sit nobis aliquando de ijs iudicium facere. Quare si qui promiscuè quouis alimenti genere vtantur, nulla propria succi nota ab alijs quæ sunt diuersi generis distinguuntur, sed pro varia multiplicique pabuli natura, alio atque alio sapore succoque esse sensus ipse diiudicabit. Contrà verò, si cuiusque generis pisces ciborum delectum habeant, ut proprijs vescantur ab alienis abstineant, manifestis euidentiisque notis ab alimentorum naturæ temperamentoque sumptis secernentur. Nam qui muco vescuntur, substantia sunt glutinosa, ut anguilla, tincæ fluuiatiles & palustres: Contrà qui radices, herbas, aliisque sicciora temperatiorave pabula depascuntur, quod omnes ferè saxatiles faciunt, non glutinosa, sed friabili duro mollique temperata carne præditi sunt, alij duriore siccioraque sunt carne quales sarcophagi: alij media quadam inter eos substantia, ut lupus, asellus: alijque permulti meliore ciborum delectu vsi. Non desunt qui non solum prædura sunt carne sed virosum & tetrum aliquid redolent, quæ omnia alimentis accepta referre oportet: causæ enim extrinsecus occurrentes ut diuersorum & contrariorum sæpe sunt effectrices: sic maximè quæ intus sumuntur continuo appulsu adhæsiōneque: qualia ipsa sunt, talia efficiunt corpora quæ nutriunt. Idem perspicuè ostendit diuersa partium & interiorum viscerum compositio: nam ut viuendi genere, ita moribus differre lupum à mugile oris gulæque figura & conformatio docet. Mugili non carniū voraci, sed continentissimo & pisciū iustissimo natura os paruū sine dētibus tribuit, lupo verò hians vastumque, quod gulæ ventrique deditus carnibus vescatur & rapto viuat. Ille paruū habet & gallinarū modo densum carnosumque ventriculum, quod muco vel aqua solū vescatur: hinc amplū & capace quicquid, etiā integros pisces voratos capere possit. Postremò, varijs cibis delectari pisces etiā vulgò notū est, qui varias escas piscibus capiendis idoneas præparare solēt, & hamatis pabulis vel ex imis latibus euocant. Cuius rei, ego piscatus studiosissimus,

sæpe spectator sui ipsèque coniectis in aquam cibus ijs quos gratos esse arbitraret, multos cepi. Extant & apud Constantinum Cæsarem compofitarum escarum exempla multa, quibus pisces in siccum euocantur. Quæ cum ita sint, ab alimentorum varietate, natura, temperamento, nec pauciores, nec minùs insignes quàm à locorum varietate notæ & discrimina piscium constituentur, ex quibus non modò piscibus cognoscendis, sed etiam victus rationi rectè instituendæ, morbisque multis sanandis perutilia remedia sumuntur.

Quibus in vniuersum alimentis pisces vescantur,
quòdque aqua & ad refrigerandum &
ad nutriendum conferat.

CAPUT XII.

EXPONENDA deinceps mihi primùm videntur omnia, quibus pisces vescuntur alimenta: deinde pro eorum varietate piscium quoque variæ differentiæ. Sunt autem hæc in vniuersum, aqua, mucus, lutum, arena, caro, vermes, herbæ, radices, sterces, terræ excrementa. Præter hæc, si quæ sint alia, facilè ad ista referri possunt. His autem ali pisces, præter peritorum piscatorum auctoritatem experientia ipsa confirmat: dissectis enim ipsorum corporibus, vel algam vel arenam, vel quid aliud ex ijs quæ prædicta sunt, in illorum visceribus reperias. Sed hæc omnia vt nutrire, non ita omnibus eundem vsum præbere possunt: ex illis enim aqua nõ magis ad educationem, quàm ad corporis refrigerationem à natura est condonata: cum enim non solùm ex alimentorum substantia corporis materia molèsq; augetur, sed etiam calor nativus excitetur, incrementumque accipiat, necesse erat aliquid præter aliméta assumi, quod caloris vim accessionemq; mitigaret, & velut ab incendio prohiberet. Quare qui carne, radicibus, herbis, aliisque solidis cibus vescuntur, ij aquam hauriunt refrigerandi magis quàm alendi corporis causa. Cuius rei certissimum est argumentum subitus aquæ per branchias exitus, cuius vñs gratia brachiæ ipsæ piscibus sunt attributæ: dum enim cibos hiante ore audiùs vorant, fieri non potest quin liquidæ fluentisq; aquæ copia vnà cum cibus intrò subeat, sicq; ventriculi capacitatem repleat, vt necessariù alimentũ capere non possit. Preterea fluctuaret in tanta humoris copia pabulum, & à sarcophagis deuoratos integros pisciculos in ventriculo natitare, & illic aliquãdiu viuere nihil prohiberet: quibus incommodis solers natura prospexit. Nam vt branchias ad expulsionem cibũ sequentis aquæ dedit, ita ne nimia aquæ copia inter mādendum subiret, vt vorarent, non vt manderent, effecit. Quidam tamen mandunt

mandunt, qui scilicet latiores internas maxillas habent, vt aurata, sargus, pagrus, scarus, qui ruminare comperitur. Ex ijs ergo efficitur eos pisces qui solidioribus cibus aluntur, vnà cum his aquam haurire refrigerationis tantum & cibi facilius in ventrem deducendi non nutrimenti causa: eos verò qui aquam duntaxat hauriunt, ea etiam nutriri, vnde pisces ψυχροσφοι à Græcis, id est, frigida siue aqua nutriti, non vt Calcagninus, vir alioqui eruditissimus, malè vertit alsiosi nominantur: aquam enim Græci ψυχρὸν à frigiditate summa quæ illi inest: Latini frigidam appellant. Quod cum plurimis veterum auctorum exemplis constet, vnicum ex Matthæo protulisse nobis hæc cap. 10. satis fuerit, καὶ ὁ δὲ ἐδὴ ποτίσθη ἕνα τῶν μακρῶν τῶν ποτήριον ψυχροῦ μόνος εἰς ὄνομα μαθητῆς, & cætera. Nemini autem mirum videri debet, si aqua sola nutriti pisces quosdam affirmemus, neq; enim aqua nostra simplex syncerumque est elementum, sed compositam mistamque esse sensu ipso experimur: nam summam illam frigiditatem aquæ non inesse tactu, & hanc amaram illam salis, aliam dulcem & puram, vt Dioscorides Lib. 5. cap. 18. ait, gustu percipimus. Etenim primùm aër quæ est subtilitate, omnia facile permeans & penetrans eam immutat: deinde terræ, per quam fluit eorumque quæ inde effodiuntur admistio eiusdem synceritatem vitiat & corrumpit: postremò motu calorem concipit: ventis enim maria agitata sic tepescunt, vt in illis inclusum esse calorem manifestè sentias, atque etiam ex iugibus puteis aquam calidam trahi, & id maxime hybernis fieri temporibus videmus. Eidem etiam admistum esse calorem primùm ipse liquor, tum aquæ declarat effusio, quæ neque conglaciaret frigoribus, neque niue pruinaque concrederet, nisi eadè se, admisto calore liquefacta ac dilapsa diffunderet: itaq; & a quilonibus reliquisque frigoribus adiectis durefcit humor, & idem vicissim mollitur tepesfactus & tabescit calore. Quæ omnia non simplicem, sed mistam compositamque esse aquam arguunt, rectèque Plato qui ignem, aërem, aquam, terram, materiam potius igneam, aëream, aquam, terream nominauit, quod nequiquam sincera impermistaque sint, sed horum quodlibet omnium aliorum sit particeps. Nam quod Gal. scripsit, neque epotam aquam, neque extrinsecus occurrentem Comment. in Aphor. lib. 13. 4. natura aptam esse ad solidas animalis partes humectandas: ideo nutrire non posse, id de corporis nostri aliorumque similium partibus intellexisse existimes, de piscibus nihil hæc cogitasse: huic enim tum ratio, tum experientia quotidiana manifestissimè repugnant. Siquidem humanum corpus solidius calidiusque est, quam ob causam vt alatur reficiaturque solidiore ac firmiore alimento indiget. At pisces in aqua geniti atque, principiorum suorum liquidam naturam retinentes, ad carnis partiumque reliquarum essentiam mollem reficiendam, aqua præsertim paulò crassior, & magis

permista satis nutrimenti potest suppeditare. Sed quid rationibus opus est, cum sensus verissimus iudex esse possit? Sunt in principum & diuitum domibus ex lapide exaedificatae & stratae piscinae, in quibus permulti diuersi etiam generis pisces aliquot mensibus sola aqua viuunt incolumes. Lutetiae, Lugduni, & in magnis aliis urbibus quae praesertim procul à mari absunt, pisces in nauiculis perforatis inclusi necessariò aqua sola illic victitantes diu commodè asseruantur. In Gallia Narbonensi curiosi quidam in vasis vitreis aqua plenis diu nutriunt, certumque est quo purior fuerit aqua, eò diutius vitam producere, celeriter autem interire, si quid aliud praeter aquam ut panem, aut aliud quippiam solidioris alimenti in vas coniecerint. Hoc modo suauissima coniux mea tres annos piscem domi aluit, sicque educatus in eam corporis molem accreuit, ut tandem nec vas eum capere, nec qua ingressus fuerat, eadem exire potuerit. Quòd si quis morosior his contentus non sit, consideret ostrea, mytilos, holoturia, lepades, mugiles, sardinas, aphyas. Vnde quaso, holoturia nisi ab aqua alimentum accipit, cum duo solum eaque perexigua foramina habeant, per quae nihil profus alimenti, dempta aqua, intrò ad vitam subsidium meare possit? Vno igitur necesse est ad alendum corpus aquam recipi: altero quod superuacaneum est expelli, quod etiam experientia docet: nam ex ipsis holoturijs manu compressis multa aqua per eos meatus exprimitur. Quid lepades saxi haerentes alimenti praeter aquam possunt accipere? At forsitan animalia haec non esse contentes, mugiles igitur, sardinas, aphyas cõtemplator, quos pisces esse nemo sanus negauerit. At omnium qui piscatum exercent testimonio, horum vitam ratio sola aqua continetur. Quare tum ex istis, tum ex alijs quae in progressu operis dicenda sunt, aquam non temere inter piscium alimenta annumeratam esse cuius perspicuum fore arbitror.

Quòd aqua maris nutriat, in eaque dulcis aqua contineatur.

CAPUT XIII.

SE D ne fontium, fluuiorum, lacuum denique dulces omnes aquae solum nutrire videantur, marina verò aqua minimè, quòd salis, amaris, acidis non nutriamur, sed solis dulcibus, ut medici loquuntur, non alienum à re proposita fuerit, nunc paucis de ea re differere. Ac primùm huic disputationi multum lucis accedet, si quid dulce significet, explicauerimus: nam hic γλυκὺ καὶ ἡδὺ, id est, dulce & iucundum idem sunt, ut apertè ex Galeno colligitur. Dulce, inquit, duplex est. Vnum quod implet id quod vacuatum est, cuiusmodi est nutrimen-

Lib. 4. de simplicium medicamentis facultatibus. cap. 10.

tum: alterum quod medetur ei, quòd mutationem aliquam accipit, quod iam medicamentum est. Hac significatione mel & saccharum similiaque omnia quae suauis illa qualitate & sapore gustum demulcent, eique grata sunt, dulcia dicuntur: Illa, omnia quibus sensus capitur & delectatur, nec minus horum quam illorum superiorum appulsu gaudet, similiter dulcia siue iucunda dicuntur, quae etiam à melle & saccharo alijsque huiusmodi dulcibus planè diuersa & contraria qualitate praedita sint, ea nihilominus dulcia & iucunda rectè nominantur, quaecunque saporis differentia temperata sint, modò ori palatòque probentur & placeant, tandemque nutrant: qua ratione helleborum coturnici, cicuta sturno, cichorium homini, & alia alijs animantibus dulcia erunt, cibique, quae alijs essent valde noxia vel ingratisissima. Item aqua quae optima est nulliusque qualitatis particeps, est, ut Dioscoridis verbis utar, καθαρόν καὶ γλυκὺς, id est, sincera & dulcis, & quòd hoc loco Dioscorides ἰδιὸν γλυκὺν, Paulus aegineta de eadem re loquens ἡδὺ vocat. Quare cum innumera sint & diuersa cibipotioisque genera, quibus quotidie tum substantiam corporis augemus, tum eam quae fluxit & perijt recuperamus, siue hac siue illa saporis suauitate & gratia praedita, siue etiam insignis qualitatis expertia sint, eaque omnia dulcia & iucunda appellarint medici: quid vetat aquam maris in eo numerari genere, habita piscium ratione qui cum in ea generentur, alantur, commodissimè semper viuant, necesse est illam suae naturae constitutionique sedem, locum, alimentum esse conueniens, aptum, familiare, denique dulce & iucundum. Quòd si aliter res habeat, cur, cum facillè possint, mare non deserunt, & ad dulces aquas non confugiunt? At ex innumerabili piscium multitudine paucos admodum esse constat, qui fluuios subeant, quorum maior pars mare repetit stans temporibus. Quòd autem Galenus scripsit nullum animal amaris nutriri, vnde in stagno bituminoso Syriae palestinae nullum neque animal, neque plantam conspici, cumque duo in id fluuij longè maximi cõfluant, pisciumque copia scatentes, maximè qui prope Ierichetem fluit Iordanis, nullum omnino piscium fluuiorum ostia excedere, ac si quis captos in stagnum conijciat, celeriter mori: id sententiae nostrae non repugnat, quauis salis aridam exsiccatamque naturam habeant, cuiusmodi facultas cum immodicè in amaris insit, ob id nutriendo corpori profus inepta, esse existimantur: nam salis maris aqua ab illa qualitatis asperitate siccitateque eximia: & ideo ab amara multum abest. Quocirca in illa pisces commodè viuere eademque ali videmus. Adde quod in medijs vndis salis permultus humor dulcis continetur admistusque est, quem pisces in alimentum familiare transmutant, quam ob causam frequentissimi in pontum migrare solent, & ibi pinguescere, quod ea maria dul-

Lib. 5. cap. 18.
Lib. 1. cap. 50.

Li. 4. de simplicium medicamentis facultatibus. cap. 20.

Libro 8. de
Hist. Anim.
cap. 2.

cibus aquis abundatissimè alluatur. Quòd si quis hoc ceu nouum admiretur in aqua falsa dulcem contineri, is naturæ rerum parum peritum sese prodit. Quare legat Aristotelem diligentissimum rerum indagatorem. Is in mari liquorem esse dulcem, ex aquæ transmissiōne ac percolatione docet: si enim ex cera vas tenue finxeris, idq; funiculo appensum in aquam demiseris, die ac nocte vna humoris dulcis copiam intra se colliget. Rursus nautæ, & qui arentia maris litora incolunt, aquarum dulcium copia destituti, puteis vix tres cubitos altis ad litus effosis, suauem dulcēque liquorem ex mari deducunt, qui per arenam transcolatus à falsugine separatur. Præterea si quis ambigat, quæ fieri possit, vt in falsis aquis perpetuò natantes degentēque pisces humorem dulcem hauriant, veniant illi in mentem plantæ innumeræ, quæ non modo in litore sed in medijs fluctibus nascuntur, quas omnes sine humore auferere nemo sanæ mentis crediderit, quem & si trahant ex terra, tamen cum ab aqua quæ hanc terræ partē humectat irrigatq; prouenisse, fateri est necesse: qui humor succusve si dulcis est, dulcis in mari aqua necessariò inerit, sin falsus, aquæ falsæ, ex qua genitus temperatūsq; est plantæ humor, nutriēdi vim attribuere oportet. Quid ergo herbis, arboribus aliisq; maritimis omnibus aqua maris conueniens alimentum sufficere supeditabitque, piscibus verò ex se generatis, quosque Græci *ψυχροπόδες* appellant, nullum suggeret? Meo quidam iudicio piscium generi natura nulla in re deficit, omnibusque ad vitam sustinendam necessarijs facultatibus donauit, quibus, quemadmodum reliqua animantia & plantæ alimentum attrahunt, & ex eo quod familiare est secernunt & assimilant, quod alienum & superuacaneum reiiciunt. Huic disputationi de aqua modum finemque faciam, si hoc vnicum adiecero, etiam solidas piscium partes aqua nutriri: nam si quæ fluunt manantque vt vinum, sanguis, lac, cæteri que liquores, partibus solidis animalium formandis, nutriēdis, promouendis, producendis que materiam præbent, cur aqua piscibus non poterit? Cum præsertim ex alijs mistam minimēque simplicem & synceram esse, eaque ali pisces sit demonstratum: sed iam ultra progrediamur, & eandem ad duriorum etiam corporum compositionem & nutritionem deducemus. Ostrea, mytuli, chama, pectines, lepades, & vt breuiter dicam, omnia *στρακιδέρμα*, ex sola maris aqua natura fabricata est, eademque sola vitam sustentant: saxis enim hærent, illicque infixæ, vagantium prædantiūque modo, non possunt aliunde sibi victū parare. Verum ne quis imperfecta esse animalia obijciat, anguillas proponam. Hæ nulla seminis intercedente natura, quod eo carere, nec etiam coire longa multorum obseruatio prodidit, ab aqua sola generantur eaque purissima, & quanuis inter cæteros pisces molli multoque humore diffuente carne constant, suis tamen spinis

ossibusque

ossibusque non carent, quarum perpaucæ, vt scribit Aristoteles, & certis locis, limo eduliusque cæteris, si quis apponat, vescuntur, contra verò plurimæ solo humore dulci pascuntur & auferunt. Quamobrem vt idem tradit, ij quibus viuaria anguillarum curæ sunt, diligenter dant operam, vt quàm maximè pura synceræque sit aqua affluens & effluens semper per ripas vbi viuaria extruunt: nam nisi aqua limpida sit, breui strangulata intereunt. Sunt autem anguillæ perfecta animalia, nec quisquam nisi rerum aquatiliū planè imperitus aliter existimauerit, nisi fortè Homerum secutus qui à piscium natura eos separauit. At sunt præter eas sardinæ, trichides, aphyæ, mugiles, vt supra diximus, innumeriq; alij quos breuitatis gratia omitto, quos sola puraque aqua viuere, refici, auferere, ex eaque carnes ipsorum, spinas, cartilagine, ossa constare, genita factaque esse experientia sensuumque testimonio est longè certissimum. Non aër subtiliore tenuioreque natura est quàm aqua? At sola aëris inspiratione aliquandiu quot viuunt animalia? quot hominum corpora eiusdem habitu tanquam optimo pabulo recreata sunt? Astomos qui, vt scribit Plinius, halitu tantum viuunt, & solo odore quem naribus trahunt, missos facio, fabulosum fortè hoc: tamen ab alijs qui Plinio longè vetustiores fuerunt, literis proditum est, vires in syncope & animi consternatione admotis odoratis maximè refici & instaurari. Romæ annos qua draginta sacrificum quendam sola aëris inspiratione vixisse, ex Leonis Pontificis maximi, & multorum principum custodia, & Hermolai Barbari historia fidèque certissimum est. Quæ nostra ætate aut patrum nostrorum memoria acciderunt libentiùs commemoro. Puellam annos tres in Gallia Narbonensi omnes audiui, vidimus multi, & Spiræ in Germania aliam extitisse accepimus, doctorumque & bonorum virorum literis proditum est annos multos, nullo præter aërem cibo potuque vitam salubriter traduxisse. Aliam etiam nos vidimus, quæ etiamnum hodie viuunt, eodem victus genere ad decimum ætatis annum peruenisse, tandem grandem factam nupsisse, & felicem prolem sustulisse. Ergo aër solida firmaque corpora nutrire & reficere poterit, aqua verò longè crassiorum partium piscium solidas partes non nutrit? Sed nimium fortasse ab instituto digressi sumus. Quare ad rem redeamus, & que ab alimentorum ratione piscium differentia constitui possunt, deinceps inquiramus.

Lib. 8. de hist.
anim. cap. 2.

Athenens.
lib. 7.

Lib. 7. cap. 2.

De differentijs piscium ex alimentis.

CAPVT XIII.



VM pisces alijs atque alijs alimentis vescantur, & pro eorum varia natura variam quoque & multiplicem corporis, temperamentique constitutionem & differentiam sortiantur, cumque horum alij promiscuè & nullo delectu, in omne genus alimenti ruant, alij quæ naturæ suæ magis accommodata sunt, solum consecretur, alij quam omnibus sine discrimine pascantur: tamè naturæ propria quadam vi quibusdam delectantur, quæ alij sine extrema perniciè ne attingere quidem ausint: inde tres præcipuæ differentia existunt. Qui alga, stercore, carne cæterisque omnibus alimentis promiscuè vescuntur, vt nulli, lupi, cancri, omniaque *μαλακόβρακα* dicuntur *παμφάγοι*. Qui vno alteròve alimenti genere contenti sunt, viuuntque contentius, vt mugiles, sardinæ, aphyæ, trichides, alijque huiusmodi, *μονόβραγοι* nominantur. Rursus horum alia sunt differentia à cibis qui singulis magis peculiare sunt sumptæ. Qui enim piscium carne (sic eorum substantiam Plinius, Paulus ægineta omnesque nominant) tantum vescuntur, quales sunt teste Aristotele, cartilaginei congri, hiatula, alijque permulti, ij *Ἀργοφάγοι* dicuntur: quanquam alij sunt à *μονοφάγοις* qui carne vescantur, vt *παμφάγοι* omnes, squamofisi omnes dempto mugile aliisque perpauca, iisque maximè fluuiatilibus: cartilaginei tam plani quàm longi, item omnes qui osseum os dentisque habent, cetacei omnes, beluæ marinæ omnes. Balenam tamen carne vesci quidam negant, quòd in eius etiam recens captæ viscibus præter mucum, aquam & spumam nihil reperiatur, quæ ratio mihi non omnino vana videtur: quamuis enim corporis molæ vasta sit, tamen quia optima temperatura à natura donata est, multorum hominum modo ocio pinguescentium, pauco cibo iners crassescit & saginatur. Sed cum incredibile videatur tantæ magnitudinis beluam tam tenui cibo auferere & sustineri, quid de ea re sentiam, suo loco dicam. Porrò carnem esitant quidam molles, polypus, loligo, sepia, & *μαλακόβρακα*, illi inquam, *Ἀρκοφάγοι* etiam dicuntur, sed minùs propriè, cum præter carnem omnia quoque alia depascantur, ex quibus quædam sunt etiam carne ijs gratiora. Quare in singulorum naturis intelligendis, vt distinctius omnia tradantur, epitheto alii ab alijs separandi sunt, & ex *παμφάγοις* qui carne vescuntur, *παμφάγοι* καὶ *Ἀρκοφάγοι* appellandi: sicut è *μονοφάγοις* ij qui carne solum aluntur *μονόβραγοι* καὶ *Ἀρκοφάγοι*. Præterea *μονοφάγων* alij *φυκῶ*, id est, alga, pascuntur, vt salpa, quare appellanda *μονόβραγος* καὶ *φυκοφάγος*. Eadem in cæteris omnibus seruabitur differentiarum & nominum ratio: Superest tertium

tium genus eorum, qui naturæ proprietate quadam alimentis quibusdam vtuntur, quibus, alijs sine detrimento vti non licet, hi *ιδιόβοροι* nuncupabuntur: quòd si alijs omnibus etiam vescantur, vt nullus alga, carne, conchis, cœno, & quibus deterior redditur, cancellis, ij *παμφάγοι*, καὶ *ιδιόβοροι* nominabuntur, si non omnibus, saltem multis, *παλλήφαγοι* καὶ *ιδιότροφοι*. Ac sicut *μονοφάγων* à cibi genere quo vnico delectantur, variæ sunt differentia, sic *ιδιόβρων* ab eo cibo quem peculiariter & vnice amant, & à quo alij omnes abstinent. Ex eo genere est nullus qui lepore marino venenato vesci salubriter solus creditur, quàmquam scarum eodem vesci testis est Athenæus. Salpa cucurbitam sola au- Lib. 8 diffimè persequitur, scarus mercurialem amat, suntque alij permulti huiusmodi de quibus suo loco plura. Propositis igitur initio quatuor summis generibus ex quibus tot & tam variæ piscium differentia oriuntur, explicatisque ijs que ex locorum alimentorumque ratione petuntur, quæ duo vitæ piscium viuendique modo comprehendimus, reliquas sequentibus libris pertractabimus.



G V L I E L M I
R O N D E L E T I I
D E P I S C I B V S

LIBER II.

De quibus piscium differentijs
deinceps sit agendum.

CAPVT I.



Q' D diuersis in locis pisces commodè viuere soleant, quòd alia atque alia vtantur, vitus ratione, tum quot qualisque & à locorum & ab alimentorum varietate inueniantur differentia, abundè satis à nobis primo libro est demonstratum. Quòd si quibus ad separatam ab vniuersa tractatione, singulorum piscium descriptione properantibus, tum hæc tum sequentia diffusius scripta esse videantur, ij cogitent quæso, me quæ à veteribus recentioribusque de piscibus tradita sunt, veluti syluam quandam hinc congerere noluisse, sed partim

ab alijs scripta, partim mihi longa experientia, dissectionibusque multis piscium cognita explorataque μεθοδικῶς persecutū fuisse, vt non ijs modò piscibus qui à me particulatim explicabuntur, sed omnibus etiā alijs quibuscunque in regionibus aquisve illi reperiantur, facillè cognoscendis & ad genus suum reuocandis, labor hic meus sit profuturus. Quæ sanè instituti mei ratio cogit me, quæ ad vniuersam piscium doctrinam necessaria sunt perscribere, eaque breuissimis, rationibus pro rerum natura confirmare, neque enim perpetuò certissima illa & potissima ἀποδείξει, sed sæpe exemplis, summorumque authorum qui hoc in negotio feliciter versati sunt, autoritate vtimur, quod res aliter non ferat: nam non semper vniuersa, sed singula etiam tractamus, quorum scientiam non esse planè notum est omnibus. Huc accedit, quòd quæ hinc traduntur, cum magna ex parte sensibus subiecta sint, nulla egeant demonstratione. Imbecillis enim ingenij est, inquit Aristoteles, demonstrationem eorum querere, quæ sensus ipse docet. Sed vt eò, vnde digressa est, reuertatur oratio, de piscium differentijs quæ à partibus sumuntur deinceps est agendum, quas explicare constituimus, priusquàm eas quæ ab actionibus moribusque inueniuntur, attingamus: perspicuam illà methodum sequuti qua quæ priora notioraque sunt, prius, quæ posteriora minùsq; nota posterioriùs docentur. Cum enim partes actionum causæ sint vel instrumenta, eas natura priores & notiores, ideòque priore loco exponendas esse merito existimamus.*

Piscium partes multas & diuersas esse.

CAPUT II.

VM vna eadèmq; particula varijs multiplicibusque actionibus obeundis satis esse non possit, sed ijs duntaxat quibus eius materia, figura, tota deniq; compositio à natura accommodata est, oportuit tum piscium tum cæterorum animantium corpora, permultis atq; inter se discrepantibus particulis constare, vt earum varietas actionibus varijs atque infinitis, vel ad viuendū necessarijs, vel ad commodè viuendum perutilibus respondeat: neque enim eadem parte audire, videre, odorari, gustare pisces possunt, neq; eadem parte cibos conficere, & natare. Quare vniuersum corpus animæ instrumentū ad naturales, vitales, animales functiones obeundas, ex multis alijs organis partibusq; cõponi necesse fuit. Quinetiam partes ipsæ totius compositionis minimè sunt expertes: ex alijs enim simplicibus iisdemq; diuersis particulis coalescunt. Porrò ipsæ quoq; simplices (quæ quod sensuales appareant sic appellantur) ex diuersis, scilicet ex quatuor humoribus tanquam proprijs elementis constant, quemadmodū rursus ipsi

ipsi humores succique ex quatuor elementorum permissione suam naturam temperamentumque sortiuntur, nec non & ea quæ id comitantur, vt odorè, saporem, colorem atque his similia. Verum quantitas, figura, numerus, situs comodus ad μέρη ὀργανικὰ (vulgò partes instrumentarias appellant) propriè referuntur, quorū particulæ simplices vt os, cartilago nihil huiusmodi ex sese habent, sed illa pro natura & differentia organi quod constituunt, his insunt, nisi si quæ particulæ sint simplices etiā dictæ, quæ quia solæ vel munere aliquo funguntur, vel vtilitatem quandam adferunt, figuramque ac alia similia ex sese habeant, in organicis partibus habeantur, in quibus est aculeus & squama: quæ duo quanquam sensu simplicia esse diiudices, tamen hæc per se magno piscibus est vsui, ille figuram habet ad pungendum aptissimam. Sed vt res omnis dilucidior fiat, instrumentorum tres omnino classes describemus. Primæ classis erunt partes quæ simplices nominantur, vt arteriæ, venæ, ossa, cartilagine, vincula, membranæ, aculei, squamæ. Secundæ quæ ex simplicibus, & ijs quæ primæ classis sunt, cõponuntur, vt cerebrum, oculus, pinna, cor, brachia, pulmones, hepar, splen, venter, intestina, vterus, testiculi, mentula, pedes, caput. Tertia verò corpora ipsa continebit ex varijs organis contexta. Nam vt corpus humanū animæ hominis instrumentum. sic corpus delphini, animæ delphini instrumentū esse iure dicemus. His omnibus partibus simplicibus pisces à sese variè discrepare suis locis docebimus.

De communibus & proprijs piscium partibus.

CAPUT III.

PARTIVM illarum quæ multæ sunt & valde dispareres, ex quibus corporis piscium veluti fabrica constat, aliæ piscium propriæ sunt, aliæ cum cæteris animantium communes, quippe oculos, dentes, os, ventriculum, intestina, hepar, fel, splenem, cum alijs animantium habent communia: alijs verò multis, vt branchijs, pinnis, squamis, fistulis, vesicis, in ventre aëre plenis, appendicibus, spinis, lapidibus qui in cerebro sunt, à reliquis animantibus differunt: nam pisces soli branchijs respirant: præter eos nullū aliud animal, dempto crocodilo, qui tamen ἀμφιβιος est. Fistula in fronte vel in tergo in beuis marinis tantum inuenitur, qua respirant, & aquam ore tractam reijciūt. Alis quidè volucres per aërem volant: pinnis autem nullum aliud animal aut volat, aut graditur præter pisces: vespertilio enim alas non pinnas habet, squamis integri serpentes videntur, at si propius inspicias, non squamis, sed tenui cortice potiùs opertos esse dixeris, vnde Græci huiusmodi animalia vnico vocabulo idque feliciter, vt

Lib. 1. de hist. animal. ca. 16. omnia *φοιδωλα* appellant, & *φολις* teste Aristotele, squamis similis est: aliquando rigidior & durior, vt in testudinibus & crocodilis: aliquando tenuior, vt in serpentibus & lacertis. Spinæ piscibus peculiare sunt, neque in alio animantium genere reperiuntur, quæ carni ad eius stabilitatem affixæ sunt, pluræque in ijs qui in aqua dulci degunt, vt in alosis, herbis, cæterisque huiusmodi: multæ etiam in murenis reperiuntur, cuius rei causâ explicabitur, cum ad partium declarationem ventum fuerit: non desunt tamen qui lacertos & serpentes spinas habere putent, multitudine ac tenuitate costarum decepti. Porro, circa ventriculum appendiculæ Græci *ἀποφύδα* καὶ *ἐκφύδα* vocant, non solis piscibus verum etiam auibus, quibusdam peculiare sunt. Aues quidem subter & paucas habent, pisces supra & circa ventriculum, vt scriptum reliquit Aristot. Nos tamen subter magna ex parte piscibus inesse comperimus: alijs complures, vt lato, lacerto, coracino, scorpioni, gobioni, citharo, mullo, scaro: alijs paucas, vt hepato, glauco. Iam verò piscium propriū est lapides in capite habere: neque enim in vllis quadrupedibus nobis etiam diligenter perscrutantibus contigit vidisse. Habent igitur lapides in capite lupi, mugiles, corui, coracini, vmbra, pagri, aurata, spari, hepato, omnisque ferè squamosi: ex planis solea siue buglossus, quorum neque naturâ neque vsum perscrivit Aristoteles, sed solum annotauit omnes illos pisces quibus lapides insunt in capite, hyemem pertimescere, id tamen in paucis se obseruasse: nos verò formam, naturam, vsum suis locis docebimus. Hic partes piscium proprias annotasse satis sit, quarum postrema est vesica in ventre interdum vnica, interdum gemina aëre plena, maximè in fluuiatilibus naturæ prouidentia illic collocata, vel ne submergantur, vel potius vt in aqua suspensi facilius natent. Quæ cum ita sint, piscium alias quidem partes cum cæteris animantibus esse cōmunes, alias verò eorum duntaxat proprias, quibustum à cæteris animantibus tum à sese differunt, arbitror esse perspicuum.

Alia partium diuisio quibus à sese pisces differunt.

CAPUT IIII.

PARTES eas quarum alias proprias, alias communes esse modo diximus: alia rursus diuisione distinguemus, vt aliæ eadem inter se sint, aliæ omnino diuersæ, aliæ alijs ad portionem respondentibus. Eadem specie sunt partes dextræ ac sinistræ, similes sunt oculi pagri & rubellionis, cynedi & perca. Ad portionem alijs respondent, quæ neque eadē: neque eadē substantia aut structura, verum eundem vsum præbent. Cancrorum *χρηλ* (forcipatum pedem vertit Gaza) manibus hominum pro portione respondet: vt enim manu cibos appre-

Lib. 4. de hist. animal. cap. 2.

apprehendimus, iisdem corpus ab iniurijs tuemur, illatas propulsamus: sic cancri, astaci chelis cibos apprehendunt, ac ori admouent, iisdem vel se defendunt, vel alios impetunt: at figura & cōpositione manui dissimiles sunt, imò planè contraria ratione constant: nam foris ossea vel lapidea sunt, intus musculos habet quibus mouetur, manus contra intus dura & ossea, foris mollis & carnosa, in quinque digitos diuisa. Quare non huic sed rostro potius auium figura similes dici possent. Sunt etiam squamæ piscium, & plumæ auium peræqua proportione: nam, vt rectè scripsit Aristoteles, quod in auibus penna est, id in piscibus est squama: & vt plumis obducitur auicularum corpus, quò sint à caloribus & frigoribus tutiores (hyeme enim calefaciunt plumæ, æstate corpori vmbra præbet) sic ad propulsandas iniurias muniuntur frequentibus squamis piscium nonnulli: neque enim omnes squamis integuntur, vt aues plumis, vnde quidam laues dicti. Sed vt squamæ vsu, pennæ auium respondent, ita his neque substantia, neque figura, sed hominum vnguibus potius similes esse dicas: quæ omnia de paruis plumis non de magnis quæ alis insunt, intelligi volo, volatui magis quàm iniurijs repellendis accommodatis, quæ pinnis proportione respondebunt. Branchias neque substantia, neque compositionis modo structuræque pulmonibus rectè compares, vsu verò situmque & utilitate perbellè: nam quemadmodum qui in aëre viuunt, illi ad spirituum agitationem refrigerationemque intrò trahunt, calfactumque respirant, sic branchiis aquam spiritumque aquæ permistum ad easdem utilitates vicissim trahunt redduntque pisces. Palatum carnosum est vice linguæ, percipiendorum saporum gratia: nam pisces omnes palato carnosum præditi nullam linguam videntur habere, nisi imperfectissimam, quod in cyprinis, bramis, tincis obseruauimus. Ac vt summam dicam, partes omnes equa cum ijs portione esse dicuntur, quibus cum eundem planè vsu situmque habent, cum parte, cuius officio funguntur, etiam substantia structuræque valde dispares, vt palatum carnosum in ore est, branchiæ circa cor, pinnæ ad latus vel sub ventre, chelæ prope os, articulofque habet articulis cubiti similes: vt ad os flecti possint. Hactenus de partibus ad portionem respondentibus, nunc de diuersis quæ maximè sunt organica, figura, magnitudine, numero, situ, contrarijs affectionum qualitatibus odoris, saporis, coloris, agendi patiendique virum manifesta tum occulta, exuperantia defectuque à sese differentes. Substantia quoque dissident, quæ simplices dicuntur, quarum ratione organica etiã substantia sunt dissimili. Quæ omnia in genere dixisse mihi satis esse non videtur, nisi particulatim & ordine singula declarantur: nam vt vniuersas quidem res prius nouisse oportet, tum quòd ad rerum singularum cognitionem facilius præbeant aditum, tum quòd sine illis intelligi nullo pacto possint, ita singularum notitia sic illustrantur

Lib. 1. de hist. animal. cap. 2.

vniuersa vt illis omiffis confufam, indiftinctam, rudem imperfectam que rerum cognitionem tecum circumferas, nifi adhibitis fmgulis tete explices, euoluas atque confirmes. Quare nihil hic temere congere-re volui, fed ita rem fufceptam tractare vt eius doctrina parari poffit. Nunc igitur ad partium fmgularum differentias aggrediamur ab illis exorfi quæ fubftantia differunt: eft enim hac aliarum differentiarum veluti fedes & fundamentum.

De pifcium ex fubftantiæ varietate differentijs.

CAPUT V.

SUBSTANTIA fmgue materia partes pifcium differ-re non folùm fmgus arguit, fed etiam ratio id neceffariũ fuiſſe docet: nam quæ flecti aut ab externis rebus affici debent, minimè ex terrea durâq; fubftantia, fed molli conftare oportet: fmgere enim eft quodammo-do pati, difficile verò patiuntur quæ dura & ficca funt, cõtrâ facile quæ mollia & tenera. Quamobrem lingua partefq; omnes fmgus aliquo præditæ, ex molliore aliqua nempe ex carnofa vel neruofa fubftan-tia conftatæ funt: ex dura verò & ficca quæ ad tutelam defenfionem-que ac ftabilitatè aliquam funt cõditæ, vt Squamæ, aculei, fpinæ, offa: nõ enim, vt prouerbio fertur, è quouis ligno fit Mercurius, fequacem-que oportet eſſe materiã reiq; faciendæ aptam. Pulmones à brâchijs, fquamas à cruſta, vel offeo lapideoque tegumêto, offa balenarum, del-phinorum, teftudinum, vitulorum marinorum à pifcicolorũ fpinis, & horum carnes ab illorum carnibus fubftantia differre quis non videt? Sic mollium, fquamosorum, cetaceorum, cruſta inteetorum, faxatiliũ, fubftantiam aliam aque aliam eſſe nemo non dicit: nam exempli gra-tia, mollium vt polyporum fubftantia, mediam inter neruum & car-nem naturã obtinet: eft enim carne durior, neruo mollior, idque non fine fmgma naturæ prouidentia, quippe cum neq; fquamas neq; spi-nas, neq; offa habeant, fluctuũ exagitatione fubftantia eorum mollior diffolueretur, & diffoluta diffuere, neq; durior tam bene flecti in omnes partes poſſet: Contrâ faxatiliũ caro mollis teneraq; eſt. Proin-de ex hac fubftantiæ varietate quædã nomina pifcibus poſita funt. Di-cũtur enim quidã Cartilaginei, & ὄστρεα quali ὄστρα, id eſt offea. Sed præ-ſtat tantam varietatè fubftantiæ fmgue carnis pifciũ in genera aliquot redigere, fmgulorumq; exempla fubiungere. Eſt igitur pifcium quo-rundam fubftantia ficcior duriorque: contrâ nonnullorum mollis hu-morèque multò diffluens: inter has media eſt duro mollique tempe-rata, fmgue quodammo-do ad hanc tẽperantiam accedens. His fuccedit quartũ genus eorũ qui carne funt ψαθυρῶν, id eſt friabili. Aliud eorum qui

qui carnẽ tenacem & velut glutino compactã habent, id genus Gre-cis γλίχρον dicitur, cum celſo glutinoſum dicemus: poteſt & eſſe ali-quod inter iſta medium. Poſtremò alia eſt pifcium caro pinguis, alia ἑλιπτέρης, id eſt, nõ pinguis fmgue macra: fic enim celſus. Duræ carnis funt draco, cuculus, miluus, ſcorpis, corax, vranofcopus, hirũdo, trachu-rus, ὄστρακιδερμα omnia, dẽpris oftreis & mytulis, & mollia omnia, mol-lia inquam, ſi tegumêta tactũmque ſpectes, ſi carnẽ, dura, polypi, ſe-piæ, loligines. Mollis carnis funt, ſparus, cantharus, aphyæ, trichides, mænæ: inter hos medij funt lupi, coracini, auratæ, dentices, rubellio-nes, pagri, mylli. Friabili carnẽ funt faxatiles omnes. Glutinofa, oceani gallici pola, raia, congrus, ichthyocolla, quam Gallorũ molluam eſſe putant: denique pifces omnes longi. Pingui carne funt mugiles, ma-cra, galei: neque enim adipem neq; ſeuum habent præterquã in hepa-te: quia cartilaginei funt: ij enim vniuerſi pingui carẽ demptis, mure-na fluuiatili & ſturione. Præterea non pingueſcunt cruſta inteeti, ne-que molles. Hactenus explicatæ funt fubftantiæ pifciũ ſimplices dif-ferentiæ, ex quibus inter ſe colligatis atq; implicitis fiunt compoſitæ: nam pifces quidã funt carne dura & fragili, vt rhombi, mulli: alij dura & glutinoſa, vt bugloſſus: alij dura & pingui, vt thunni: alij dura & ma-cra, vt galei: alij molli & fragili, vt faxatiles, & paſſeres: alij molli & glutinoſa & pingui, vt anguillæ: alij molli & nõ pingui, vt aphyæ, athe-rine. Neq; verò tanta fubftantiæ diſſimilitudine ſolummodò pifces diuerſi, fed etiã ijdem à ſefe diſſident, vt thunni qui ceruice, abdomi-ne cõmẽdantur atq; clidio, inquit Plinius, viliffima quæ caudæ pro-
xima quia pingui carent. Eadẽ de cauſa γαλοπρωτὶν tantopere lau-
darunt cupediariũ ſtudioſiores. Sed antequã hoc caput concludamus, alienum à propoſito nõ fuerit de faxatiliũ fubftantia ex Galeno & Athenæo pauca addere. Diximus ex Galeni ſentẽtia faxatiles omnes molli fragiliq; eſſe carne: is enim lib. iiii. de aliment. facult. apertè ſcri-bit illis eſſe carnem ψαθυρῶν καὶ μαλακῶν, meritoq; in faxatilibus pifcibus nullum eſſe inter eos, qui eiufdem funt generis diſcrimen ma-niſteſtum, vt qui perpetuò in puriſſimo mari degant, aquãmq; dulcem & ex dulci marinaq; miſtam fugitent: Et nõ multò poſt, faxatiles nec alimenta nec loca mutare, nec in dulcibus aquis viuere, ob eãmq; cau-ſam perpetuò eſſe inculpatos. Athenæus verò, qui faxatiles vocan-
tur, inquit, vt gobiones, ſcorpis, paſſeres, hiſque ſimiles corporibus ſic-cum ſuppeditant alimentum, augentque & nutriunt admodũ, faciles funt ad concoquendũ, neq; excrementa multa, neq; flatuſ gignũt, qui bus mox ſubiungit. Hiſ ſimile eſt genus eorũ qui μαλακῶσαρκοι, id eſt, molli carne præditi funt, vt turdi & merulæ & ſimiles. funt autẽ hi ſu-
terioribus humidiores. Qui cũ inter ſe pugnare prima ſpecie videan-tur, minimè tamẽ diſiũcta & cõtraria dici ab ijs eſtimabit qui nouerit,

piscium quæ saxatiliū vniuersè mollem fragilèmq̃ esse carnem, si eos cum alijs compares, quorum quidam molli sunt carne, sed glutinosa, alij minimè glutinosa, qua in re saxatilibus sunt similes, sed dura, in quo dissimiles. Verùm saxatiliū ipsorum alios esse qui in saxis procul à litoribus delitefcunt, alios qui degunt in saxis ad litora, illorum minùs mollis sicciorque est substantia, horum mollior humidiorque, vt ait Athenæus: vnde *μαλακαρπεις* Græci vocant, illi ad pelagiorum, hi ad litoralium naturam propiùs accedunt. Ex his igitur perspicuum esse arbitror pisces esse in magna substantiæ disparitate, quæ partim ex prima natiuâque piscium constitutione, partim ex alimentorum varietate proficiscitur, de quibus libro primo satis abundè multa

De differentia piscium ex figura.

CAPUT VI.

QUEMADMODVM substantiam siue materiam partium variari necesse fuit, prout illas variè agere partique oportuit, vt proximè demonstratum fuit, ita diuersis partibus alia atque alia opus fuisse figura censendum est, quòd instrumentorum actiones à figura potissimùm dependeant, vel certè figura meliores deteriorèsvē reddantur. Ventriculus spherica figura constat, tum quòd hæc omnium figurarum sit capacissima, tum quòd difficilimè patiat. Manus in quinque digitos diuisa est, eamque figuram nacta vt omnino rem complecti possit, meliùsque apprehendat. Idem sanè de eorum piscium partibus, qui moribus & actionibus differunt, est iudicandum, pro quorum differentia varias natura figuras effinxit. Neque verò solùm partes natura differunt, sed etiam diuersa est, diuersorum piscium totius corporis forma, ob varias partium ex quibus componuntur figuras, tum ad faciliorem rerum distinctionem, tum ad Dei optimi maximi potentiam nobis ob oculos ponendam, qui innumerabiles rerum formas specièsque ex eadem prima substantia materiæve procreauit, & genuit. Vt lepus marinus à lolligine differt, sepia à polypo, locusta ab astaco, astacus à squilla, squilla à cancro, ostrea à spondylis, spondyli à mytulis, mytuli à chamis, chamæ à pectunculis, purpura à cochleis & buccinis. Quòd si quæ sunt eiusdem generis, figura differre fecit, quanto magis quæ diuersorum sunt generum? Vnde alijs sphericam figuram tribuit, vt orchis siue orbi, alijs stellæ, vnde & pisci nomen, alijs cunei vt mugili, alijs iugi, vnde *ζύγωνα* Latine libella. Iam *σφύρανα* à nostris piscatoribus & Italis *spetto*, Luna, xiphias, à veru, lunæ, gladij in rostro figura nomen inuenerunt. Denique *αὐλοῖς*, cucum

cucumeri, vuæ, hippocāpo alijsque infinitis, à rerum terrestrium figuris nomina sunt posita, non magis quòd rerum varietate delectetur natura, quàm quòd earum distinctio nobis fuerit necessaria. Quid enim esset aliud inter nos quàm chaos quoddam & rerum omnium confusa congeries, nisi forma, colore alijsque huiusmodi internoscerentur? quo pacto lapides, herbæ, pisces à sese discernentur, si per omnia similes sibiipsis essent? ne illa quidem linguarum confusio in Babel tantum vnquam negotij exhibuit, quantum illa rerum omnium similitudo exhibuisset: nemo Platonem à Cicerone dignosceret, si huic ciceris nota, quæ in facie spectabatur, illi scapularum latitudo deesset. Solemus enim singulos homines, nasi, oculorum, superciliorum, menti, barbæ, oris, aurium, capillorum, reliquarumque partium colore, figura, symmetria à sese distinguere: sic absinthium à lactuca, aconito, veratro, quis distingueret? Venenum proculdubio pro medicamento, & venenum pro alimento quotidie vsurparemus magno nostro malo. Vix possumus, quæ est mentis nostræ imbecillitas, res aliqua similitudine coniunctas discernere: quid futurum fuisse putamus, si omnes figura colorèque inter se conuenirent? Quæ cum ita sint non temere, sed summa cum prouidentia magnòque nostro com modo, natura pisces non solùm viribus & probitate succi, sed etiam varia partium figura, varia item totius corporis mole, de qua mox dicemus, à sese disiunxit.

De piscium ex partium magnitudine differentia.

CAPUT VII.

RECTE quidem maiores nostri magnitudine & exiguitate res multas distinxerunt, quæ figura aut alio quouis modo facilè distingui posse non videbantur, magnitudinis autem differentiam *βου* & *ἵππο* particulis expresserunt, vnde *ἵπποσέλιον*, *ἵππομάρθρον*, *βελιμία*: neque verò eo inficias istis particulis quandoque non magnitudinem sed similitudinem significari, vt in Hippocampo, buphthalamo, buglosso: Hippocampus enim pisciculus cum sit digiti duntaxat magnitudine, ab insigni magnitudine dici non potuit: quanquam Marcellus Virgilius contra Dioscoridem & rei veritatem id scripsit. Neque etiam quæ magnitudine differunt, semper ijs particulis expressa sunt: nam pinnophylax ab alijs maioribus cancris sola magnitudine differt, astaco leo & elephas maiores sunt. Hæc quidem de totius corporis non partium magnitudine dicta sunt. Verùm quæcunque magnitudine totius differunt, eadem partium quoque magnitudine differre est necesse: nihilo minus tamen in partibus quibusdam eam differentiam videre licet, vt in rostro, cuius longitudine sola dif-

*In Annotat.
in cap. 3. lib. 2.
Dioscorid.*

fert delphinus noster à marfuino vulgò nuncupato. item acus longifissimum rostrum habet, lacertus breuiorem, sphyræna longum & acutum, lucius sphyrænae reliquo corporis habitu similis, rostro est breuiore & minus acuto: vulpeculæ marinæ altera caudæ pinna ad falcis magnitudinem accedit, quo nomine à maltha, acanthia, canicula, aliisque galeis differt. Cuculus, hirundo, lucerna à multis pinnarum magnitudine discrepant, *ὀφθαλμία* quæ à Gaza oculata dicitur, oculos maiores habet reliquis squamatis. Item hepatus ab alijs sui similibus oculorum magnitudine distinguitur: sed, hæc omnia clario-
ra fiunt cum de partibus sigillatim dicetur. Quare ad alias partium differentias properandum.

De partium differentia ex situ.

CAPUT VIII.

DIVERSORVM piscium partes quasdam figura, magnitudine, numero similes quidem esse, situ verò ita variari contingit, vt in his & in illis contrario sæpe modo positæ videantur. Atque vt à capite incipiam, id in animantibus magna ex parte superiorem vel anteriorem locum optimo iure occupat, vt pote quod cum aliarum facultatum, tum diuinæ illius & immortalis quæ *ἡγεμονική* dicitur in homine sit domicilium: in cæteris verò animantibus, illius facultatis sedes quæ sensum motumque toti corpori suppeditat. Multos tamen pisces videam, qui inter pedes & ventrem positum caput habeant, vt sunt polypi, loligines, sarpia: caput illis ea in parte esse indicio sunt oculi, qui semper in capite siti sunt. In cancrorum genere caput ea in parte situm est, in qua pectus in respirantibus esse solet, vtrinque pedes lateribus hærent, quanquam Gal. lib. VIII. de vsu partium, cancris caput deesse affirmet: sed hoc verum non esse, argumeto sunt oculi, qui à cerebro per neruos opticos videntis vim accipiunt, quorum gratia caput factum esse eodem in loco ipsemet contendit: quòd si illis insint oculi, inerit & cerebrum, si cerebrum, caput quoque inesse necesse est: id enim caput appello quod cerebrum in se & sensuum instrumenta circa se contineat, neque cerebrum temerè à Græcis *ἐγκέφαλον* dictum crediderim, sed quod reuera semper in capite situm sit. Quemadmodum enim nares, aures, linguam, ita etiam oculos cerebro propinquos esse oportuit, ob magnam spirituum copiam sensibus illis efficiendis necessariam: quæ vt cõfestim suppeditari & transmitti posset, eos propius abesse ab origine voluit natura. Omnis enim sensus motusq; à cerebro tanquam à fonte deriuatur, neque est quòd quisquam putet caput id genus pisces non habere, quòd ceruice careant: ceruix enim non capitis, sed gulæ & asperæ arteriæ gratia instituta est: Sed
vt eo

vt eo redeamus vnde digressa est oratio, oculi ipsi situ quoque variat: sunt enim quibus oculi supra caput cælum versus positi sunt, vt vranoscopo, in alijs ad latera magis spectat. Sed de oculorum differentia suo loco fusiùs. Pinnae situ differunt: in marinis enim ad partem superiorem vergunt, in fluuiatilibus magis ad ventrem. Fel quidam in hepate habent, vt squamosi & galei: in alijs, in intestinis situm est, vt in amia & pelamyde: in nonnullis in capite, vt in aphyis *ἐγκρασιχόλοις* ob id cognominatis. Cauda partem posteriorem, vt caput anteriorem occupans situ non nihil differt: nam in mugile, lupo aliisque infinitis secundum spinæ longitudinem sita est, vt aquam findat, cuius ratione tranuersa est, ita vt latitudine sua aquam tangat & verberet in delphinis ac balenis. Necnon aculei ad tuendum corpus à natura dati, dissident: alij enim in fronte habent, vt squilla, astacus: alij & in fronte & in toto corpore, vt locusta, cancri marini: alij in ceruice, vt araneus, vranoscopus, cyaneus vulgò derbius: alij à ceruice ad caudam ferè, vt perca, aurata, sargus, thynnus: alij in thorace & branchijs, vt vranoscopus: alij in pinnis, sargus, cantharus, sparus, coruus, melanurus: alij in cauda tantum, qui propriè radius dicitur, vt pastinaca: alij in cauda & reliquo corpore, vt raia nonnulla. Porro in omnibus linea à capite ad caudam ducta est, quæ in marinis magis ad dorsum vergit, in fluuiatilibus magis ad ventrem. Eadem in quibusdam recta planè est, in alijs obliqua. Iam verò vterus locum nactus est ad septum tranuersum in ijs piscibus, qui intus concipiunt & ex ouo viuum pariunt, in alijs vt in squamosis inferiore in loco. Quinetiam in delphinis, vitulis, balenis mammarum situs alius est, ac in mulieribus quod in illis ad pudenda, in his in thorace locatæ sint: sed singula persequi nimis longum foret, cum in piscibus pauca sint partes quæ eundem seruent situm: nam pro corporis figura, actionibus, moribus, alium atque alium situm sortiuntur.

De piscium differentia ex numero partium.

CAPUT IX.

MULTAS in piscibus partes esse quæ numero differant cuius perspicuum esse potest: ideo breuiter hanc differentiam perstringemus. Branchiæ alijs sunt binæ, alijs quaternæ, alijs octonæ: earumque foramina varia sunt: nam in lampetris septena, in omnibus ferè galeis quina, in murenis & congris vnicum ex vtraque parte. Aculei in dorso eriguntur, in nonnullis duo, vt in acanthia & centrina: in alijs tres, vt in araneo pisce & vranoscopo: in alijs plures vt in mugile, aurata, perca, scaro, sargo, cantharo, radius in cauda pastina

cæ aliquādo est vnica, interdum duo vel tres superadditi. Pinnæ ali- quibus duæ sunt, nonnullis quatuor, alijs plures, & quæ in dorso est, nonnūquam vnica eaque à capitis fine ad caudam continua est, vt in amijs & passeribus: in multis in tres pinnas diuiditur, vt in aellis & multis fluuiatilibus: interdum vnica est ad caudam, vt lampetræ, inter- dum vnica ad caput. Appendicum ventriculi etiam numerus in di- uersis variatur: nam coracino sunt octo, plures trachuro, amijs, lacer- tis, quibusdam pauciores, vt cuculo, accipitri. Præterea viscerum ipso- rum numerum variū esse dissectio ipsa docet. Nam qui per pulmo- nes respirant, duos cordis sinus habent: qui per branchias, vnicū, vt rectissimè scripserit Gal. sinum cordis dextrum pulmonum gratia factum esse. Galeorum hepar ita diuisum est, vt nō vnus plures lobi, sed planè geminum esse videatur vtraque ex parte situm. Possem hīc plura de dentium aliarūque partium numero dicere, sed alio loco commodiūs explicabuntur.

De partium differentia, ex earum exuperantia & defectu.

CAPUT X.

PARTIUM exuperantia defectūque ad earum nu- merum rectè quidem videtur referri posse: commo- diūs tamen fore duximus, si hæc ita seiungeremus, vt numero partium piscis à pisce differat, cum eius quod vtrique commune est, huic plures insunt particulae, illi pauciores: exuperantia verò defectūque cum vnā, plurēve partes hic habeat, quibus alter omnino careat, & contra: neque enim pisces omnes partibus omnibus siue communibus siue proprijs constant, etiam si perfecti habeantur, vt delphinus & vitulus marinus partibus quibusdam præditi, quibus cæteri carent, sel non habent. Quare exu- perantia defectūque pisces differunt earum partium, quæ vel ad com- modiūs viuendum, vel ad ornatum, vel corporis tuendi causa à natu- ra sunt comparata. Omnes crusta intecti, molles, ostrea, partes interio- res indistinctas habent, si Aristoteli credimus. *οφθαλμοδερμα* oculis & au- ribus orba sunt. pulmones marini vulgò dicti, quos vernacula lingua *potes* appellamus, capite carent. Renibus & vesica carere permul- tos pisces, experientia ipsa docet: qui tamen pulmonibus respirant, renes habent, vesicam, testes & mentulam: ijs enim propter sanguinis copiam calidis admodum, pulmonibus opus fuit refrigerationis cau- sa. Præterea eosdem ob eandem causam serosis excrementis abunda- re necesse est, quæ cum propter cutis duriciem expurgari non pos- sint, neque in partes vllas absumi, natura nō renes duos, sed in vtra- que

que parte propè infinitos racemi modo coglobatos donauit: ex qui- bus efficitur, vesica, testibus, & mentula simul donatos esse, quibus par- tibus squamosi, molles, aliique infiniti pisces careant. Pinnis vacant murenæ, chelis squilla, quibus astaci & cancri abundant. Squamis operiuntur permulti: contra læues sunt, id est, sine squamis omnes car- tilaginei, anguilla, murenæ, lacerti magni & parui. Os pisces omnes, gulam non omnes habent. Quibusdam podex deest, ex quorum nu- mero cancellum esse qui in purpurarum & cericum testis degit, quan- quam Arist. sit author, tamen id falsum esse sensus ipse demonstrat. In Orpho seminis meatus non inueniri scribit Athenæus, caudam can- cris non esse existimauit Aristoteles: rem tamē aliter habere suo loco docebimus, luna piscis in rotundam figuram definens, nullam cau- dam habere videtur, sed duas tantum pinnas, vnā superiorem alte- ram inferiorem caudæ vsum præbentes. In Galeis sunt qui aculeos ha- bent, vt acanthias, centrina, alijs desunt. Rhomborum alij leues sunt, alij aculeati. Raiarum quarundā corpus multis aculeis est horridum, aliarum leue, nec nisi in cauda aculeis armatum: nullis alijs est bar- ba, quos ob id barbatulos appellarunt Cicero & Varro, alijs de- est. Quare his atque alijs piscibus infinitis quos persequi longioris esset operæ, natura tum ad varietatem, tum ad distinctionem diuer- sas partes tribuit.

Lib. 4. de hist. animal. cap. 4. lib. 7. Lib. 4. de hist. animal. c. 2.

In paradox. lib. 3. de rebus stica.

De differentia piscium ex sapore.

CAPUT XI.

FACTENVS partium maximè earum quæ organi- cæ dicuntur, differentias multas exposuimus: nunc alię sunt recensenda, quæ potissimum simpliciu sunt partiū, ex varia elementorū permistione ortæ, quarū pri- ma hīc erit quæ à sapore sumitur, de quo minimè iudi- cium faciendum est ex ijs piscibus, qui ditiorum & principum men- sis lautè atque exquisitè apparati conditiūque apponuntur: cocorum enim opera ita variè miscentur ac temperantur ex aromatis, herbis, obsonijsque omnis generis, vt genuinum saporem odoremque nullo pacto retineant: nam quæ salsa ac nitrosa sunt, frequenti dulcis aque inter coquendum mutatione, mellis vel sacchari permistione fiunt dulcissima. Contra ijs quæ insipida sunt naturā, tantam salis copiam inspergunt, vt sapidissima reddantur: quæ acrimonia nulla linguam pungunt, palatūque irritant, cepa, porro, allio, omphacio, aceto ita condiunt, vt acria acidave sint. Isti igitur de piscium sapore ac odo- re sententiam rogandi non sunt, sed qui citra salem, acetum, oleum, butyrum apparatus pisces esitant, idque ad mare: longa enim vectura

fuccus eorum lapidior acriorque redditur: cuius rei causam aliàs trademus. Quare in aqua mediocriter elixi vel super craticulam affi edendi sunt, quod ex hoc apparatu ita non immutentur, quin odorem saporémque natiuum satis referant. Adhæc iisdem varijs temporibus degustandi sunt: nam pro temporum natura alius atque alius est eorundem sapor & odor, vt lampetra à partu dura est & insuavis, ante partum longè minùs. Et mugiles nulliq; lutum aliquando magis aliquando minus olent. Spectanda est etiam diligèter locorum cōditio, quoniam, vt lib. i. demonstrauius, loci ratione meliores deteriorésve pisces efficiuntur, vt lampetra marina amara est, in aqua dulci saginata, dulcis & minimè insuavis. Et Archestratus ille ὀψοδότης quæ loca nō peragravit, vt in singulis, optimis quibusq; selectis ac degustatis gulæ ventriq; satisfeceret? His igitur diorismis vtendum esse non inutile fuit admonere, vt de piscium sapore odoréque syncerum iudicium fieri possit, quod ad meliores pisces deligendos, deteriores reijciendos non parum habet momenti. Sapor igitur piscis proprius ille dicitur, qui in omnibus eiusdem generis eodem in loco degentibus percipitur. Sunt aliqui pisces sapore acri, vt thynni cauda, sardina caput, alij acri & pingui: alosa marina, thynni venter: alij amaro vt olothuria æstate, & mytuli. Amarissimos esse pisces ad Pelen insulam & ad Clazomenas Plinius refert: contra ad scopulum Siciliae, ac Leptin Aphricæ, & Eubœam & Dyrrachium. Rursus ita salso vt possint salamenta existimari, circa cephaleniam, & Ampelon & Paron, & Deli petras: in portu eiusdem insulæ dulces, quam differentiam pabulo constare non est dubium. Dulces sunt squillulæ, & κυραὶ squillæ, cancri ἀνώμιοι, pectunculi, chamæ magnæ, aselli, saxatiles ferè omnes. Insipidi pholis, passer fluuiatilis, & alij permulti. Salsi pectines, conchæ, locustæ, polypi, loligines, sepia. Nullos comperi acido aut austero esse sapore, quanquam Gal. lib. 111. de aliment. facultatib. scribat λεύκισκον τ' ἄλλα μὲν ὁμοίον πικρῶ, τῶ κεφαλῶ, λευκότερον ὁ βραχὺ, καὶ τὴν κεφαλήν ἔχει μικροτέραν, καὶ τὴν γέσην ὀξύτερον id est, Leuciscum in cæteris quidem omnibus mugili planè esse adsimilem, at paulò candidiorem, capite minore, & sapore magis acido, cùm contrà sapore sit magis insipido: quòd si quis acidus austerúsve sit, is proculdudio in aluminosis fluminibus, cæterisq; huiusmodi querendus est. Verùm & nos mugiles fluuiatiles ex Tyberi qui propter albulas aquas nōnihil aluminosus esse potest, degustauimus, & nihil acidi in eis percipimus. Quare locum Galeni corruptum esse iudicamus, & pro γέσην ὀξύτερον legendum censemus ὀξύρυγχότερον, & hanc germanam esse huius loci lectione fusiùs aliàs sumus ostēsuri. Hæc omnia ferè de totius corporis sapore dicta sunt, nunc de partium sapore quædam subiungenda. In chamis circa μήκωνα (papauer ad verbū exprimens dixit Gaza) partem aliquam

aliquam amaram sensu percipimus, quæ in medio est alba, dulcem. Si partes sapore non differunt, cur veteres, qui rerum quæ palato gratae sunt peritissimi fuerunt, caput glauci, thūni epigastrium, clidium, lumbos, scari viscera, dorsum congru, caput & hepar mulli, caudam mugilis cæteris partibus prætulērūt? Cur ex cancris, locustis, anguillis, alijsq; pluribus mares reicimus, foeminas eligimus? Cur mugiles circa Setiū montē Gallia Narbonensis, & maximè ea parte stagni, quod lingua nostra *Tau* dicitur, captos tantoperè laudamus? Cur in stagno Prouincia quod *Martegue* appellat, pisces cæteris præstatiores? Cur antiqui anguillas Bæoticas, murè ponticū, thynnos Megaréses, mœnides caristias, pagros Ereticos, carabos scirios adeo celebrarunt, nisi ex saporis differentia & præstantia huiusmodi delectū pisciū fecissent? Nos verò thynnorū carne vescimur, à delphinorū carne abstinemus, acathias, caniculas, squatinas, malthas, libellas, & huiusmodi cartilaginea saporis ingrati causa negligimus. Ex iisdē tamē cartilagineis lāpetras & sturiones qui in aqua dulci aliquādiu vixerint, quod palato optimi iudicentur, in delicijs habemus. Sed de pisciū sapore satis sit hæc admonuisse.

De piscium differentia ex odore.

CAPUT XII.



DOR & sapor sese mutuò consequuntur, atq; adeò inter se natura sunt cōiuncti, vt in re insipida nullus odor inesse possit, id quod ex plerisq; brutis animantibus homines odorandi sagacitate superantibus colligere licet, quæ nullū ferè cibum ore & dentibus capeflunt, nisi prius naribus admouerint, & probarint, nec quod odoratui iucundum fuerit reijcere, quod iniucundum vorare soleant, vt simiæ, sues, canes, equi. Verùm saporū quidem differentia propria, nobis sunt perspectissima, odorum verò minùs nota. Cuius rei quænam causa sit, curque animantes multæ odorandi vi hominibus præstent, non absurdum fuerit exponere, priusquam de pisciū odore quicquam dicamus. Tactu qui toto corpore equabiliter fusus est, homo animalibus omnibus longè antecellit, quòd ad mediā illam & exquisitā temperationē corporis propiùs accedat. Cùm enim in medio ferè sit omnis excessus, ideo omnē excessum, qui sub tactū cadit, percipere potest: nam energiā omnis sensus organū, id esse nō potest: cuius percipiēdi gratia à natura est institutum, sed facultate tantum, naturaque præparatum esse oportet ad similitudinē rerum, quæ sub sensum cadūt. Ex quibus efficitur gustatū quoq; qui tactus quidā est, in homine esse exquisitū, vt qui omnes saporū qualitates lingua palatoq; percipiat, nō insigniores modò manifestasq; sed & planè insipidas, neq; solum simplices & impermixtas, verùm etiā vel natura vel arte tēperatas, vt quæ dulcia simul

amarâque sunt, quale agaricum esse creditur, quæ dulcia & acida, quæ dulcia, amara, & astringentia, quale est rhabarbarum. Cur verò odores non similitur, sed insignes tantum propriè, & extremas earum differentias, quibus quid bene vel malè olere dicimus, cum tactus & gustatus in homine sint exquisitissimi, omniumque sensuum quasi sedes & fundamentum sit ipse tactus? Hoc vt apertius fiat, rem paulò altiùs repetamus. Odor, Aristoteli fumida est & ignea exhalatio, vel vt Gal. censet, eorum quæ sub odoratum cadunt ἀρωματίζεις, id est, vaporosa siue halitiosa, si ita dicere liceat, substantia est, quòd ea quæ à corporibus effluunt ambienti aëri primùm permista, deinde per inspirationem naribus in cerebrum delata sensum moueant. Præterea vt modò diximus ex Galeni sententia lib. de odoratu, à natura præparatum esse oportet omnis sensus instrumentum ad similitudinem rerum quæ sub sensum cadunt, vel vt Aristot. ait, id quod sentit tale facultate est, quale id ipsum quod sensum mouet, est energiâ. Quare odoratus sedes & instrumentum, vt nunc omnes loquuntur, necesse est vt sit ἀρωματίζεις, id est, vaporum siue halituum simile Gal. aut hore: talis enim est odorum substantia siue materia, vel vt scribit Arist. facultate siccum. Cùm enim, inquit, odor sit siccus, vapor humidus, odorandi instrumentum tale erit facultate. Quæ cùm ita sint, homines quorum cerebrum ex sese nativòque temperamento frigiditatem magnam habet cum magna humiditate coniunctam, ad odores apertè & exquisitè discernendos erunt ineptiores. Contrà, animalia quorum cerebrum ad calidiorem sicciorèque constitutionem vergit, longè magis odoratu valebunt, cuiusmodi sunt canes, præsertim venatici, qui ea odorandi sagacitate præditi sunt, vt etiam vestigia ferarum, & dominorum longo post interuallo persentiât. Quòd si vel morbi, vel humidioris regionis, constitutionisve aëris causa, obtusiores sint odoratu, cerebri temperiè humidiorè, sulphuris vsu corrigunt venatores. Item vultures eandè ob causam, a quibus omnibus odorandi vi præstare creduntur, & trecentis miliaribus ad cadauera Troiæ aduolasse. Hanc ob causam odoris differentia minùs nobis sunt cognita, & proinde nomina propria ijs posita nò sunt: saporibus verò quòd gustatu præcellamus, minimè defunt, quæ per translationem odoribus accommodata sunt. Dicuntur enim odores acres, & dulces, austeri & acerbis, & pingues. Veruntamè qui rerum singulari naturâ diligentius peruestigarunt, ijs non contenti, plura ex rerum aliarum similitudine mutuati sunt, quibus odorum differentias quâ plurimas explicarent, vt Dioscoridi Ambrosia est τῆ ὀσμῆ ἀνώδης, id est, odore vinoso, & Narcissus τῷ βοτανῶν ἀποφορῶν ἔχει, id est, herbaceum virus olet. Idem alcyoniū, ἰχθύος ὀσμή, id est, piscis olere, scribit: alia quædam odore esse moschi, denique multis alijs odorum translatis nominibus vitur, quæ fusiùs persequi, nostri non est instituti

Lib. de sensu
& sensili.
Lib. 4. de simp.
pl. facult.

Lib. 2. de animal.
mal. cap. 5.

Lib. de odoratu.
Lib. 2. de animal.
mal. cap. 9.

Lib. 5. c. 126.
Lib. 4. ca. 161.
Lib. 5. ca. 136.

tuti. Nunc ad pisces redeo, quos odore admodum differre negare possunt ij, qui assos tantum aut salitos, aut valde recentes edunt: nam assis omnes nihil aliud ferè quàm ἐμπύρευμα redolent, saliti garum & muriam, valde recentes pisculentum vel marinum quid. Quare qui odorem cuiusque nosse velit, tum fluuiatiles, tum marinos nulla arte apparatus, alio atq; alio tempore sæpe cōrectare, & naribus admouere nò recuset, nec Philosopho indignum existimet. Odoris igitur piscium generatim duæ sunt differentia: hic enim iucundus est, ille iniucundus. Porro iniucundi alius marinus est siue pisculentus, qui omnium piscium communis est, necnon eorum omnium quæ in mari gignuntur. Nam ambra ex se gratissimum odorem spirans, in litus eiecta marinum quid olet, quod tempore deponit. Alius ex eorum putredine ortus pessimus quidem & grauissimus. Sed quidam citius, quidam tardius putrescunt: fluuiatiles longè citius, ob dulcis aquæ maiorem humiditatem ob quam faciliùs putrent, qua de causa ferè viui fœtent, mortui statim pessimè: prudentèrque in Gallia fuit institutum, vt nulli nisi viui vendantur. Tardius marinis putrescunt, ob falsuginem, ob quam etiam marinorum odor acris est & mordax: fluuiatilium verò odor huius acrimoniæ est expers. Adhæc iniucundum & ferinum quid redolent cetacei omnes. Grauis etiam odoris sunt cartilaginei, vt pastinaca, rana piscatrix, galei omnes, sturionis hepar. Vulpecula marina odorem vulpis terrestris, à qua nomen accepit, refert Athenæo Lib. 8. authore. Lepus marinus emittit odorem ingratißimum, quo nauseam mouet, abortum prouocat, pulmones lædit. Iam verò iucundi odores varij è piscibus exhalant: violæ odorè refert qui vulgò *Esperlan* dicitur ab vnionum colore, quos *perles* appellamus. Aphyæ Græcorum simili odore sunt prædita: Scari intestina, sal nuper cōcretum. Thymus piscis Ticini fluuij nobilissimi thymum redolet, moschū osmylus è polyporum genere, vnde à Græcorum vulgò *μοσχίτης* dicitur, qua nota ab alijs polypis fecernitur: est enim odor huic ita proprius, vt ablutus & siccatus eundem perpetuò retineat, modò non putrescat. Sunt & aliæ permultæ odorum in piscibus differentia parum nobis cognita, quibus omisissis sermonem ad eorum colores transfero.

De piscium differentia ex colore.

CAPUT XIII.



DMNIUM rerum quæ sub aspectum veniunt, nullè perinde sentiuntur, magisq; ad rerum distinctionem faciunt quàm color & figura. Quare meritò piscium colores diligenter sunt obseruandi, vtpote qui ad horum cognitionem non parum conferant. Verum non colorum summa duntaxat, & pauca genera, sed species eorum tenere

oportet: rursus harum in alia diuisiones quoniam ratione maioris minorisquæ diuiduæ sunt, & latissimè funduntur. Sunt enim album, flauum, cœruleum, viride, purpureum, puniceum, croceum, nigrum, fuscum, rufum, rubrum, liuidum, fuluum, aureum, luteum, glaucum, cæsi-
Lib. 5. cap. 111.
Lib. 5. ca. 104.
Lib. 9. cap. 15.
 sum, & subalbum, subuiride, subpallidum, subrufum subflauum, & exaturatū, purpureum, vel quoduis aliud. Sunt & colorum nomina ex rerum aliarum similitudine sumpta, vt sinopis optima censetur Dioscoridi *ἡπατιζουσα*, id est, hepatis colorem referens, & Chryfocolla laudatissima *τῆ χροβα καὶ ζαλκίως παρασιζουσα*, id est, viriditate porri exaturata: & Gal. bilis speciem *ισαπαδὴ καὶ παρασοδὴ* ab isatidis & porri colore appellauit. Plinius scombro in aquis sulphureo colore esse scribit. Ad hæc non simplices modò sed etiam permixti quidam sunt colores, vt ex albo rubescens, ex albo palidus, ex rufo palidus, ex viridi flauescens. His & pluribus alijs colorum differentijs Dioscorides herbarum florumque discolorum varietates pulcherrimè notat, & oratione representat: iisdem nos in piscium veluti pictura exprimenda vtetur, non more Poëtarum Oratorumve, & aliorum qui vniuersè naturam rerum contemplantur: illi enim sæpe *κατὰ χρομῶδες* ea vsurpant, hi minutas differentias negligunt: sed Dioscoridis, Galeni, Plinij, aliorumque huiusmodi vestigijs insistemus, qui rerum singularum naturam diligentius sunt persequuti. Piscium igitur quidam albi sunt, vt quos vulgò Esperlans, & Cappellans appellamus, aphyra alba, atherina. *λευκισκος* à candore carnis dictus est, flauus est qui nobis *auriol* dicitur. *χρυσόφρυς* à supercilij aureis nomen inuenit, luteus est cynædus, virides gobionum & turdorum aliqui, alij ex flauo virides qui *χλωροι* propriè dicuntur. *Χλωρον* enim neque viride, neque flauum significat, sed vel ex viridi flauescens, vel ex flauo virescens: qualis color visitur in malis medicis maturefcere incipientibus, quorum pars vna vireat, altera flauescat, quæ inter has media, verè *χλωρος* est. hunc ipse facilè conficies, parua æruginis copia croco multo permixta. Ex his colligere potes cur interpretes *χλωρον* modò viride, modò flauum conuerterint. Alij sunt turdi ex viridi cœrulæi, alij ex viridi nigri. A glauco colore Glaucus piscis cognominatus est, qui verè cœruleus vel cæsius est: quanquam apud Ciceronem hi colores differant qui cæsius oculos Mineruæ facit, cœruleos Neptuni, nisi qui minus cœrulei sint, eos propriè cæsius nomines, qui magis cœruleos glaucosque. aliter Vergilius vsurpasse videtur: cum glaucam falicem dixit, quod ex albo virescat. Galeus item cœruleus est, qui glaucus est Aliano, non is cuius pars anterior tantoperè commendatur, qui à nostris Derbius dicitur, quod suo loco demonstrabimus. Sunt qui ex cœruleo virescunt, vt lacerti minores. Purpurei violacei sunt, turdi nonnulli, & anthias oppiani. Rubri sunt permulti,

multi, vt nulli tam barbati quàm qui barba carent, quos à mulleis calciamentorum genere cognominatos putant, vt is rubri coloris gradus in eis exprimeretur. Rubri etiam sunt lyra, piscis cataphractus quem *malarmat* dicimus, synagris, pagrus, erythrini siue erythrici à rubro colore nomen habent. Rubescunt ex cancri leones nuncupati, & ferè omnes crusta intesti cum cocti fuerint. Sunt & multi nigro colore, vt is quem antipolis incolæ *more* appellant. elephas ex locustarum genere, coracinus ex sententiâ Oppiani, & eius enarratoris, quod *κόρον*, Græcis nigrum significet, vnde coracinus, & *κόραξ*, id est, coruus, & cocacina pix P alladio dicta, & Vitruuio coracinus color pro nigro: quanquam Athenæus libro septimo cognominatum coracinum esse scribat, *διὰ τὸ διωκεῖν κόρας κωεῖν*, id est, quod assidue pupillas moueat, apud quem Numenius coracinum *αἰολίον*, id est, vario colore, & Epicharmus alibi *αἰολίον*, alibi *κηροιδέα*, id est, cerei coloris esse facit. Sunt enim eodem Athenæo teste coracinorum plura genera in Nilo: nam quod idem libro octauo coracinum ex Nilo vnum nigrum, alterum album statuatur, albus *κηροιδής* dici non potest: ceræ enim color non albus sed luteus est, vt ex ipsiusmet Epicharmi verbis colligere licet, *μύς, ἀλφειαίτε, κορακίνοιτε κηροιδέες: ἀλφειαί* enim, id est, cynædi toti lutei sunt, si Plinio credimus, & Athenæo scribenti *ἀλφειὰς τὸ μὲν ὅλον κηροιδέες εἶναι, πορφύρεϊσιν δὲ καὶ ἄλλα μέρη*, id est, omnino cerei esse coloris alpheas, nisi quod quibusdam partibus in purpureum vergant. Hic verò non inutile fuerit annotasse nigrum frequenter pro purpureo, vel cœruleo exaturato accipi: sic Plinius elephantem è locustarum genere nigrum dixit, qui ex cœruleo niger est. sic Dioscorides flores Circææ nigros, qui purpurei exaturati sunt, contrà, violam purpuream, quam nos nigram dicimus. Est coloris indici turdorum species quædam, *raiarum*, galeorum species aliæ sunt colore fusco, aliæ cinereo. Rursus animaduertendum est, cum dicimus piscem hunc nigrum esse, illum rubrum, alium flauum, denique quouis alio colore depictum, id accipiendum esse non de toto corpore, sed de eius maiore parte: nam scorpæna, verbi gratia, rubra quidem est, sed multis partibus nigrescit: vix enim inuenias ex infinita piscium turba vnum aliquem qui vnus omnino sit coloris, sed eorum qui minus varij sunt, maximè illustris in eis color prædicatur: qui magis varij sunt æolij appellantur, quales potissimum sunt saxatiles. Sunt tamen nonnulli varij, quibus ab vno colore nomen est inditum, vt auratæ ab aureis supercilij, cum dorso sit cœruleo, branchijs purpureis. glauci aliquot generibus, quæ suo loco exhibebimus, à glauco, id est, à cœruleo dorso colore, cum alijs partibus minime sunt cœrulei coloris. Mullo à rubro colore dorso & capitis, cum ventre sit albo, & aureas

lineas habeat. In ostracodermis varij spectantur colores : sunt enim quædam rubro colore, vt pestunculi, quædam nigro & albo, vt pestines, mytuli nigro, pinnæ species quædam perspicua est cornu similis : molles ferè omnes albi sunt, tamen polypus dum viuuit, breui temporis momento multas colorum varietates representat: vrticæ aliæ albæ sunt, aliæ purpureæ, aliæ rubræ, aliæ cœruleæ, aliæ virides, aliæ variæ. Præterea ex colore, maris & fœminæ fit distinctio: murena varia est, myrus vnus coloris scilicet pini vel laricis: scorpium & scorpænam vulgus eiusdem generis esse existimat, eoque differre, quod scorpæna ruffa sit siue rubra, scorpius niger. Verum tamen differentia hæc magis ad locum referenda est, quàm ad sexum : vt quæ scorpæna vulgè existimatur, sit scorpius pelagijs ruffus, siue ruber, vel etiam secundum Epicharmum *ποικίλος*, id est, varius. litoralis autem siue lutulentus, sit *μελαγχρόν*, id est, nigricans. Sepiæ mas varius magis quàm fœmina dorsoque est nigriore. In saxatilibus piscibus, fœminæ magis exaturatum colorem habent. Porrò nonnulli pisces diuersis temporibus diuersis coloribus distinguntur: nam mænæ & smarides hyeme candidæ, æstate nigriores fiunt, vel potiùs variæ, longis cœruleis, purpureisque lineis depictæ. Mutat & colorem phycis reliquo tempore candida, vere varia. Postremò etiam interiores piscium partes colore discrepant. Est enim hepar in ijs qui pulmones habent, vt delphino, balena, phoca, sanguineo colore, in alijs vt squamosis colore minùs rubro, in alijs colore albo, vt in eo qui lota dicitur, mustella fluuiatili & marina, anthia albo, & in omnibus ferè albicantibus. Pastinacæ & cuiusdam raiarum speciei hepar croceo est colore, Galeis magna ex parte cinerei est coloris : solen quoque in diuersis magis minùsve rubet, in multis nigricat, vt in scaro & cæteris. Item fel varium est. Vranoscopus plurimum fellis habet, quod consistentia & colore oleum refert. Hirundinis & Galeo-

Lib. 7. tribuit Athæneus ex Aristotele: permultis fel est flauum. Oua etiam colore sunt disparia, nonnullis vt squamosis ferè omnibus sunt alba, hirundinis oua coralli colorem imitantur, similiter & cancrorum aliorumque crusta intestorum, Oua etiam Hippocampi rubescunt. Palatum in omnibus album est, præterquam quod in hirundine quæ rubrum habet.

De

De piscium *ἰσχυρομελῆτα.*

CAPUT XIII.

PISCIVM diuersæ sunt & mirabiles *ἰσχυρομελῆτα*, id est, propriæ & occultæ quædam vires facultatésque. Torpedini tanta stupefaciendi vis inest, vt non solum se tangentibus, sed etiam hamo capta per ferrum, setam & arundinem in piscatorem sui torporis naturam transferat, quod à Platone, Aristotele, Galeno, Athenæo, Æliano literis consignatum est, & à me experientia comprobatum. Illa singulari torporem inducendi facultate pisces quos in escam appetit, retardat, atque ijs vescitur, frequentérque mugiles parui, qui reliquos celeritate præuertunt, hac arte capti & deuorati in eius ventriculo comperiuntur. Eadem, Dioscoride authore, diurnis capitibus doloribus admota, cruciatus vehementiam mulcet, & apposita sedem euerfam procidentemque coercet. Eandem Paulus Ægineta viuam in oleo decoqui iubet, ad articulorum dolores mitigandos. Quid mirabilius esse potest, quàm quod de remora fertur, quam naues velis remisque concitatas, ac veluti volantes remorari multi sunt experti? Eandem ad iudiciorum causas & amatoria veneficia valere aiunt. Ab Hippocampo Hydrophobiam induci scripsit Ælianus, quam antipathia quadam prohibet cancrorum fluuiatilium cinis, maximè si ex morsu canis rabidi contracta fuerit. Pulmones marini vulgè *potes* à nobis dicti oculos lædunt: qui verò à priscis propriè pulmones marini sunt dicti, podagris, pernionibus, aliisque morbis sanandis conferunt. Stella quicquid contingit vrere creditur, tantaque concoquendi vi prædita est, vt cochleas integras cum testis deuoret & comminuat. Sunt & partium quarundam propriæ & eximie vires. Caput mænidum & Smaridum valet ad callosos sedis rimas. Draconis marini & scorpis aculei venenati sunt. Pastinacæ radio nihil in mari pestilentius est, lenit tamen dentium dolores, eos frangit ac excutit. Lepus marinus per se, vel cum vrtica marina depilat. Sunt & quædam contraria prorsus facultate prædita, vt iecur pastinacæ suo veneno resistit. Mulli caro & cancer marinus, lepori marino tota, vt aiunt, substantia aduersantur. Sunt & aliæ permultæ huiusmodi propriæ facultates, vel lædendi vel iuuandi corporis nostri, vel aliarum rerum efficiendarum, quas persequi nimis prolixum foret. Quare hæcenus de piscium differentijs ex ipsorum partibus hæc sint dicta. Nunc superest easdem partes distinctè enucleatèque explicare, quod proximo libro faciendum erit.

D 4



G V L I E L M I
R O N D E L E T I I
D E P I S C I B V S
L I B E R I I I .

De singulis partibus piscium, eorūque differentiis esse agendum, & primum de Capite.

C A P U T I .



R O X I M O libro piscium differentias ex substantia, partium figura, magnitudine, situ, numero, exuperantia defectūque, atque alijs quæ hæc consequuntur petitas, satis dilucidè arbitror nos exposuisse, & appositis exemplis illustrasse. Hoc verò tertio singulas partes & exteriores, & interiores pertractabimus, cūque de harum differentiis generatim atque vniuersè antea dictum sit: nunc quænam earum differentiarum quibus partibus competant, singulatim explicabimus, quæ omnia simul eodem libro tradi potuisse non diffitemur, sed illas partium differentias varias, ab hac earundem partium ampliore expositione ideo seiunximus, tum ne secundus liber in nimiam molem excresceret, tum ne ex tot rerum coniuncta tractatione confusio sequeretur. Postremò vt mihi superesset maior campus, in quo paulò liberius vagari, & fusiùs piscium partes enarrare possem, quòd nullæ notæ perinde faciant ad promptam piscium cognitionem, ac partium ipsarum quibus constant, exquisita distinctio: nec est quòd mireris quædam quæ superiore libro dicta sunt, hoc repeti: illic enim exempli tantum gratia ea citata fuerunt: hîc verò ita declarantur, vt singulas particulas sint omnes intellecturi, & in dissectionibus, inuenturi. A capite autem eiusque partibus ordiemur, ex quibus pisces potissimum agnoscimus discernimusque, non aliter quàm Physiognomones, qui se profitentur hominum mores naturasque, ex oculis, vultu, fronte pernoscere. Caput autem id vocamus quòd cerebrum cōtinet, & in quo sensus omnes (dempto tactu qui toto corpore æqualiter fusus est) interpretes & nūcij rerū, tanquam in arce mirificè ad vsus necessarios collocati sunt, à quo etiā motus in vniuersum corpus veluti à fonte deriuatur. Huius varietas in magnitudine & exiguitate in figu

in figura, partium quarundam numero, exuperantia defectūque, colore, situ, substantia consistit. Magnitudo exiguitasque in diuersi generis piscibus manifesta est, quæ etiam in ijs qui eiusdem sunt generis reperitur. Ex cartilagineis rana piscatrix capite est maximo, similiter vranoscopus pro corporis magnitudine. Eadem capitis differentia mugilum species à sese distinguuntur: qui κεφαλος dicitur, capitis magnitudine alios superat, est & capite rotundo: μύξος capite quidem magno est, sed longiore: κερβύς minori est capite atq; ὄξυρυγχος: χελών quem Gaza labeonem vertit, capite quidem magno est, sed nō rotundo, vt κεφαλος. Ab iisdem lupi capite discernuntur: sunt enim hi capite quidem magno primū rotundo, deinde in acutum desinente: mugiles verò cunei formam magis referunt. Ex mullis qui barbatus est, capite est minore, depresso, minus quadrato: non barbatus magno, quodammodo quadrato, qua parte hirundini magis similis est, quàm barbatus, quanquam eadem parte alia ratione hirundo à non barbato nullo differat, quòd hæc capite sit osseo, lato, quadrato, & in aculeos quatuor desinente. Lyræ vulgò γρονάυτ à Nali crassitudine dictus à Prouinciæ incolis *furcat*, capitis magnitudine hirundinem superat, etsi non duritie saltem eiusdem asperitate, duabusque promuscidibus quibus lyræ antiquæ cornua refert. Ὀλόστειος verò *malarmat* vulgò promuscides quidem habet, sed longiores, & capite est minore. Cuculus, lucerna, corax, atque id genus pisces, capitis magnitudine & quadrati forma, tum ab alijs, tum à sese distant. Anguillas nostri, capitis magnitudine, figuræque rostri distinguunt: mares, qui capite sunt maiore, rostroque obtusiore, *marginègnons*: fœminas verò, quæ capite minore acutioræque rostro sunt, *anguilles fines* vocant: crangones & gibbæ squillæ, ab alijs squillis & squillulis cornu differunt: illis enim è medio capitis cornu acutum & ferratum prominet, quo lupos aliòsque pisces deuorata interimunt, vt eleganter cecinit Oppianus.

Ὀλλύμυνοι δ' ὀλέκεις, καὶ οὐς πείφεις, φωνήας. id est.

Occise occidunt hostem, perimuntque necantem.

Alijs squillis & squillulis id cornu omnino deest. cantharus, auratæ capitis figura, superciliorumque colore dissimilis: ille enim capite est depresso & ferè in acutum desinente, supercilijque ex rubro nigrescentibus: hæc capite magis rotundo, aureisque supercilij, cui sparus alioqui valde similis est, nisi quòd capite sit magis depresso, supercilijque minus tumentibus & ex flauo virescentibus. Quanquam verò caput in omnibus animantibus ferè, superiorem & anteriore partem occupet: tamen in sepia, polypo, loligine inter pedes & aluum situm est: in cancrorum genere qua parte in cæteris animantibus petus est, vtrinque sunt chelæ brachiorum vice. Quæ causa fuit, cur Galenus cancris capite carere scripserit, cuius opinionem lib. secundo

reiecimur. Quare dicimus quibusdam caput esse exertū, vt squamosis, astacis, locustis: alijs minimè, vt cancrorum generi: alijs, vt omni ostreorum generi, indiscretum, vt & reliquas omnes interiores partes, cuiusmodi etiam sunt natura, vrticæ, echini, stellæ: Quæ tamen omnia cerebro, vel eo quod ei proportione respondeat, carere nemo existimet. Ostrea enim claudunt & aperiunt testas, & contacta sese contrahunt. Echini aculeos mouent, usque gradiuntur. Hinc eximere le pades possumus, quibus exertum & discretū esse caput dixeris. Præterea cum caput ad cerebri quod continet tutelâ duro integumento constare debeat: alijs est cartilagineū, vt cartilagineorū generi: alijs ossē, vt delphinis, balenis, orcis, physeterilus, vitulis marinis: alijs media inter os & cartilaginem substantia, vt squamosis, eaque aliquādo magis, aliquādo minus dura, nonnullis cerebrū carne tantum sed duriore operitur, vt sepijs, loliginibus, leporibus marinis. Ostreorum generi cutis eadem, & cerebro & toti corpori cōtegendo cōmunis est. Rursus nonnullis horū quibus ossēum est cerebri integumentum, id cute, adipe, pilis munitur, vt in vitulo marino: in alijs cute glabra, & adipe multo, vt in delphinis, balenis, pistri: in alijs tenui pelle, vt in murenis, anguillis: in alijs nulla planè præterquā testē modò duro integumento, vt in hircundine & testudine. Ceterum capitis & quarundam capitis partium, vt oculorum, linguæ, aurium, narium numerus in omnibus semper est idem: quarundam, vt dentium, promuscidum, barbæ in diuersis piscibus diuersus est, de quibus deinceps est agendum.

De oculis.

CAPUT II.

Lib. II. cap. 37.

PRIMUM dicemus de oculis. sunt enim non capitis solum sed totius corporis pars preciosissima, vt ait Plinius, & qui lucis vsu vitam à morte distinguunt, quorum gratia non caput factum, sed supremo in loco situm esse crediderim, vt illinc veluti è specula obseruent, atque perspiciant quæ nocitura, quæque profutura sint, vt illa declinent, hæc persequantur: idque de perfectis animalibus accipiendum est, quæ loco mouentur, siue gradiendo, siue natando, siue volando: nam mytuli, ostrea, & similia dura testa intacta, quod suis testis hæreant, oculis carent, talpæ verò, perfecta quidem animalia oculos habent intus conditos, suis humoribus tunicisque constantes, sed à natura inchoatos relictos, quod ijs sub terra degentibus, oculorum vsus nullus foret: Cochlea autè terrestris, quiddam habet quod oculorum vicè adimplet, nempe cornua quibus iter tenet. Oculi pisciū, magnitudine & exiguitate, situ, partium quarundam defectu, colore differunt, numero

numero minimè: quoniam si in homine plures duobus non sint (nam quod de *μονοφθαλμοις* fertur, fabulosum esse puto) certè nec in vllis animalibus plures reperias. oportebat enim hominem, cæli terræque contemplatorem, oculatissimum esse, & tot artium inuentorem, quæ tot tamque variarum rerum obseruatione constant, non solum mentis perspicacia, sed etiam oculorum acie plurimum valere. Sed ad pisces redeo, quorum nonnulli magnos habent oculos, vt *Εδωψ*, cui id nomen ab insigni magnitudine oculorum, pro corporis modo positum est. Melanurus, *ὀφθαλμία* latinè oculata dicitur, quod ei inter sui generis pisces oculi sint maximi. Hepatus oculorum amplitudine à sui similibus seiungitur. Torpedo oculos minimos, si corporis molem spectes, habet: quamobrem *ὀξυδερκής*, id est, acutè cernens dicitur, quod qui oculis sunt maioribus videndi vi minus polleant. Illi nonnunquam supra caput siti sunt, vt in Callionymo, qui ab intuendo cælo *ἑρανδοσκοπός* nominatus est: in planis idem ferè est oculorum situs, nisi quod *ἑρανδοσκοπός* rectè cælum intuetur, plani magis è lateribus spectant, vt in rana piscatrice videre est, raijs, buglossis, passere, rhombo. Sunt tamen & ex planis qui oculum vtrinque habent, squamosorum modo, vt faber, & tania longa. Porro alijs omnino in lateribus capitis locati sunt: nonnullis in superiore eius parte supra os, vt araneo, thunno. Quibusdam in inferiore parte ad oris scissuram, vt delphinis & phocænis: quibusdam medio inter hæc loco, vt scaro, lupo, aurata, mugili, mullo, lacerto, aliisque permultis. In alijs, ad eò vicini sunt oculi, vt eorum radices sese contingant, vt in tania longa, sarda, aphyis: contra in alijs, etiam si magna corporis mole non sint, vel cubito vno à sese distant, id quod figuræ corporis attribuendum censeo, & in vnica zygæna à nobis est obseruatum, quæ refert figuram T, in cuius extremis & superioribus partibus siti sunt oculi: nam in balenis cæterisque beluis marinis, ob vastam corporis molem mirum esse non debet procul à sese distitos esse oculos. Iam alijs in capite conditi sunt, alijs prominent, sed eorum alij semper prominentes habent, alij cum volūt, modò proferunt, modò in lateribus velut in vagina recondūt. Prioris generis oculi sunt locustarum, astacorū & cancellorū: Posterioris, crusta intectorū ijs, qui ossi & articulati sunt, vt in cancris. Superciliorum defectu piscium oculi, à terrestrium animalium oculis differunt, quanquam aurata veluti supercilia habere videatur, à quorum aureo colore *χρυσόσφρα* dicitur, palpebris verò omnes carent, quod commodè nictare in aqua non possent, sed duriores oculi facti, ne facile ab aquæ falsedine, quæ arrodit, læderentur, palpebrarūque defectum corneæ duritie pensauit Natura, quæ vndique oculum ambit, non ex aduerso pupillæ tantum vt in hominibus. Ex canicularum genere ea quæ à nobis *milandre* dicitur tunicam, quandam habet, quæ

Cap. 46

oculum contegit aliquando, de qua fortasse Plinius intellexit lib. 18. hæc scribēs. Canicularum multitudo circa eas graui periculo vrinantes infestat, ipsi ferunt vt nubem quandam crassescere super capita animalium, &c. Quem locum in sequentibus interpretabimur. Ea autem tunica palpebra nõ est, sed veluti adnatum quid: palpebra enim ex cute fit, non ex interioribus partibus, vt illa canicularum tunica. Videndi vis alijs piscibus acutior, vt raijs, pastinacis, iisque qui per insidias venantur, alijs hebetior est. Vt summam dicam, obtusius cernunt ij quibus oculi sunt duri, acutius quibus humidi: quibus autem fragilia operimenta, ijs oculi sunt duri. Thunni altero oculo minus vident, quod deprehensum inde fuit, quod dextra ripa intrant in Pontum, exeunt læua: id accidere existimatur, quod dextro oculo plus cernunt, utroque hebetere natura. Est in Euripo Thracij Bosphori, quo Propontis Euxino iungitur, in ipsis Europam Asiãq; separantis freti angustijs, saxum miri candoris, à vado ad summa perlucens, iuxta Chalcedonem in latere Asiã, huius aspectu repente territi, semper aduersum Bizantij promontorium, ex ea causa appellatum Auricornu, præcipiti petunt agmine. Hæc Plinius lib. 18. quæ sumpta ex Aristotele lib. VIII. de historia animalium, cuius verba sunt: Thunni dextrorsum terram cõtingentes subeunt, sed remeant contrã, læuum enim in latus se admouent, quod propterea facere dicuntur, quod dextro oculo clariùs vident sua natura, læuo hebetiùs. Mugiles acutè audiunt, parum vident, hyemis enim tempore ob frigiditatem obæcantur, natura oculos mucagine, aut cartilaginea substantia obducente. Oculis piscium magna inest colorum varietas in diuersis, non in iisdem generibus: soli enim homini & equo diuerso colore sunt oculi, cæteris animantibus in suo cuique genere similes: quippe omnes caniculæ, omnes lupi, omnes auratæ, omnes sepiæ, denique singuli pisces, suos & proprios oculorum colores habent: alij cæsius, alij nigros, alij alios: sunt in quibus corona rufa spectatur, vt in hirundine, in alijs aurea, in alijs viridis: in alijs cœrulea, quæ varietas in saxatilibus præcipuè inest, vitulorum marinorum & hyenæ oculi in mille colores transeunt. Quin & in tenebris, multorum piscium refulgent, sicut aridi, robustique caudices, verustate putres. Oculi primi fiunt, primi que pereunt. In aphyis iamiam nascentibus & adhuc imperfectis oculos discernere licet, & in sepijs: & ob spiritus (qui ad videndum neccessarius est) inopiam, primi in morte debilitantur.

Cap. 15.
Cap. 13.

De

De Auribus.

CAPUT. III.



EX insignibus capitibus partibus sunt aures, quibus pisces tum ab alijs animantibus, tum à sese differunt. Instrumenta sunt ad sonos percipiendos comparata, disciplina, sermonisque in homine: in piscibus corporis tutelæ, defensionisque gratia. Sonis enim territi pericula fugiunt, & vocati accedunt, de cicuratis intelligo, qui in mari & stagnis dulcibus aluntur, vt nos frequenter in delphinis, lucijs, aliisque huiusmodi experti sumus. Fit autem in piscibus auditus, sine inspiratione vlla, etiam si organum intus positum sit, vt veterum quidam crediderunt. Ex diuersis partibus constat auris: nam partim ex cartilagine, partim ex cute carnosâ compacta est, vt soni ob partium siccitatem melius resonent: interior pars turbinata est, anfractu cochleæ similis, vt etiam resonantior fiat Echo: quibus enim patentiores sunt aures, minusque anfractibus circumscriptæ, ij surdastri sunt. In osse litho de foramen est insigne, in quo veluti tympanum est: obtenditur enim membrana tenuissima & simplicissima, cui ossicula duo alligantur, quorum vnum incudis vicem gerit, dentisque molaris figura est, & perforatum acus modo in terrestribus, in piscibus sinuosum, quo foramine neruum, vt acus filum, recipit, eoque neruo suspenditur, simul & membranæ interiùs alligatur. Alterum malleoli officio fungitur, ex quorum percussu, sonus ad cerebrum per neruum deferitur. Nec audiendus est Aristoteles qui meatum ad cerebrum perforari negat. Huiusmodi auris constructio, in respirantibus per pulmones piscibus tantum iuuenitur, vt in balenis, delphinis, vitulis marinis, quorum meatus exterior, præ exiguitate difficilis est inuentu. In alijs piscibus vix constat qua parte audiant: nescias enim an foramina ante oculos posita ad audiendum an ad odorandum data sint. Quibusdam verò piscibus certum est aures omnino deesse: nam qui oculis, iisdem auribus carent, vt mytuli, ostrea, omniãque dura testa inducta, quæ etsi sese contrahunt, cum ferreis hamis appetuntur, agitatione aquæ potiùs quàm auditione admonita id faciunt. Eodem modo spongiæ sentire videntur, minimè autem audire. Cùm enim partibus multis, vitæ alioqui necessarijs priuatæ sint: quo pacto eas quæ commodioris tantum vitæ causa à natura sunt constructæ habeant? Viuunt nanque plantarum ferè more. Sed de earum natura suo loco plura. Cæterum pisces qui aures habent, meatus auditus solum habent, sine auriculis. Quare illos hoc sensu audiendi obtusior esse necesse est: sunt enim auriculæ à natura constructæ, vt veluti per eas in aures infunderentur soni. Cuius rei Adrianus Romanorum Consul

Lib. 1. de hist.
anim. cap. 11.

E

Lib. 2. de part.
anim. cap. 11.

testis est locupletissimus, qui cum sensum hunc lectum haberet, manus cauas quo facilius audiret, à posterioribus ad anteriora spectantes, auribus obtendebat: & Aristoteles dixit equos, asinos, canes, & reliqua animalia quæ magnas habent aures, eas semper circumagere ac verte re ad sonos, vocesque percipiendas, partium earum vltim à natura edocta. Eos itidem quibus abscissæ sunt auriculæ, minus audire experimur. Adde quod, melius audire solemus, si loquentem spectauerimus, quam si nos obueterimus. Ergo aut pisces hebetius audire, aut perfectiori auditus organo à natura præditos fuisse, cum sine auriculis, quæ sonos infundunt, audiant, dicendum est. Verum rationi magis consentaneum est, pisces minus audire, neque iis perfectiore auditione opus fuisse, cum in aëre ea melius fiat, pisces autem in aqua degant, & disciplinæ cæterarum animantium more sint inepti. At cum illi audiendi vi minus polleant, cur ut melius audire possent, auriculas non tribuit natura, maximè cum angustissimos meatus, & vix conspicuos, reliquæ verò animantes & auriculas, & patentissimos meatus habeant? Non sine summa prouidentia id est à natura factum. Cum enim præterquam quod exquisita audiendi facultate piscibus nihil est opus, ut modò dixi, etiã auricularum amplitudo narationi maximè fuisset incommoda. Adhæc, si apertas auriculas & patentes habuissent, aqua subinde replerentur, quod ne accideret, solerter meatus auditus in piscibus admodò angustos & exiguos, ut cerni vix possint, à natura factos fuisse existimo. In vitulo marino vix apparent, mihi que aliquando vitulum dissecanti & diu quæretum vix reperti sunt, sed tandem abrafis pilis, conspecti tantæ exiguitatis, ut vix aciem admitterent: neque enim maiores sunt iis qui in delphine paulò infra oculos reperiuntur. Hæc postrema obiter adiicienda putavi propter Aristotelè, cuius verba hæc sunt LIB. I. de historia animal. cap. XI. Vitulus marinus meatus habet manifestos quæ audit. At delphinus audit quidem, sed aures non habet. His similia scribit Plinius LIB. XI. cap. XXXVII. Sed ista ex dissectione falsa apparent: meatus enim audiendi in delphino huiusmodi comperiuntur, qui ad sonos percipiendos idonei esse possint.

De Ore.

CAPUT IIII.



EQVITVR OS, cuius nomine faciem totam intellexit Ouidius, cum dixit.

Os homini sublime dedit, cælumque videre

Iussit.

Lib. II. cap. 37.

Sed propriè facies homini tantum, ut ait Plinius, cæteris os, aut rostra. Est autem os pars omnibus animalibus maximè communis,

munis, qua cibus primum intro demittitur, quo ipsa augeatur ac sustineatur. Extrinsecus enim appositus concoqui, confici, denique similis ei quod alitur reddi nequit, quod hæc omnia caloris interni sint opera. Quare pedibus, oculis, auribus, lingua, carent piscium nonnulli, etiam podice, quauis omnes excrementa colligant, quod de cancellis Aristoteles scripsit, & de crocodilo vulgo fertur. At ore nullum animal caret, verum neque eodem in loco situm est, in piscibus omnibus, neque eadem structura est figuræque, neque eadem magnitudine. His igitur differentiis, à sese pisces distinguuntur. Aliis enim os est positum in promptu partemque primum obuia, ut mullis, mugilibus, lupis, sparibus, rubellionibus, delphinis, aliisque innumeris. Alijs omnino in parte supina, ut galeis omnibus, raiis, pastinacis, torpedini, sturioni. Rursus alijs os est ἀνεπίπρωτος, id est, apertum & hians, id quod apud Aristotelem rescissum conuertit Gaza, quod iis oris scissura ventrem versus protendatur. Suntque omnes sarcophagi, & ferratis dentibus depresso lycofomo. Alijs μέσπον, siue μέσπον, id est, compressum & contractum, isti omnes non sunt sarcophagi. Habent os positum in promptu & parte primum obuia, simul & hians, ij quibus rostrum est porrectius & crassius, ut acus, sphyrenæ, murenæ, delphini qui hac nota à marsui no siue phocæna secernuntur, quod illis magna sit ad ventrem scissura, quo id esset patentius. Phocæna verò positum quidem in promptu habet os, sed sine magna ad ventrem scissura, cuiusmodi os habent pisces omnes, quibus phocæna simile caput est, id est, crassum latumque. Eadem ratione scobri à trachuris differunt: sunt enim scombri δέξυρυχοι magnæque oris scissura ventrem versus: trachuri verò ob capitis crassitudinem lato ore. Qui os in supina parte habent, ut galei, cartilagineique ferè omnes (demptis squatina & rana piscatrice) quod illis ob tenuitatem rostrum findi non potuerit. horum alijs os minus, alijs magis ventrem versus scissum est. Isti omnes quibus Aristoteles in supina parte os esse dixit, non nisi in supinum conuersi cibum sumunt, quod natura non solum salutis reliquorum piscium causa fecisse (vescuntur enim omnes isti carnibus, qui dum conuertuntur alij fuga vitæ suæ consulunt) sed etiam ne nimiam vorandi cupiditatem expleant, quod si facile possent, statim præ immodica plenitudine interirent. Præterea oris quibusdam rotunda est figura, ut sturioni, lampetræ: alijs ouata ut hippocampo, sagittario, acui sine dentibus. Porro quibus os fissum est, alijs secundum corporis longitudinem fissum est: ut locustis, astacis, cancris, squillis, alijs per transuersum secundum corporis latitudinem fissum est. Postremo nonnullis secundum corporis crassitudinem, altitudinemque id quod in vranoscopo, hippocampo, acus secunda specie, aphyis, atherinis quibusdam obseruauimus. Iam verò alia est præter has oris differentia, quod alijs maxi-

mum patentissimumque os habeant, vt beluæ marinæ, vt lamirus, & lamia quæ totum hominem, vel loricatum deuorare potest: alij magnum quidem, si corpus spectes, vt rana piscatrix, squatina: alij magnum sed angustum, qui scilicet rostro sunt oblongo porrectoque, vt delphinus. Contra sunt qui paruum obtinent, habita corporis ratione, vt caprificus, orchis, & quicumque spherica sunt figura, qualis est qui à Germanis *büfolt* dicitur, & echinatus orbis. Denique pro varia alimentorum quibus vescuntur ratione, variam oris differentiam tribuit natura, nempe carnioris omnibus os maximum, eorum qui sola aqua viuunt nonnullis, os minimum, vt iis qui veluti per fistulam aquam attrahunt, in quibus est hippocampus, acus altera, sagittarius, holoturiorum genus: alijs os est media magnitudine, vt alosis, manis. Inter eos verò qui aqua limo que viuunt latissimum os habent mugiles. Est in piscium ore peculiare quiddam, quod in nullo alio animantium genere inuenire licet, videlicet quod os quidam protrudant, retrahantque, non aliter quam homines labra extendunt, & retrahunt, atque id in leuibus tantum & squamosis reperire est: hanc arbitror ob causam, vt pisces quos insectantur facilius corripiant. Sed horum alij breuius, alij longius extendunt. Faber os longissime protrudit, amplissimumque reddit, lupi, mulli, saxatiles minus. Sturiones, sphyranæ, acus, xiphias id facere non possunt, vt quorum maxilla in mucronem desinat, quæ oris forma, structuræque ratio huic causæ aduersatur, forma quidem, quia rostro quam nunc longius protenso: pisces alij corripere constringique non possent, structuræ ratio: quia rostra iis qui ea producunt reuocantque cum lubet, ex multis ossibus exquisitissime compactis, membranæque tenui reuinctis constant, vnde fit vt cum retrahant, ea veluti in vagina recondere videantur, quod in vranoscopio, rhombo, fabro euidentissime apparet. Cæteri hac oris structura omnino carent, sed à natura acutum firmum, non articulatum, ad tutelam corporis que defendendi causa datum est, quod non extendere quidem, sed rostris tanquam aculeis alios vulnerare, & vulneratos facile rapere possint. Sed & alijs nullis animantibus, huiusmodi os à natura datum fuisse existimo, quod quadrupedibus quidem cum cibum mandant, firmas oportuit fuisse maxillas, non tot articulorum diuisionibus imbecilliores. Aui- bus autem quia (etiã si non mandant) longum est collum, quod quum volunt extendunt, & in se reducant. Postremò neque mollibus piscibus, neque testudinibus id datum, quia morsibus pascuntur, non integris piscibus.

Quamobrem firmum quoque
os esse debuit.

De

De Rostro.

CAPUT V.



ED cum toties rostri mentio facta sit, quid præter ea, quæ dicta sunt, in rostro piscium obseruatu dignum sit, consentaneum est hic exponere: ab hoc enim multæ piscium differentiæ inueniuntur. Piscium igitur alij porrectum valde rostrum habent, vt xiphias (aliquando enim ad duos tresue cubitos extenditur) sphyranæ, acus, sturiones, galei, raia, hippocampi, sagittarij. Alij breue vt mugiles, turdi, cynadi, merula, perca. Alij nullum, vt phocæna, squatina, rana piscatrix, vitulus marinus. Ex iis quibus est porrectius, alij acutum habent, vnde *ὄξυρυχοί* dicti, vt sturio, xiphias: alij oblongum quidem, sed obtusum, vt acus secunda species, hippocampus, sagittarius, delphinus, acus prima species rostro est acuto & diuiso vsque ad os, secunda verò species, rostrum habet fistulæ seu canalis modo, cuius extremo alligatum est veluti operculum, vt in hippocampo. Eorum verò qui rostrum acutum habent, alij non diuisum, vt xiphias: alij bifidum, vt *lyra* & *ὀλόφρος*. Rursum iis qui non diuisum habent: alijs ex vtraque maxilla componitur, vt sphyranis, acubus, scombris: alijs ex superiore tantum, vt xiphias, sturioni, attilo. Præterea alia est in rostris differentia, quædam enim ex durissimo osse compacta sunt, vt in sturionibus, xiphias, quibus etiam naues perforant & saxa: quædam ex cartilagine, vt in galeis, raia: alia ex pingui quadam substantia & osse, vt in barbis, & in eo qui Antuerpiæ *utin* dicitur. hinc ad maxillas transeamus.

De Maxillis.

CAPUT VI.



MAXILLIS etiam à sese pisces differunt: his enim quidam carent, quidam non carent. Carent qui fistulas duntaxat, & foramina pro ore habent, & quæcumque dura testa integuntur, holoturia, vermes, hirudines marinæ. Maxillis etiam carere crusta intacta verisimile est, & stellarum genus. Maxillas habent quibus os scissum est, quales sunt squamosi omnes, quique rostro sunt oblongo. Omnibus magnitudo maxillarum non vna est: nam balænæ maximas habent maxillas, adeo vt interdum triginta cubitos equent, qualis est illa quæ in Motepeleio in æde D. Petri cernitur, & altera Frôtignani, quas vulgus magnitudine deceptum, costas esse putat, maximè cum nulli in eis dentes spectentur. Nos autem maxillas esse inde deprehendimus, tum quod ossa sint nulla ratione costis alijs propositione respódentia, tum

quod idem mihi à balenarum piscatoribus, in Aquitanici Oceani sinu apud Baionam sit confirmatum. Reliqui pisces longe minores maxillas habent. Præterea nonnullis maxilla vtraque æqualis est, interdum inferior superiore maior, vt in sphyæna, delphino, channa: interdum superior inferiore maior, vt in xiphiis. Porro, maxillæ, in aliis cute carneque muniuntur, vt in galeis & squamosis piscibus. In aliis nulla pelle integuntur, sed osseæ totæ sunt. Pyxidisque modo altera in alteram inseritur, vsque adeo duræ acutæque, vt vice dentium ad diuidendos cibos vtantur: tales sunt sepiarum, polyporum & loliginum maxillæ quæ Aquilarum Accipitrumue rostro similes sunt, quare numero non differunt. At figura in his varia esse deprehenditur, quod superior ab inferiore differat, vt in Squatina cuius inferior maxilla in angulum definit, superior verò in arcum inflectitur, quæ in salmone vtroque in acutum definit, sursumque recuratur, sed in marino magis, fluuiatili minus: marinum voco qui in Oceano degit, & verè flumina subit: fluuiatilem, qui semper in fluuiis degit, vocantque vulgò troctam. Vt apprehendant, seseque tueantur, non vt mandant maxillæ piscibus datæ sunt, demptis scaro & aurata, nonnullisque aliis squamosis maxillas intus latiores habentibus, tuberculæque ossea, qui paruis pectinibus vescuntur, non integris vt stellæ, sed comminutis quanquam antiquis scarum solum ruminare dixerint. Maxillarum quædam sine dentibus sunt, quarum aliæ leues, aliæ asperæ. Quædam dentibus muniuntur, de quibus mox fusiùs.

De Dentibus.

CAPUT VII.

SED priusquam de dentium differentiis dicamus, cur piscibus dentes natura dederit, inquirendum videtur: neque enim sine causa mirum id videri possit, cum natura cæterarum animantium ora dentibus muniuerit, cum vocis explanatius efferendæ, tum mandendi gratia, pisces verò & ἀσπιδες sunt & minimè mandunt, sed integros pisces deuorant, vt ex frequenti dissectione compertum nobis est. At corporis tuendi defendendique causa datos esse statim aliquis dixerit, à quo lubens sciscitor. Cur in quibusdam vt in rana piscatrice & lucio lingua palatòque dentes affixerit? Præterea, cur carniuoris & algæ vescentibus dentes tribuit, minimè autem iis qui à carne abstinent, lutòque vel aqua sola degunt? Non his vt cæteris corpus tuendum fuit, ac iniuriæ ab aliis illatæ propulsandæ? Hæc si quis diligentius consideret, ad cibos captandos potiùs, quàm ad defensionem datos esse dentes fatebitur, quanquam non eo inficias pisces quosdam dentibus ad morsum abuti. Iulides enim venenato morsu exanimare creduntur. Et ad def-

defensionem comparatos esse ferratos, & exertos dentes in terrestribus certum est: nullis enim eorum quæ ferratos & exertos dentes habent, cornua tribuit natura, vt in apro, cane, leone, lupo, panthera videre est, quorum illis exertis, his ferratis sunt dentes. At in omnibus piscibus ferrati non sunt: nam scarum, auratam, sparum, orbem, capricum latos habere, nec multum à scari dentibus dissidentes, experientia comprobat, quicquid dicat Plinius lib. xi. cap. xxxvii. cuius verba sunt: Piscium omnibus, inquit, ferrati præter scarum, huic vni aquatiliam plani. Cæterum multis eorum in lingua, & toto ore, vt turba vulnerum molliant, quæ attritu subigere nequeunt. Multis & in palato atque etiam in gula (sic enim legendum non in cauda vt in vulgatis exemplaribus legitur) Quod si mandendi gratia dati essent, non ferratos, vt ferè omnes, sed molares haberent. Ex his eum esse usum dentium in piscibus facile comprobari posse existimo, non vt mandant, neque tam vt sese tueantur, ac defendat, quàm vt cibos commodius capiant, retineantque, cuius rei gratia dentes in os recuruos habent. Quod confirmat Plinius: Dentes, inquit, habent in os vergentes, ne excidant Lib. xi. cap. 37. cibi, nullum habentibus retinendi adminiculum. Eadem de causa cancri chelas, sepia, polypi, loligines, brachia habent & acetabula. Etenim cum ob oris, ventriculique angustiam pisces integros deuorare non possint, morsu diuidunt, quod vt illis diutius comodiùsq; liceat, molibus, vt modò dixi, veluti brachia, crusta intectis chelas, & tanquam forcipes, ad prædam captam retinendam, dedit prouida rerum natura. Iis verò qui sola aqua limòque viuunt, nullis opus fuit dentibus, neque ad mandendum, neque ad cibum retinendum, qui omnes mites sunt, vnde & mugiles iustissimi sunt appellati, quod omnino à carne abstineant. Quæ cum ita sint dentium differentiæ, iam sunt explicandæ, vt quæ ab eorum varietate, piscium differentiæ colligantur, perspicuum fiat. Dentium igitur varietas consistit in figura, magnitudine, situ, ordine, numero, excessu & defectu. Ac primùm dentibus hominum valde dissimiles sunt: nam quatuor anteriores, quos *τομεις* ab incidendo appellant, lati & acuti cibos concidunt, & ad distinctæ fermentationem efferendum nonnihil conferunt, succedunt canini dicti, partim lati, partim acuti, qui etiam dissecant, & si quid ab incidentibus, quod scindi non potuerit, prætermisum sit, frangunt. Postremi sunt molares, lati & inæquales, qui comminuunt & conterunt. Pisces autem magna ex parte ferratos habent, alij latos, alij exertos. Perquam pauci, diuersi generis dentes simul habent, vt latos & ferratos, vel latos & exertos, siquidem scaro & quibusdam aliis latos habentibus, in anteriore oris parte lati sunt duntaxat, & minimè alterius generis, latæ etiam interiores maxillæ, & asperæ, tuberculisque osseis inæquales, quæ molarium usum præbent, scaro cum ruminat, auratæ cum cochleas mandit. Qui vulgò lepus marinus dicitur, &

Percepiere & Coquillade serratos habent dentes presósque, & binos caninos in vtraque maxilla, quos quasi exertos dixeris. Piscibus dentes in os recuruos esse diximus ex Plinio, sed omnibus id non cõtigit: nam delphino recti sunt, & equali spatio distantes, & in desiccatis maxillis, & in senioribus delphinis singuli gemini esse videntur, quòd in duas partes facillè findantur. Aliis ad latera spectant, vt ei ex galeis, qui vulgò *Milandre* dicitur, & galeo glauco. Sunt quibusdam dentes alij aliis minores, alij maiores, vt synagridi inter ceteros quatuor longi & acuti in parte anteriore, sphyrenæ in medio maxillæ inferioris vnicus cæteris maior. Oræ acuti & maiores quàm nostrorum quadrupedum vlli, cuiusmodi duos ad me misit vir doctissimus & humanissimus Capellanus HENRICI Nauarræ Regis illustrissimi medicus, qui figura cornibus vitulorum similes sunt, dimidium palmū longi, quatuor digitos crassi. Non iniucunda est varij dentium situs, ordinisq; cõsideratio in piscibus: nullum enim est in nostro orbe animantis genus, si Aristoteli credimus, quod vno plures dentium ordines habeat, dempta belua Indica, cui Manticoræ nomen est, cui dentes triplici ytrinque ordine. At ex piscibus sunt, qui duplicem, triplicem, quadruplicem dentium ordinem habeant: scaro & auratæ simplex est ordo: galeorum nonnullis duplex, malthe triplex, squatinæ quadruplex, & interdum quintuplex, lamia sextuplex. Alij huc & illuc & sine ordine sparsos dentes obtinent, vt coracinus, vel in quicuncem digestos, vt maltha. Sunt qui in maxillis tantum dentes nati sunt, vt qui latos habent. Sunt quibus in maxillis & lingua natura dentes infixit, vt a sello. Quibusdam in maxillis, lingua, palato & gula, vt ranæ piscatrici. Nec minus varius est eorundem numerus. Alij sunt multi, aliis ferè innumeri, nonnullis quinq; vt quibusdam echinis, stellæ, soli, arbori, quibus os rotundum est, dentesq; in ambitu positi, qui cum cõeunt, in centro sese contingunt, ósque claudunt. Horum autem echinorum dentes mirabili artificio naturæ intus exculptos laterne antiquæ comparauit Aristoteles. Quibusdam bini in vtraque tantum maxilla, sed magni, vt orbi, siue orchi, & ei qui lima vulgò dicitur. Hi paruo sunt ore, binosq; habent dentes, vt dictum est, eosque prominentes, non in os recuruos, vt permulti. Deniq; aliis plures, aliis pauciores sunt dentes. Nec hoc parum ad piscium cognitionem confert, scire qui pisces dentibus careant, qui minimè. Qui enim aliter in galeorum genere, eum qui vulgò *Emissole* dicitur, à canicula internoscere? Carent igitur dentibus balæna, sturio, attilus, à quibus duobus silurus alioqui omni ex parte similis tantum differt quòd dentes habeat. Carent crusta intecti, echinorum genus vnum, cyprini (vulgò carpas vocant) testudines, polypi, sæpiæ, loligines, sed hanc dentium inopiam, aliò quòd portione dentibus respondeat, pensauit natura, vt dux balæna mysticus Græcis dictus (quem nostram balenam esse puto, vt in lib.

*Aristo. lib. 2.
de histo. animal. cap. 1.*

*Lib. 4. de histo.
animal. cap. 5.*

de

de beluis marinis demonstrabimus) habet in ore laminas, in pilos suillis simillimos desinētes. Alij os robustum, & lime modo asperum, quale est in raiis, & ea Galeorū specie, quam *Emissole* vulgò appellari diximus. Cyprini in palato ossa, vnū in superiore parte, in inferiore duo contrario occursum sese contingentia, quibus herbas molliant: his verò molles dentes esse falsum inde deprehendas, quæ rostris auium rapacium maxillas, figura, vsu, situ similes obtineant. Aliis maxillæ sunt duræ, carne vacuæ, quæ pyxidibus modo congruunt, & coagmentantur, vnde veluti forcipes quicquid arripiunt, dissecant, vt testudinibus, polypis, sepiis, loliginibus. Crusta intectis, duo ossa ad latera sunt pro dentibus validissima. In echinorum genere, cui dentes desunt, testa veluti labrum inferius in cæteris animantibus protensa est, quo possint aquam & lutum in os assumere. Neque verò illud prætermittendum est, piscibus quibusdam statim atque nati sunt, apertos & conspicuos esse dentes, aliis, scilicet lactentibus, tectos & operatos, qui non aliter quàm in quadrupedibus, decidunt nimirum secundis protrudentibus cedentes, qui initio caseo recens coagulato similes sunt, & à primis, veluti à theca quadam siue operimento cõteguntur. Id quod in delphinis, vitulis marinis, lamiis obseruauimus, non sine magna prouidentia naturæ admiratione, quæ in lactentibus dentes prominere noluit, tum ne mammas offenderet, tum vt meliùs fuigerent, quod cum dentibus commodè fieri non potest, nihil dum necessariis, quòd solidis alimentis vesci non possint.

De Naribus & Labris.

CAPUT VIII.

PISCES Odorandi sensu præditos esse certum est, id quod etiam aliàs demonstrabimus, nares tamen non habent, sed in quibusdam, vt in squamosis foramina ante oculos apparent. In delphinis nec foramen, nec meatus vllus est, etiam si sagacissimè odorentur, vt testis est Aristoteles, & experientia ipsa confirmat. Quòd autem id fiat, cum de sensibus ageretur, pro virili conabor demonstrare. Labra verò in nullis piscibus esse facillè quis crediderit: à qua sententia statim abducatur, si saxatiles pisces spectauerit & contrectauerit, qui labra carnosa, vera & perfecta, mobiliàque habet, & inter mugiles *χελών* Latine Labeo à labiis nomen inuenit. Labris igitur permulti pisces carēt, nonnulli habent, vt saxatiles, qui musco pascuntur, labrisque tanquam manibus cibos apprehendunt, quemadmodum boues, & oues, ceteraque quæ lambendo viuunt, quibus labra necessaria sunt, quòd linguam imperfectam habeant.

*Libro quarto
de historia
animal. c. 8.*



V^M Omnes instrumenti alicuius particulæ, in vnam totius actionem conspirare debeant, sitque oꝝ piscibus maximè cibi gratia datum à natura, ad eumque retinendum comparatos esse dentes iam demonstrauerimus, superest vt quid ad eandem rem lingua & palatum conferant, quæq; sint earum partium varietates ostendamus: neq; enim lingua in piscium, vt in hominũ ore sita est, vt sonos distinctos, & pressos efficiat, quia sint pisces ferè omnes ἀφωροι, neq; vt, sicuti ceteræ animantes, cibos præmanfos vertât, & congregent, quo meliùs omnes conterantur, quod minimè mandant. Quare alimenterum sapes vt discernant, linguam eis datam dicere necesse est. At qui verum id esse possit, dicat aliquis, cum neq; mandant, neq; cibum dentibus conficiant? Quam ob causam nonnulli etiam lingua carent, vt cyprini & crocodilus. Verum delectu ciborum vtuntur, atque alij aqua magis delectantur, alij alga, vt salpa, scarus linozosti, permulti carnibus, nullus lepore marino. Quoniam igitur pacto hæc ciborum varietatem discernunt, vt quod gratum & familiare capessant, quod ingratum & minimè conueniens est, reiiciant, nisi linguæ beneficio sapes internoscant: idq; potissimũ ij qui dentibus pisces vulnerant, ex quorum vulneribus sanguis succiq; defluentes linguam palatũq; titillare, & voluptate quadam afficere non est dubium. Quod si in iis, & in aliis qui carnibus non vescuntur, non tam exquisitè gustandi sensus afficiatur, quàm aut in aliis animantibus, aut in homine, mirum sanè videri non debet, cum linguam imperfectam habeant. Quod satis fit si non multarum vtilitatum, vt in aliis, saltem alimenta conuenientia discernendi gratia, ad sustinendam vitam, eam à natura tributam esse. Porro lingua quibusdã deest omnino, permultis inest, in quibus alij imperfectiorem, alij perfectiorem obtinent. Lingua carent cyprini & crocodili, vt dictum est, cuius vice palatum carnosum habent: Quod autem crocodili lingua careant, hoc maximè in causa esse puto, q̄ in illis superior maxilla moueatur, in qua inniti linguam oportuisset: lingua enim ei parti quæ mouetur alligari debet: quod si in superiore crocodilorum maxilla cõtigisset, cibi transitus fuisset præclusus, maximè cum cibos nõ præmanfos deglutiat. Lingua etiam carèt, qui sola aqua viuunt, vt testis simplici & non turbinata omnes, & duplici operiti, quidam toti membranosi, quid enim his, vel testis, vel sedibus suis perpetuò hærentibus, saporum delectu opus fuit? Item alij qui in aqua lutòq; vescuntur, linguæ vice, palatũ carnosum obtinuerunt, vt cyprini omnes, Gallis *Carpes* appellati, tinea, brama: quibus enim

enim est lingua, iis iure optimo palatum carnosum deest. Rursus ex iis qui lingua carent, sunt qui aliud quiddam habeant, quod linguæ proportionem respondeat, vt locustæ, cancri, astaci, sepiæ, polypi, loliginæ, echini. Ex his autem, qui linguam habent, alij exertam & liberam, vt delphini, alij hærentem, planè immobilem ac imperfectam, vt squamosi: atque etiam alij carnosam habent, spissamque, vt balenæ, delphini, quibus est lingua suillæ similis. Alij osseam vel cartilagineam tunica tantum carnosam obductam, vt qui dentes in lingua habent, qui substantiæ molliori affigi non potuissent. Magnitudo in diuersis alia atq; alia: nam inter ostracea purpura linguam digito longiorem obtinuit. Ceteris verò tam exigua est, vt nisi labrum deduxeris, ne vestigiũ quidem linguæ videas. Balena inter cetaceos magnam habet linguam, & vt dictum est, spissam. Delphin longiorem habet marsuino, marsuinus eo latiore. Lingua semper vnica est, & quanquam vitulo marino extremum lingue diuisum sit, vnica tantum censenda est, sed bifida. Partium linguæ numerus non semper idem: nam quibus dura est, spinea, alligata atq; imperfecta, iis neq; musculi, neq; nerui à septima coniugatione dati. Delphin quia mobilem habet linguam & liberam, in ea musculos & neruos septimæ coniugationis, vt sus terrestris habet. Sed priusquam caput hoc cõcludamus, hoc adiciendũ videtur, pisces omnes palatum habere, sed alios carnosum & molle, alios durum, cartilagineum, osseum tenuiq; membrana oblitum, qua in re admirari necesse est summam Dei optimi maximi prouidentiam, qui iis, qui integros pisces deuorant & asperos, nonnunquam etiã aculeis horrentes, palatum durum dedit, ne facillè læderentur. Quo fit, vt quibus lingua mollior, palatũq; tenerius sit, ab huiusmodi piscibus abstineant, sed solum pisciculis & mollibus nutriantur, quod in delphinis experientia compertum nobis est, vescuntur enim polypis, sepiis, loliginibus, attingunt etiam interdum asellos, quod etiam molliusculi sint.

De Fistula.

CAPUT X.



ΝΛΟΣ Latinis fistula instrumentum est, per quod spiritus permeat, & omnis figura in rectum protensa, inquit Athenæus, hoc à stomacho differens, q̄ stomachus ^{Lib. 5.} capacitati alicui præponatur: nam stomachus est omni ventri collum præpositũ, instar isthmi cuiusdam angustum auctore Galeno initio libri IIII de vsu partium, qui renes per stomachos vrinam attrahere, & vuluam semen per stomachũ excipere dixit. Est igitur fistula piscibus quibusdã per pulmõnes spirantibus meatus siue ductus, quo spiritũ hauriant, & aquam in ore collectam

reiciunt ab intima palati parte ad extimam perforatus, duplex septoq; distinctus, nariumque nostrarum foraminibus ad palatum deductis quodammodo proportione respondens. In extima parte unicum foramen apparet, figura C literæ, in quo operculum est ex carne pingui fistulis impositum, quod eas aperit & operit. Non solum fistulas sed etiam ora interdum vocauit Plinius, vt lib. IX. cap. VI. Ora, inquit, balenæ habet in frontibus, ideoque summa aqua annatates in sublime nimbos efflant: & proximo capite. Branchiæ non sunt balenæ nec delphinis. Hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent, balenæ à fronte, delphinis à dorso. Fistula igitur pisces cum ab aliis animantibus, tum à sese differunt: nam vitulus marinus & testudo quamuis pulmones habeant, fistula carent, sed eius vice vitulus marinus narium rimas habet, testudo alterius generis foramina pro naribus, quibus non aliter quam delphin aquam reicit. Plani pisces & cartilaginei bina foramina ad os deducta, eiusdem utilitatis gratia comparata, hinc à balenarum delphinorumque fistulis discrepantia, quod procul à sese distita sint. Hinc obiter reprehendenda est eius audacia, qui Sueuiæ picturam edidit, siquidem balenas canalibus adeo eminentibus expressit, vt aures esse dicas, quo fit vt plura alia ex pictoris potius arbitrio, quam ex Authoris sententia depicta esse credam, vt ex aliorum piscium figuris conicere licet.

De aspera Arteria & Pulmonibus.

CAPUT XI.



SE Q V I T V R Vt post fistulam de aspera arteria & pulmonibus dicamus, siquidem omnes eæ partes ad eandem actionem, nempe respirationem conducunt. Etenim pisces fistula donati per eam non aliter quam nos per nares aërem hauriunt, qui subito confertimque illapsus, seseque penitus immergens cor frigiditate sua offenderet. Quare ad eius immutationem, pulmones in thorace necessario ponendi fuerunt, ea capacitate quæ aëris permultum continere posset, ne crebriores anhelitus fierent: veruntamen perinde ac cor eadem aëris frigiditate offenderentur (vt in iis quibus confossus est thorax, vel quibus Columella decidit experimur, quod omne frigidum pectori sit inimicum, vt scripsit Hipp.) nisi veluti ductus quidam & via, quæ aspera arteria dicitur, & Columella præposita essent: ab hac enim aëris impetus violentia frangitur, ab illa frigiditas temperatur. Cæterum aspera arteria non tantum excipit animam eam, quæ ducta est spiritu, eandemque à pulmonibus respirat, sed & tanquam ex abundanti, vocis formandæ instrumentum est, pro cuius lon-

longitudine latitudinè que vox vel acutior vel grauior efficitur. Sed hæc hæc hactenus de partium harum ordine & vfu. Nunc considerandum quibus piscibus eadem vtilis, inutilisve sint. Vtilitas vocis, inquit Galenus, piscibus certè nulla est, vt qui in aqua degant, sed ne respirare quidem licet ipsis per fauces, quomodo ne nobis quidem ipsis quando in ea merfi fuerimus. Non igitur quemadmodum volucribus ac gradientibus animalibus, ita etiam illis è re fuit, maximum vnum respirationis ac vocis ortum esse meatum, sed earum quas branchias nuncupamus, constructio ipsis vice pulmonis est: cum enim crebris ac tenuibus foraminibus sint branchiæ hæ interceptæ, aëri quidem ac vaporibus peruiis, subtilioribus tamen quam pro mole aquæ, hæc quidem foras pellunt, illa autem promptè intromittunt. Huc adde etiam quod natura frigidiores sint pisces, quam vt ipsorum cor magna indigeat refrigeratione. Indicant autem eorum temperamentum tum alia multa, tum maximè sanguinis penuria, aut enim eo carent omnino, aut planè paucum habent. Quocirca quæ aquatilia multo sanguine sunt prædita ac calida, vt delphinus, vitulus, balæna, hæc omnia ex aëre respirant incredibili quodam respirationis modo. Hæc Gal. Aspera igitur arteria in iis piscibus qui pulmonibus spirant, ducendi spiritus & respirandi gratia est constructa, eiusque aliquando retinendi cohibendique, vt sursum facilius ferantur: aër enim retentus velut suspendit in aqua demergique prohibet. Cuius utilitatis causa vesicam aëre plenam quibusdam branchias habentibus dedit natura. Arteriæ verò constructio in piscibus ab arteria terrestrium animalium minimè discrepat: nam iisdem partibus, eademque planè structura constat. Etenim primùm est caput arteriæ *λάρυγξ* græci vocant, sequuntur bronchia, deinceps infiniti in pulmones ramuli sparguntur. Larynx tribus cartilaginibus constat, quarum duæ nomen habent, tertia *ἀνώμιος* est, quod nulli eorum quæ sensu percipiuntur commodè comparari potuit. Prima & maxima *τυροειδής* dicitur à scuti similitudine: tertia *ἀρισταμοειδής* quod *ἀρισταμν* referat, id est: vasculum ligneum quo nauæ superuacuam è naui aquam exhauriunt, vel quo olitores ortos irrigabant, vel teste Hesychio quo oleum in lucernas iufundebatur: hæc enim omnia *ἀρισταμν* nomine significari autores tradunt, & quodcunque vas prominenti labro. vbi asperæ arteriæ cartilago vltima desinit, ibi secunda cartilago *ἀνώμιος* incipit, eidemque arteriæ cartilagini planè incumbit. Succedunt cartilaginee à larynge ad pulmomes vsque, quæ quod parte interiore stomachum contingant, ne eum premant lædantue, non ex integris circulis constant, sed forma nostri C. aut antiquorum signa figuratæ sunt, vnde *σιμωειδής* appellari Galenus auctor est, eadem membrana copulantur, præterquam alia interior, alia exterior est. cum verò clauis præ-

tergressa aspera arteria in thoracis capacitatem peruenit, bifariam diuiditur. rursus ex vtraque infiniti propagantur ramuli in omnem pulmonum partem, cum vasis qui ex corde exoriuntur sparsi. Cæterum cum particularum instrumentum aliquod constituentium quælibet, conuenientem conformationem positumque ad totius instrumenti actionem accommodatissimum habere debeat, pulmonesque tum se contrahant aspirantes, tum se spiritu dilatent, necesse fuit ramulos istos quos in omnes pulmones dispartitos esse modo diximus, à tota reliqua arteria figura constructioneque differre, quemadmodum eiusdem asperæ arteriæ actiones ab huiusmodi pulmonum actionibus diuersæ sunt. Quare neque laryngi præcipuo vocis formandæ instrumento similes sunt, neque reliquæ arteriæ cartilaginibus *σπυροειδῆς* spiritui deducendo ad inspirationes & expirationes vocemque accommodatis, etiam si Galenus id planè existimauerit. Eius enim LIB. VII. de vlu partium hæc sunt verba. Vbi verò primùm clauis prætergressa arteria, in thoracis capacitatem peruenit, ibi diuiditur atque in omnem pulmonis partem fertur cum vasis quæ à corde proficiscuntur, in omnes eius lobos distributa. Non tamen discedit à natura quam parte superna obtinet: neque vlla in re dissident aut variant soboles eius omnes, sed similiter omnes cartilagine multæ *σπυροειδῆς* membranosis ligamentis contentæ, vsque ad extremos visceris lobos conseruantur. Rursus eodem libro. Toto thorace, inquit, dilatato, deinde consecutione ad id quod vacuatur dilatante, quod in arteriis est membranofum in longum & latum facillè diducitur, in partibus quidem *σπυροειδῆς* cartilagine complectentibus, in latum, in connectentibus verò cartilagine ipsas, in longum. Verùm si quis diligentius rimetur, & nullam non pulmonum partem dissectione persequatur, *αυτοψία* ipsa statim conuincetur, & aliam arteriæ in pulmones disseminatæ constructionem fateri, & Dei optimi maximi incredibilem prouidentiam, atque excellens in huius arteriæ dilatatione & compressione opificium admirari: nam tota statim atque in pulmones spargi cœpit, vndique tenuibus cartilaginibus contexta est, quæ squamulis, seu potius *ρομβοειδῆς* figure sunt haud dissimiles, sic ordinatæ vt cum *ρομβοειδῆς* altera super alteram in medio sui steterit, vtrinque in eo quod hiat spacio sitæ sint aliæ duæ suis angulis acutis aliarum duarum contactum attingentes, atque ita vbique & vndique semper inter sese dispositæ & mirabiliter contextæ, tenuibus membranis reuinctæ sunt, quemadmodum superioris arteriæ cartilagine, quarum membranarum beneficio latiores fiunt angulis acutis & duabus super se stantibus in medio sui, procul à se secedentibus in pulmonum dilatatione in eorum verò contractione angustiores, nimirum in vnum se cogentes & constringentes vnus
ang

angulo acuto proximarum duarum super se stantium contactum supergrediente, altero eiusdem angulo duarum etiam super se stantium oppositarum contactum subeunte. Ac quemadmodum ex musculis epigastrii sine detrimento maximo nihil adimi potest (nam si transuerforum aut obliquorum quempiam sustuleris, excrementa omnia ad ilia aut costas protrudentur) sed necesse est omni ex parte esse musculos qui vndique pari momento comprimant, ita arteriarum ramulis istis vndique necessariæ fuerunt cartilagine veluti squamulæ, vt nulla parte alteri cedente pari momento vbique, maxime in pulmonibus contrahendis fieret aëris expulsio, vt in iisdem dilatandis attractio. Præter hanc intermediam membranam aliæ duæ sunt vt in superiore arteria, vna interior, altera exterior. Hæc de aspera arteria in pulmones disseminata à nullodum, quod sciam obseruata, neque scripta isto in loco, ideo à me commemorata sunt, quod non solum in homine, terrestribusque omnibus animantibus, sed etiam in piscibus qui pulmonibus spirant, ea omnino sit eius structura & veluti fabrica. At in piscium pulmonibus non inest raritas illa, & assimilis spongiæ mollitudo, qualis est in cæteris animantibus omnibus: ex densiore enim & crassiore carne constant, ob id fortasse quod maior validiorque sit eorum motus in inspirationibus & expirationibus, aut ne aqua in pulmonum substantiam permeet, sed potius in aspera arteria hæreat, & quæ collecta est expirando per fistulem reijciatur, alioqui neque figura, neque situ, à terrestrium animantium pulmonibus differunt.

De Branchiis.

CAPUT XII.

SPIRITVS duo esse instrumenta in piscibus pulmones qui Græcis *πνεύμονες* dicuntur *ἔπὸ τῆς ἀνεύματος*, id est, à spiritu, & branchias ex iis quæ superiori capite ex Galeno citauimus, satis liquet, in quo cum de aspera arteria & pulmonibus abundè dictum sit: nunc de branchiis differendum, quibus nullum animal dempris piscibus præditum est, quod si quis cordylum quod pedes habeat, opponat, respondemus Aristotelem secuti, cum quoque ex aquatiliu genere esse. Branchiæ igitur piscium propriæ sunt, quibus tum à sese tum à cæteris omnibus animantibus differunt: Sunt autem branchiæ veluti pili ordine dispositi, semicirculo osseo infixi, vtrinque cor respicientes, ad ipsius refrigerationem ibi positæ, vtque pisces aquam ore collectam remittant, sed eam refrigerationem per aquam fieri credit Aristoteles, Galenus verò per aërem. Verùm priusquam earum differen-

tias explicemus, quæ mihi sæpe multumque branchias contemplanti venerunt in mentem, hinc exponere minimè absurdum esse duxi: hanc maximè ob causam vt studiosos admonerem, vt nunquam temerè à magnorum & vetustorum autorum sententiis discedendum esse, sic eorum dicta omnia tanquam ex oraculo Apollinis pythij edita, non esse semper accipienda, sed omnia circumspectanda, diligenter obseruanda, experientia (quando licet) comprobada, quia tot tamq; miranda sunt naturæ opera, vt nondum omnia penitus etiam à diligentissimis perspicere potuerint, semperque restent aliqua peruestiganda. Quòd si diligentia nostra effecerimus, vt aliquid quod à veteribus minus accuratè traditum sit, illustrare possimus, vel incognitum, obseruauerimus, id liberaliter omnibus communicemus, & in veritate lucem proferamus. Quæ igitur in branchiis animaduerti hæc sunt: Primùm illis ferè immotis opercula ossea imposita dilatari & comprimi: deinde in branchiis foramina nulla esse, aut cavitates per se attrahendo aëri vel aquæ, aut istis attractis ad cor transmittendis accommodatas, quæ faciunt vt dubitem, num hiatus illius operculi ossei dilatatione aperti, & eiusdem compressione occlusi, potiùs quàm branchiarum beneficio fiat respiratio. Quis est igitur brachiarum vsus in piscibus: nempe vt cibus per hiatus illum ad respirationem à natura comparatum non efflueret, sed branchiis veluti claustris contineretur, & recta ad ventriculum delaberetur, & aqua simul cum cibo hausta reiceretur. Sed ad id vnde digressi sumus reuertamur Branchiarum differentia consistunt potissimùm in situ numeroque. Ac primùm eorù qui branchias habent alii tectas, vt squamosi, quales sunt lupi, aurata, scari, cynædi, thunni, xiphias, sphyrenæ: Alij detectas habent vt cartilaginei omnes demptis sturione, attilo, quibus osseo operculo integuntur Branchiæ, & si cartilaginei sint. Quibus osseo operculo tectæ sunt branchiæ, iis scissura longa est, quibus detectæ ij foramina habent: quidam vtrinque singula, vt murenæ, anguilla, congri, cartilaginei quina, lampetræ vulgòque nuncupati catuli septena. Rursus quibus tectæ sunt ex in lateribus sunt, quibus detectæ vt cartilagineis planisque in parte supina, vt torpedini, raiis, palstinacis. Rotundis verò & longis cartilagineis in lateribus, vt in quouis galeorum genere cernitur. Rana piscatrix & squatina plani cum sint cartilagineique pisces in lateribus etiam sitas habent, non spinneo quidem integumento sed *δερμ. τῶν*, id est, vt ita dicam cuticulari operas. Præterea sunt quæ nec pulmones nec branchias habent, vt ostracoderma, quod iis paucus insit calor, qui satis per cutim perspirat, vt autor est Aristoteles in libro de Respiratione. Malacostracis non desunt sed pilos tenues & confertos esse dices in lateribus dispositos. In eorum numero qui branchiis carent, murenas non repon-

repono, nec Plinio assentior qui hæc scribit LIB. IX. cap. XX. de pinnis loquens, binæ omnino longis, & lubricis, vt anguillis & congris. Nullæ vt murenis quibus nec branchiæ. Nam Aristoteles à quo hæc mutuatus est id planè non asserit: eius verba hæc sunt lib. secundo de hist. animal. Nonnullis è longis nullæ omnino sunt pinnae, vt murenæ, nec branchiæ integræ vt cæteris piscibus habentur. Non igitur absolutè murenis branchias deesse, sed imperfectas esse affirmat: nam nec scissuram longam habet vt squamosi, nec foramina multa vt cartilaginei, sed vnicum, quod subsint branchiæ imperfectæ. Eiusmodi sunt cōgro, & caprisco, & orthagorisco, in quibus perfectiores quàm in murenis branchias non comperies. Qui omnia autorum dicta mordicus tenent, nihil aliorum obseruationi experientiaque tribuentes, hunc Plinij locum de fluuiatilibus murenis, quas lampetras vocant, intelligendum esse contendunt, quod si ita sit, non minus falsus erit locus. Hæ enim vt murenæ pinnis carent quidem, sed branchias habent. Ex iis constat opinor murenas ex eorum numero non esse, quæ branchias non habent. Sed de earum numero dicamus. Aliis pauca sunt, aliis nullæ, aliis simplices, aliis duplices, aliis multiplices, verùm pari semper vtrinque numero. Caprisco singulas habet easque duplices, elops & dentex quaternas & simplices: alij quaternas & duplices, dempta vltima, vt turdus, perca, glaucus, cyprinus: galei quinas & duplices vt acanthias leuis, & canicula. Non desunt qui octonis donati sunt ob ingentem scissuram vt xiphias. Verùm omnia persequi prolixum nimis foret. Quare cætera ex singulorum historia petenda sunt.

De Diaphragmate.

CAPUT XIII.

CONSENTANEVM hoc loco fuerit de diaphragmate piscium aliquid annotasse. Diaphragma Græci etiam *σπείρας* vocant, & *διάζωμα*, siue *ὑπόζωμα*, Plinius Præcordia, Aristotelis & Galeni interpretes Septum transversum conuertunt, quia per transversum, corpus cingit, quo differt ab aliis septis thoracis, narium, cæterorumque huiusmodi. Est autem musculus qui in quadrupedibus non ex vnica membrana, sed ex peritonæo, & ea quam *χρῆμα ὑπεζωκῆ* vocant, constat, rotundus, hoc à cæteris discrepans musculis, quòd in ambitu carnosus in medio aponeurosin habet, cum alij in medio ferè semper carnosus in aponeurosin desinant: partibus anterioribus & superioribus pectus attingit: inferioribus & posterioribus lumborum vertebris alligatur in respiratibus. Per hoc septum vena caua ad cor-

penetrat,arteria à corde ad inferiora demittitur, & gula in ventriculum definit,neruos à colli vertebris recepit vtrique pericardio innitentes,ne facillè rumperentur. Ad huius motum pulmones mouentur,vnde à Philosophis & Medicis præcipuum respirationis instrumentum esse dicitur: tantus est illi cum corde & cerebro consensus, cognatióque vt eo læso pereat animal, eo inflammato statim mens ex sua sede & statu dimoueatur, multò magis quàm læso ore ventriculi,vel aliis internis partibus,quibus per neruos sextæ coniugationis magna est cum cerebro *συμπύθηα*. Cuius rei causam hanc esse existimo, quod maior sit immodici caloris cum cerebro & corde communicatio eo læso, quàm cæteris partibus interioribus.Etenim prout noxam acceperit, vel respiratio omnino tollitur, vel læditur, qua de causa frigidi aëris inspiratione & calidòrum halituum expiratione impedita cor non refrigeratur.Sed de his plus satis.nunc de diaphragmatis vtilitate. Qui pisces pulmonibus non respirant, eos vt pulmonibus ita septo transuerso carere necessariò consequi videretur,quo si careant, omnes cor in ventre habere necesse est: quare de asello tantum hoc non erat annotandum, quod ex Aristotele tradit Athenæus, sed de cæteris omnibus.Sed rem aliter habere experientia ipsa comprobatur: nam & septum in omnibus ferè est: quod si non esset,non minus aliis omnibus cor in ventre esset quàm asello. Quis est igitur diaphragmatis vsus? Subiiciet fortasse aliquis ex Aristotelis libris de partib. animal.hunc esse eius vsus, vt sentientis animæ principium (quod ille cor esse existimat) à ventriculi halitibus non lædatur, & id à cæteris animantibus ad pisces etiam transferet, sed id procul à veritate abesse ratio ipsa ostendit: nam etiamsi nullum sit septum quo pacto cordi pericardio incluso, è ventriculo sublatis halitus infesti essent & noxij? Idem Medicis est sentiendum qui cerebrum sentientis animæ principium constituunt. Qui enim quæso diaphragma impediatur quominus ex ventriculo per gulam,ex arteriis venisque sursum ad caput ferantur fumi & vapores? Quare vtilitatem diaphragmatis duplicem esse dicemus,primùm quidem & maximè: vt sit respirationis organum: deinde vt ad excrementorum excretionem conferat,ex Galeni sententia LIB.V.de vsu partium. Quibus addere possumus à diaphragmate, musculis abdominis vndique prementibus secludi intestina à corde atque semoueri, ne illud opprimant, & tandem extinguant.neque etiam Philosopho indigna est ratio,quam Plato in Timæo attulit,vt,inquit,in ædificijs fuerunt diuisionibus distincte habitationes virorum & mulierum: sic Phrenes sunt interseptum inter partem præstantiorem seu magis virilem, & inferiorem quæ veluti culina est.De piscium diaphragmate ita statuendum,illud nostro simile ac æquè perfectum ad respirationem, excrementorum

exp-

expulsionem & vociferationem à natura habent qui pulmonibus respirant, vt balæna,orca,physeter,vitulus marinus,testudo,delphin,phocæna.Squamosi & galei id imperfectum, ac non musculum, sed membranam obtinuerunt,vt quibus minore opus sit respiratione,isdem pericardium inferiore in parte duplicatum est, anteriori parti, non dorso vertebris,vt in quadrupedibus alligatum. Sub corde situs est sine gula ventriculus, magna capacitate quæ in causa est, cur diaphragma imperfectum & membranam duntaxat habeant.

De Corde.

CAPUT XIII.



VM Partes aliquot cordis potissimùm causa à natura conditæ superioribus capitibus satis, quantum ad hoc nostrum institutum pertinet, explicatæ sint, iam ad cor ipsum aggredior, partem sanè non solum in animantibus terrestribus, sed in piscibus etiam, consideratione contemplationeque dignissimam, tum quòd cordis fabrica longè alia ratione constet in plerisque piscibus, quàm in cæteris animantibus, tum quòd in ipso piscium genere, figura situsque plurimùm differat. Squamosorum igitur piscium cor tribus partibus constare existimo. Infima, quæ sanguini coagulato similis est, & substantiæ hepatis crassitudine. In hanc venæ ab hepate ascendens inferitur, eamque sinu dextro cordis cæterarum animantium proportionem respondere puto, ad immutandum sanguinem concoquendumque, ac gignendis spiritibus aptum efficiendum, à natura comparatam. Media, quæ est colore carnis, solidiore duriorèque substantia, habetque in medio sinum, quo venam ab infima parte excipit, sinistri sinus cordis reliquorum animalium, in quo spiritus generantur vicem gerentem, cui suprema pars connectitur, membranosa, alba, dura, quæ verrucæ non absurdè mihi comparari posse videtur, si feces, interiore in parte paruulis fibris, veluti lineis distinctam videas, inde meatus prodit, tendens ad medium in quo branchiæ omnes inter se copulantur. Hunc meatum Aristoteles *ἀλὸν φλεβονδρωδῆ* nuncupat: rectius meo quidem iudicio *ἀγλαίον ἀρτηριώδες* appellaturus, ex quo hinc & inde paruulæ arteriæ tanquam ramuli propagantur. Supremam hanc partem ad quam sinus mediæ partis pertingit, tum transfundendi spiritus, qui in media parte elaboratus percoctusque est, tum ex sese, vasis *ἀρτηριώδες* producendi gratia à natura conditam fuisse arbitror. Nec sum nescius solam hanc partem de ipsius Aristotelis sententia, cor ipsum esse: id si verum sit, quis quæso reli-

In libr. de respiratione.

quarum duarum partium, sinuumque quibus vasa excipiuntur, vñus erit: Quòd si vnus alicuius partis nomine cor designandum foret, certè mediam partem cor ipsum esse dicerem. Piscium, qui pulmonibus respirant, cor à terrestrium animantium corde ferè non differt. Aures enim, quas vocant vtrinque habet, similiter sinus duos & arterias φλεβώδεις, & venas αρτηρώδεις, tunica quoque inuoluitur, quam περιγάρδιον vocant, nutriturque maximè vena à parte inferiore, ipsum cingente ac veluti coronante. Hoc tantùm interest, quòd vt in terrestribus, non ita in piscibus adipe sit munitum. Cùm verò adeps fiat ex sanguinis parte magis aërea pinguis & fluxili, quæ vbi in frigidum incidit locum, cogitur & concreuit, si verò in calidum, absumitur non aliter quàm aqua, vel aspersum oleum à candente ferro: certè præter rationem in hac parte calidissima, atque adeo caloris ipsius fonte nasci videri possit, nisi prouidentia diuinæ ratio habeatur, quæ ne cor in immodico calore in μαρasmus, id est, summam desiccationem facillè incideret, imæ eius parti adipem affudit, vel vt famis tempore pabulum cordi esset, & innati roridi subitam consumptionem remoraretur: non enim aliter intelligere oportet partes adipe nutriri, quàm refici aliquando & leuari, quoad solidum & proprium accedat alimentum. At piscibus, quòd terrestribus animantibus longè sint humidiores frigidiorèsq;e, nihil opus fuit hoc (quòd à summa exsiccatione & subita roridi innati consumptione multùm absint) tanquam remedio & alleuamento. Situs cordis in piscibus varius est in iis, qui per branchias respirant, propius os cor locatum est, vbi videlicet branchiæ dextræ sinistraeq;e coeunt, quæ causa est cur extra aquam subito suffocentur, nimirum aëris appulsu & impetu repente affatimque facto, à quo exiguus calor non aliter quàm paruus ignis à magna lignorum copia superiniecta extinguitur. In iis, qui per pulmones respirant, paulò inferiùs cor situm est, vt asperæ arteriæ locus sit. In terrestribus verò animantibus paulò adhuc inferiùs in medio thorace.

De Peritonæo.

CAPUT XV.

PERITONAIOS Membrana est, omnia, quæ sub diaphragmate sunt viscera contegens ac inuoluens, à qua eadem suas exteriores tunicas accipiunt. Nomen à tensione positum est, in piscibus simplex est, facillèque præsertim in coctis ab aliis partibus fecernitur. Eam solo colore differre obseruavi: asello, mugili, aurata, salpæ nigro colore perfusa est, in aliis albo.

De

De Gula.

CAPUT XVI.

ACTENVS Exposuimus partes eas, quæ ad respirationem, vitalèmq;e vim à natura sunt conditæ. His succedunt quæ naturalibus maximèque nutriendi actionibus ministrant, quas breuiter percurram factò à gula initio. Nam de dentibus initio dictum est. Quam nos gulam, Græci proprio nomine αἰσθητόν, communi τροφήν appellant, ductum siue viam, qua cibus ab ore in ventriculum, tanquam in cellam penuariam demittitur. Ingressum cibi pisces omnes, qui in perfectis animalibus numerantur, habent, gulam non omnes, verùm ij, maximè qui pulmonibus spirant, vt delphini, vitulus marinus, balæna, orca, testudo omnis. Illi ventriculum ori continentem habent: hi satis procul disiunctum, idque pulmonum causa, qui refrigerandi cordis gratia facti, multò inferiore, quàm nunc sunt loco, vt sub ventriculo commodè locari non poterant: neque enim tam facillè externus aër intrò reciperetur, neque calida & fuliginosa excrementa foras mitterentur. Ventriculo verò inferior locus longè aptior fuit, tum vt ad meliùs concoquendum multis calidis particulis circumuallaretur, parte superiore à corde, inferiore ab intestinis, parte dextra ab hepate, sinistra à splene, posteriore à vena caua ascendente & arteria magna descendente, anteriore à supernatante epiploo, & musculorum epigastrii oppositione, tum vt excrementa, quæ deorsum ferrentur, faciliùs expurgarentur. Sunt & aliæ multæ situs harum partium causæ, quas lubens omitto, & ad pisces redeo, quorum multi gulam habent, etiam si pulmonibus careant, vt qui oblongo & tenui sunt corpore, vt congridi, serpentes, acus, anguilla, sphyrænæ, lucij: qui omnes, si ori ventriculum continuatum haberent, propter corporis tenuitatem, aliarumque particularum vicinitatem, ventriculus nihil cibi capere vel retinere potuisset, cui incommodo prospexit natura, gula per angusta loca ad ventriculum liberiore in loco iacentem deducta: mollia gulam habent longam & angustam, quæ in causa est, cur pisces integros deuorare non possint, sed morsu diuisos deglutiant. Gulam etiam habent crusta intecti pisces, quod & annotauit Aristoteles, & ex dissectione manifestum est. Gula in omnibus rugas habet in longitudine & latitudine: in aliis breuior est, in aliis longior, vt in echinidis, serpentibus marinis, muræna, lampetra, denique in longis omnibus: in aliis latior, vt in lamia siue lamyro à gulæ latitudine nomen adeptò.

Lib. 4. de hist. animal. cap. 3.

DE PISCIBVS

De Ventriculo & eius appendicibus.


CAPUT XVII.



VLAM Sequitur ventriculus, in quo retinentur, coquanturque cibi totius corporis nutriendi causa: varia est huius magnitudo, figura, situs. In magnis enim magnus est, in paruis paruus. In iis, qui ad eandem ferè magnitudinem perueniunt, diuersus comperitur, vt lupus, luciúsque multò ampliore sunt ventriculo, quàm mugil, vel sturio, quibus ventriculus est paruus, carnosus, ventriculi galinarum modo. Cuique suus est pro natura ventriculus, gulosis & sarcophagis membranofus, & amplus, vt pisces integros capere, in omnemque partem facilè distendi posset: aqua mucosq; viuentibus, exiguus & carnosus. Huius figura, corporis figurè similis est: nam oblongus oblongus est, rotundis rotundus, & breuis, & latus. Rursus quibus pulmones sunt & gula, is in medio ferè cauo corporis situs, æqualibus ferè spatiis distans ab ore & podice. Ventriculo appendices multè adhærent, quæ in magna sunt varietate. Nam coracinus, latus, umbra, coruus, appendices octo vel nouem habent. Pelamydibus sunt plures eaque maiores. Asino tres tantum, eaque breues. Denique pauci sunt, qui appendicibus careant, qua parte à terrestribus animalibus pisces differunt. Harum usus esse videtur, vt quoniam in piscibus imbecillus est ad coquendum cibum calor, is in ventriculum & in appendices veluti in plures partes distributus, facilius conficiatur: sic enim facilius vincitur à calore, quàm is qui in vnum coactus est, vel vt non statim effluat, sed in appendicibus diutius asseruetur, in tempore futurus vsui. Qui pulmonibus spirant, appendicibus carent, quod plus habeant calidi innati, ideòque melius concoquant.

De Intestinis & Podice.

CAPUT XVIII.



INTESTINORVM Satis magna est varietas. Cartilagineis enim densa sunt & lata, sturionibus, & iis qui pulmonibus spirant, densa & angusta, & per corporis longitudinem deducta in podicem desinunt, vbi latiora sunt, mesenterio annectuntur, venasque mesaraicas excipiunt. In quibusdam recta ad podicem descendunt, vt in galeis, aliisque longis. Lucio longum intestinum sursum recurrit, inde ad podicem reuersum illic desinit, quæ causa est, cur tam gulosus sit. Sunt quibus intestina pinguedine obducuntur & eduntur, quòd dura non sint, vt mugilibus qui nutriuntur muco. Eadem de causa

men

mensis apponuntur intestina sturionum, balænarum, delphinorum & scarorum, qui intestina spissa habent, pingua, non dura, violam olentia. Podicem in omnibus esse piscibus qui ore cibum capessunt, ratio ipsa persuadet, vt id quod in alimento à natura ipsorum alienum est: ideòque in succum verti non potest, alio loco quàm sumptum sit expellatur, quem locum Græci *πρωκτον* nos Podicem dicimus. Hunc habent saxatiles magnum & patetem, vt intestinum aliquando prolabatur, quod in turdis, metulis, cynædis frequenter obseruauimus: aliis ita paruus est, vt nisi ventrè premas vix appareat. Præterea nonnullis omnino in extrema cauda est situs, vt in locustis, sepiis, astacis, squillis, denique in omni crusta insectorum genere: aliis paulò superiore loco situs est vt in longis & tenuibus, quales sunt anguilla, murenæ, serpentes, acus, congridi, sphyrenæ & his similes: in aliis magis à cauda distat, vt in auratis, lupis, mugilibus, scaris, percis, turdis, merulis: in aliis in medio ferè corpore vt in buglossis: in aliis ori propior est quàm caudæ, vt in rotundis, & qui figura sunt rhomboide. Non desunt qui eadem ferè in parte os & podicem habent vt holoturia purpuræ, cochleæ, & ferè omnia quæ rotunda sunt, demptis echinis in quibus in parte ori aduersa positus est. Sepiæ eodem meatu atramentum & excrementa reiciunt autore Aristotele: Ego atramentum earum excrementum esse puto, quod per partem fistulæ in simam expellitur. Omnium commune est ore podicem minorem habere: quæ enim assumuntur, vel mole, vel duritie superant ea quæ egeruntur, quæ semper vel liquida, vel in tenues partes comminuta sunt.

Lib. 4. de hist. anim. cap. 10

De Hepate & Splene.

CAPUT XIX.



PISCIVM aliis hepar est discretum, aliis non discretum, quod tamen hepatis functiones obit. Cùm enim hepar venarum sit origo, & sanguinis fons, qui cibo succoq; aliquo nutriuntur, ventriculo, hepate, intestinis carere non possunt. Quibusdam vnicum simplexque est hepar, vt lucio, lupo, asello, auratæ, mullo, percæ: in aliis est geminum, vt in galeorum genere. Est enim illis hepar in duos longissimos lobos ita diuisum, vt merito duplex esse dicatur potius quàm vnicum, vt acanthiæ, caniculæ. Cartilagineorum hepar pingue est, vt liqueferi possit, & in oleum resolui, quo in multis affectibus frequenter vsi sumus: est & ad lucernas vtile. Aliorum hepar sanguineum est. Porrò in quibusdam hepar rubrum est, vt in respirantibus: in aliis ex rubro albescit, vt in candidis qualis est qui vulgò à nostris *capelan* dicitur, ex Anthiarum genere. item in mustella: aliis cinereo

est colore, vt galeis & raiis: aliis croceo, vt pastinacis: aliis cœruleo, vt lampetris. Denique nulla ferè piscium pars est, quæ coloris varietate magis distinguatur. Differt etiam hepar hoc ab illo saporis bonitate: vnde nulli hepar tantoperè in deliciis olim fuit. Cartilagineorum hepar ferinum quiddam olet, vt galeorum, sturionum, & cetaceorum, estque saporis planè ingrati. Sic splenem non omnes pisces, discretum habent. Is in nonnullis magnus est & longus, in cetaceis maximus, in quibusdã exiguus & niger, vt in scaro, in aliis sanguinis colore est, vt quibus hepar albet, iis splen rubet. Positus est in nullis iuxta hepar, in aliquibus sub ventriculo, in lucio in fundo ventriculi.

De Felle eiusque Vesica.

CAPUT XX.

IN Omnibus fellis vesica ex hepate dependet, vt bilem, quæ in hepate à sanguine secernitur excipiat. Verùm hoc interest, quod in quibusdam hepate ipsi adhæret: in aliis per intestini longitudinem extenditur, & in eam per venulam, tanquam per riuulum fel deriuatur, vt in thumnis, pelamydibus, glaucis. In quibus hepate ipsi adhæret, vel est in ipsius summa parte per venulas bilem trahens, vel in ipsa est hepatis substantia, & in ea sic, vt ita dicam, immersus & obrutus, vt vix appareat, nisi conquiras curiosius, id quod in galeis obseruauimus aphyis ἐκκρασιχλοῖς ob id dictis, fel est in capite, quam ob causam caput abscinditur, cum saliuntur, ne fel garum vitiet. Carent vesica fellis vitulus marinus, delphin. Vranoscopus, si corpus spectes, magnam fellis copiam habet, substantięq; tenuissimæ. In aliis fel minus est & crassius. Galeorum & aliorum multorum fel viride est, scari nigrum, pastinacæ croceum.

De Renibus & Vesica.

CAPUT XXI.

RENES & vesicam non omnes pisces habent, quemadmodum nec aues nec animalia, quæ repunt, id quod ex anatome perspicuum est. Quæcunq; verò renes, etiã vesicam habent: nam cum renes naturã serosa sanguinis excrementa attrahant & secernant, necesse est, vt eo quod crassius est, nutritioni reseruato, quod tenuius est, per meatus ἐρητήρας in vesicam velut in lagenam effundant. Renibus igitur carēt & vesica squamosi, læues, cartilaginei. At habent omnes qui pulmonibus spirant. Etenim ob multam sanguinis copiam, multis serosis ex-

excrementis abũdare eos oportet, quod cum neq; in pilos neq; squamas, similẽsve particulas absumi possit, venas hoc onere leuari à renibus id attrahentibus, ac tandem per vesicam foras pelli necesse est. In horum piscium numero sunt balenæ, physeter, orca, vitulus marinus, delphin, testudo. Renes vituli marini renibus vitulorum terrestrium similes sunt, id est, quasi ex multis exiguis renibus constāt: in iis enim diuisiones paruæ cernuntur, vt in puerorum recens natorum renibus: id quod indicat Aristoteles cum scribit, morbos renum curatu difficiles esse, propterea quod quasi multi sint. Delphinorum renes racemi formam maximè referunt: sic inter quadrupedes Lutra multos racemi modo conglobatos habet, id quod ea de causa istis euenisse arbitror, vt serosa excrementa quibus abundant, facilius trahant & secernant. Cum enim actio, vt Philosophis visum est, contactu perficiatur, quo plures fuerint rei immutandæ partes, quas id quod agit vndique contingat & complectatur, eo facilius eiusdem rei fiet immutatio, atque tota actio celerius absoluetur. Quare serosus sanguis in plures veluti renes distributus quemadmodum chylus in omnes hepatis particulas deriuatus, & aer in omnes pulmonum arterias sese insinuans, minore opera vincitur, immutatur, segregatur. Quantum ad vesicam attinet, ea in iis quos diximus piscibus duplex est: vna fel, altera vrinam excipiens, quemadmodum in terrestribus animantibus. In fluuiatilibus præter has alia reperitur aëre plena & in quibusdam gemina, in marinis quibusdam eadem reperitur. In aliis huius vice spatium est inter spinam & peritonæum aëre plenum.


De Testibus & Pene.

CAPUT XXII.

ARISTOTELES libro quarto de partibus animalium, pisces omnes testibus à natura priuatos esse auctor est. Testes, inquit, nullus piscium nec intus nec foris habet, neque animalium pedibus carentium vllum, neque serpentes: meatus verò & excrementorum, & eorum quæ ad generationem faciunt eundem, quemadmodum aliæ animantes quadrupedes quæ ouum pariunt, quod vesicam non habeant nec excrementa humida. Et LIB. III. de histo. animal. Piscibus nulli testes sunt: & paulopost: Piscibus, vt modò dixi, testes nulli sunt, nec serpentibus, sed binos habent meatus à septo transuerso pendentes ex vtraque spinæ parte, coeuntes supernè in vnum, atq; vsque ad excrementorum exitum pertingunt: quod autem ad spinam est id superius nomino. Hi coitus tempore semine pleni redduntur, ex quibus

attritu semen album effluit. Hactenus Aristoteles, cuius sententiam ipsa *διωροψία* redarguit. Habent enim delphini testes intus oblongos digiti magnitudine, id quod etiam perinde ac sui oblitus Aristoteles alio loco affirmat: nam initio lib. tertij de hist. animal. Delphinum inter eos annumerat quibus intus sunt testes, cum alibi, ut paulò antè citauimus, scripserit nullum piscium, nec intus nec foris testes habere. Habent testes etiam & mentulam vituli marini, & balænæ. Nullis verò omnino testes sunt foris pendentes: nam & natationi maximo essent impedimento, & ab aqua nimium refrigerarentur: quamobrem in omnibus quibus hæ partes non desunt, eas delitescere & intus inclusas esse necesse fuit. Nec solum maribus, verum etiam fœminis testes sunt sed positu differunt: nam in fœminis ad vteri cornua: in maribus ad imum ventrem, non procul à vesica siti sunt: multò etiam magis mas à fœmina distinguitur vasorum spermaticorum substantia & præsertim magnitudine. In maribus enim multò minora, in fœminis maiora, & vuluæ similia sunt, siquidem in his maior moles, in illis semen etiam exigua copia, valde efficax continetur. Eadem vasa in nonnullis à nostris differunt, & multò plura sunt, ut in delphino innumeri ferè venarum arteriarumque ramuli, ad testes pertingunt, quod consultò à natura, feminis scilicet præparandi gratia, factum esse existimo. Cum enim coitum citò perfici necesse sit, quia respirationem reprimit, & remoratur, semen iam antè præparatum esse oportet, & subito affatimque eiici, quod in causa est cur meatus qui id à testibus ad mentulam deferunt breues sint admodum. Penem autem habent qui respirant, quibusque sunt testes, vuluæ cervici longitudine parem: ac quantò propius atque arctius in cõplexu venereo iunguntur animalia, tantò breuior est mentula: quantò minus copulantur, tantò longior ut asinorum, equorum, bouum, ferorumque animalium, quæ dorso à fœminis admittuntur, ut semen calidum, & sine vlla spiritus iactura, in intimas vteri partes perferatur. Hanc ob causam in balænæ, quia ob corporis vastitatem in cõmiscendis corporibus propius coniungi non possunt, Penis quatuor & decem cubitorum longitudinem æquat. Vidi equidem balænæ mētulam tātam quæ etiam à procero homine humeris gestata, vtrinque terram contingeret, vnde quanta sit, cum balænæ libidine concitate feruntur, coniciere oportet. In delphinis breuior est ea pars, quia facilius, copulari possunt, nec vulua in alto corpore sita est. Substantia, structura, color in omnibus ferè similes sunt. Figura planè non eadem: in Phocæna enim duplicatur, in delphinis rectior est. Hac parte carent qui attritu & compressu solo partium genitalium coeunt, non semen eiacuando, sed super ova spargendo. Sunt & quibus mentula deest, quod fœminæ quibuscum coeunt, meatu amplo partèque extrema sito cõmodè semen excipiant.

De



QVEMADMODVM Testibus & pene, ita vulua & mammis pisces à se distinguntur. Ac primùm de vulua dicendum, quam balænæ, delphinis, vitulis marinis, denique omnibus respirantibus minimè deesse experientia ipsa arguit. Primo loco est cervix siue collum, sequitur vulua in duo cornua diuisa, ad quæ positi sunt testes, ut in quadrupedibus. Sunt quibus vulua duos sinus habet, perinde ac si duæ essent, ut in piscibus ova parientibus, quales sunt lupus, mugil. Iis qui ova quidem concipiunt, sed intra se ex his fœtus suos excludunt: deinde viuos pariunt, qualis est galeus, acanthias, aliique multi, iis inquam vulua prope septum transversum sita est, cui adiacent corpora duo rotunda, vitellis ouorum gallinæ similia ita disposita, ut in caniculæ picturæ exhibuimus: hæc videntur esse veluti feminis cellulae, quod in vuluæ capacitate inde deriuatur. Qui sine maris & fœminæ coitu nascuntur pisces, ut vtero fœminæ, ita meatibus spermaticis mares prorsus carent. Mammis piscibus esse eadem experientia docet, ut in balænæ, vitulis marinis, delphinis, phocænis, ac vniuersè omnibus iis qui ex semine sine ouo pariunt, lacteq; suos fœtus alunt: dixi ex semine sine ouo propter galeos & vipersas, quæ ex ouo animal viuū pariunt, ac intra se ex ovis excludunt: hæc enim animalia lacte non nutriuntur. In litore Aquitanico ex balænæ lactis cados duos colligi vidimus. In delphinis quoque lac reperitur, ex quibus efficitur hos pisces mammis habere: etenim lac non nisi in mammis fit. Idem Aristoteles confirmat. Mammis habent, inquit, quæcunque animal intra se concipiunt, & in lucē edunt, ut quæ pilis integuntur, quemadmodum homo & equus, ac cetacea, ut delphini, vitulus marinus, balænæ: etenim hæc mammis habent & lac: & alibi. Delphin animal parit, quare duas habet mammis non superiore in parte, sed prope genitale, non autem papillas manifestas, quadrupedum modo, sed veluti riuulos duos vtrinque singulos, ex quibus lac fluit quod à sectantibus catulis fugitur. Hæc Aristoteles. Non solum verò delphini, sed & balænæ, & vituli marini papillis carent: in omnibus enim diligenter prospexit natura, ne quid natationis impulsus & motum impediret. Hac igitur mammæ particula à terrestribus secernuntur pisces: earum autem situ à muliere, quæ in pectore gestat, & ab elephante, qui in alis, à cane & sue quæ in toto ventre. Illis enim prope genitalia sunt, & podicæ. Eadem partium substantia mammæ in omnibus constant, venis arteriisque permultis in corpora glandulosa & adipem definētibus. Lac cõpressu exprimitur, quod catuli ore excipiunt.

G 2

Li. 3. de anim.
cap. 20.Lib. 2. de hist.
cap. 13.

Quemadmodum autem testes piscibus omnibus alio loco adimit, alio delphinis tribuit Aristoteles, sic etiam aliquoties eadem pagina, modo pisces omnes mammis carere, modo delphinos & cetacea habere scripsit: sed ne in citandis his locis longiores simus, satis erit locum indicasse, qui est lib. secundo de hist. animal. capit. xiiii. Verum Aristoteles delphinum & balenam & quæcunque ζωοτόξα sunt, & cetacea, & fistulam habent, pulmonibusque spirant τῶν ἰχθύων, id est, piscium, siue τῶν ἐνύδρων, id est aquatiliū nomine proprie non comprehendit, neque etiam terrestrium: si, inquit, pedestre est quod aërem haurit, aquatile aquam, vtrunque enim participant.

De Spinis.

CAPUT XXIIII.

SPINARVM in piscibus is est vsus, vt carnem fulciant & contineant. Eæ ossibus portione respondent. Spinis carent beluæ marinæ, iique pisces qui pulmonibus spirant, quarum vice ossa dura & dēsa, qualia sunt terrestrium animantium, habent. Cartilaginei neque spinis neque ossibus fulciuntur, sed cartilagine. Spinas habent omnes alij vt squamosi, læues, fluuiatiles, & ij qui in fluuiis nascuntur, & qui relicto mari flumina subeunt, vt alofæ quæ plurimis spinis abundant, & murænæ, alij paucioribus firmantur. sic etiam earum quædam tenues sunt admodum & breues, quales habent sardinæ, mænæ, alofæ, aphyarum genera, quorum omnium spinæ tanta sunt exiguitate, vt sine noxa deuorentur, capillorum enim quædam tenuitate referunt.

De Collo.

CAPUT XXV.

HACTENVS partes piscium præsertim interiores, tradidimus: nunc supersunt paucae aliquot exteriores, de quibus non nihil dicendum: ac primùm de collo, de quibus non nihil dicendum: ac primùm de collo, *ἀγχύρα & τράχηλον* Græci vocant, quam partem omnino piscibus deesse affirmat Aristoteles. Piscium, inquit, nulli collum, nulli artus, testes, aut mamma. Quid autem sit collum, quæ eius partes, quis vsus, ex ipsomet Aristotele proferamus. Collum, quod inter faciem & thoracem est, cuius pars anterior guttur, posterior gula, pars verò cartilaginea & anterior vocis & respirationis ductus, arteria carnosa: at interior ad spinā *σπίναχος*, id est gula, extrema autem colli pars ceruix: & alibi. Collum est omnibus animal parientibus: Ouum parientia, alia habent, alia minimè: quæcunque enim pulmonem, etiam collum habent. Et paulò post collum arteriæ causa factum

Lib. 2. de hist. anim. cap. 13. Lib. 1. de hist. cap. 22.

Lib. 4. de part. anim. cap. 10.

ctum est: propugnaculum enim est, eamque & gulam vndique contegens. Quæ cum ita sint cur vitulis marinis, balænis, delphinis, testudinibus marinis, & palustribus, collum non tribuemus: nam & arteriam asperam habent, & pulmonibus spirant, & collo caput à thorace seiungi experientia comprobat, in aliis quidem magis manifestè, in aliis minùs, vt in balæna & delphino. in quibus collum indiscretum esse dicemus, eiusdem Aristotelis exemplo, qui in cancris caput esse asserit, sed indiscretum: sic enim Plinius exprimit quod Aristoteles ἀβείστον appellauit.

Lib. 4. de part. anim. cap. 10.

De Appendicibus circa os.

CAPUT XXVI.



M Non temere natura piscibus nonnullis maximè circa os appendices quasdam carnosas adiecerit, ne has quidem silentio præterire fas est: hinc enim in quibusdam maxima naturæ solertia elucet. Eas quæ circa os sunt, barbam piscium non ineptè possumus appellare: nam inde barbatulos mullulos, & barbatulos mullos apud Cicero-nem dictos legimus. Appendicum igitur hunc vsus esse existimo in quibusdam, vt pisciculi vermēsque alliciantur: in aliis vt arceantur quæ in os incidere possent, ranæ piscatrices binas habent appendices quibus veluti linea piscantur, totidem squatinæ habent eiusdem vsus gratia. Vranoscopus iners per insidias piscatur: nam inter linguam & labrum inferius nascitur membrana tenuis, quæ foris propendens in filium carnosum vermiculo simile desinit, quo tanquam esca alleciti & capti pisciculi attrahuntur, & deuorantur, quod in vranoscopo à nullo quod sciam, scriptore obseruatum comperi. Sub mento appendices habent mustellæ, mulli: alij supra oculos vt scorpio, scorpana, lepus vulgo dictus: alij è collo pendentes tanquam iubam, vt hippocampus, quod non nisi in nuper capto, & in aqua natante apparet. Alij per totum corpus sparsas ornamenti causa, vt raix marine: Neque desunt fluuiatilibus suæ appendices. Gobioni, barbo antè os pendentes, cyprino in lateribus siue in sine scissuræ oris sitæ sunt quasi *μύστικες*. Habet etiam appendices Padi piscis *copso* vulgò dictus, sed & dentes qua de causa puto his appendicibus pisces allici, allecitos dentibus apprehendi & retineri. Sturionibus ante os propendent magis prohibendarum festucarum aliorumque corpusculorum occurrentium quàm piscandi causa: dentibus enim carent, sepiusque ventriculis eorum dissectis nihil præter spumam mucumque reperi. Quo fit vt existimem piscibus eos non vesci, datâsq; à natura esse appendices maximè muniendi oris causa, præsertim cum sint ore rotundo & aperto vt vix bene labra iungi possint.

PINNARVM Nomine quæ piscium propriæ sunt, & auium alis proportionem respondent, non solum eas quibus inter natandum pisces corpus impellunt, sed etiam reliquas omnes quæ vel in dorso sunt, vel ad podicem & caudarum extrema, intelligimus propter similitudinem. Harum magna est in magnitudine, substantia, figura, colore, numero, excessu defectuque varietas. Miluo, cuculo, hirundini magnæ sunt: cæteris longè minores, in nonnullis longiores, in aliis breuiiores, sed latæ. Quædam fibris tenuibus seu filis constant & membranis, vt in squillulis: quædam ex cartilagine, vt in cartilagineis: aliæ ex cartilagine & osse, vt in beluis marinis: aliæ pedum figuram imitantur, vt vituli marini priores pinnæ vrsi pedibus, posteriores piscium reliquorum caudis potius quàm pinnis, vrsive pedibus similes sunt. Testudo quatuor pinnas habet, priores alis sunt similes. Quædam rotundæ sunt, vt in luna pisce, nonnullas alis auium rectè conferas, vt hirundinum marinarum pinnæ, magnitudine, substantia, figura, colore vespertilionum alis sunt quam simillimæ. Sunt quibus pinnarum extrema vnguibus munita sunt, vt testudinibus marinis & vitulis: in aliis minimè. Aliæ pinnæ sunt albæ, aliæ flauæ, aliæ ceruleæ, aliæ variæ. Nonnulli quaternas habent, binas scilicet ad branchias, & binas in ventre: quidam binas tantum ad branchias, vt anguillæ: alij nullas vt murænæ. In squamosis, pinnæ & quæ in dorso sunt, & quæ in ventre & ad podicem, aculeis innituntur: sed in quibusdam ternæ sunt, in nonnullis binæ: in aliis vnica parua: interdum vnica quidem, sed à capitis fine ad caudam continua. In thunno, pelamyde, & lacertis omnibus, plures sunt circa caudam, ex æquo à se distantes, alię paruulæ à podice ad caudam, & ab vltima dorso ad caudam vsque.

De Pedibus & Manibus.

CAPVT XXVIII.

TERRESTRIVM Quidam animantium corpora, vniuersè in ventres, & inde pendentia membra siue artus, Græci κῶλα vocant, diuiduntur. At piscibus omnibus κῶλα adimit Aristoteles. Collum, inquit, piscium nullus habet neque artus vllos, & alibi. Piscibus nulli artus dependent, quod sint natura natatiles, essentiæ suæ ratione: nihil enim superuacaneum nihil frustra facit natura. Cum verò sanguine prædita sint essentiæ suæ ratione, quod quidem natatiles sint pin-

Lib. 2. de hist.
cap. 13.
Lib. 4. de par.
anim. cap. 13.

pinnas habent: quòd autem non gradientes; non habent pedes: pedum enim appositio ad motum, qui fit ἐν ᾠδίῳ, id est, in solo vtilis est. Si quis igitur Aristotelis autoritate motus ista ad viuum refecare velit, piscibus pedes tribuere nefas esse existimabit. At si communem Græcorum loquendi vsum, atque etiam fortassis rem ipsam propius spectes, non ineptè pedes pisces quidam habere dicentur, id quod Aristoteles ipse etiam interdum ait. Ac primùm incipiam ab eo loco, qui est capit. j. libri quarti de hist. animalium, statim in initio. Piscium, qui molles dicuntur, exteriores partes hæ sunt: primùm pedes qui vocantur: deinde his continuum caput: postremò aluus, quæ totum corpus continet. Et mox, mollibus omnibus accidit inter pedes & ventrem caput habere. Pedes quidem octoni omnibus sunt, per quos bina acetabula dispersa sunt, dempto vno polyporum genere. & eodem libro: Pedes habent locustæ quinos vtrinque, cum extremis chelis: similiter cancri denos cum suis chelis. Ex his igitur & aliquot aliis autoris locis satis constat, pedes piscium non absurdè nominari, quos etiam idem ἄλλοις vocat, Plinius brachia. Polypi, inquit, brachiis vt pedibus & manibus vtuntur: & polypi à cæteris mollibus differunt, quòd illorum parua sit aluus, pedes longiorum autem magna aluus, pedes breues, vt ingredi non possint. Ad hæc polypis non solum ad nandum, sed etiam ad ingrediendum pedes sunt vtilis, eodem Aristotele teste. Polypi foli mollium in siccum exeunt duntaxat asperum, leuitatem odere: his enim verbis Plinius Aristotelis locum interpretatur: Quæ cum ita sint, non solum polypis, qui à pedum multitudine nomen inuenere, sed etiam omnibus crusta intectis, dempto vno echino, pedes non impropriè tribuimus, vt locustis, astacis, tum fluuiatilibus, tum marinis, leonibus, elephantis, squillis, cancri omnibus. Et ne ab eodem Aristotele recedamus. Vituli marini, inquit, vt aquatiles quidem pedes habent, vt pedestres autem pinnas, posteriores enim pedes omnino piscium modo habent. Sed de pedum appellatione fortasse nimis multa, nunc horum differentias expendamus. Mollium pedes vt polyporum, sepiarum, loliginum, constant ex carne dura & flexibili, suntque glabri & sine articulis. Crusta intectorum pedes foris ossei, intus carnosii articulis aliquot constantes, asperi, in quibusdam hirsuti. Præterea crusta intectorum pedes ad latera situm habent: mollium pedes quasi ab ore pendent & habent acetabula, quibus polypus, vt scribit Plinius, hominem in aqua complectitur & sorbet, ac numeroso suctu detrahit eum: hæc enim acetabula non aliter quàm cucurbitulæ partes quibus adhærescunt, hauriunt, & validè retinent. Ex sepiarum & loliginum pedibus alij breuiiores sunt, duo longissimi, quibus se firmanant veluti anchoris, & tanquam manibus cibum apprehendunt.

Libro quarto
de hist. c. 1.
Libro 9. cap.
29. & 30.

Libro 9. de hi-
stor. cap. 37.

Lib. 9. cap. 29.

Libro quarto
de parti. ani-
mal. cap. 13.

Lib. 9. cap. 30.

Polypis pedes omnes longi, & magnitudine pares, quorum alij acetabulorum binos ordines habent, alij vnicum. Eorum, qui vulgò pulmones marini vocantur, pedes ex vitrea pituita coagulatos esse dicat. Aliorum mollium pedes rotundi sunt: horum angulari, acuti, sine acetabulis. Iam verò manus perfectæ soli homini tanquam prudentissimo animali datæ sunt, simiis imperfectæ: vero enim pollice carent, qui præcipua manus pars est, & *ἄλλοτερον* quasi altera manus dicitur ob robur magnúmque vsum. Piscibus nullæ sunt manus, neque perfectæ, neque imperfectæ, sed particulae aliæ quæ manibus proportionem respondent. Etenim astaci & cancri chelis suis cibos apprehendunt, retinent, ori admovent. Sed chelas habent alij maximas, vt elephantii, astaci: alij paruas & latas, vt vrsi: alij medias, vt pagurus, cancer: alij hirsutas, vt leo: alij glabras. Aliarum color est indicus, vt in elephantis viuis: aliarum ruber, vt in leonibus: aliarum fuscus, vt in cancri fluuiatilibus chelarum paguri extrema nigrescunt. Hæc sunt quæ de piscium partibus, dicere volui, & earum differentiis, quas omnes me complexum non esse, non sum nescius. Nam in singulorum historia aliæ quædam propriæ traduntur, & aliæ quædam ex Aristotele, cæterisque scriptoribus colligi possunt. Infinitæ verò ex admirabili, & nunquam homini satis perspecta rerum natura, quæ in tam vasto & immenso mari tantam rerum varietatem edidit, vt multis seculis omnis humani ingenij vis neque omnia assequi, neque in omnia penetrare possit. Quare operæ precium me fecisse ratus sum, si

eas præsertim differentias cõquirerem, quibus perspicuè pisces à sese distinguuntur, & oblati statim


internosci possint, ex quibus etiam

reliquas minutiores

colligere sit

facile.

§



G V L I E L M I
R O N D E L E T I I
D E P I S C I B V S

L I B E R I I I I.

Quid Actio, & quæ eius genera.

C A P U T I.



V' M Fieri omnino non possit, vt ad quid agendum quæque partes à natura conditæ sint, scire possimus, nisi prius numerus, figura, situs, connexio denique omnis earum cõstructio, quæ *κατασκευή* Græcis dicitur, cognita sit, atque *ἀποψη* ipsa planè perspecta, rectè mihi videor piscium partibus proximo libro traditis, actiones eorum morésque subiungere. Etsi verò singulæ partes ad suas actiones ita aptè appositæque factæ sint, vt ex harum diligenti contemplatione, possit solertis coniecturæ vir actiones diuersas, morésque piscium varios colligere: præstiterit tamen de istis quædam explicare, vt ordo operis initio expositus postulat: sic enim & perspicua magis & iucundiora legentibus hæc mea de Piscibus Commentaria fore spero. Ac primùm quid Actio, quæque sint eius genera, dicam. Actio motus est ciens & agitans. Huic opposita perpassio, motus ab externo aliquo factus, quo nomine Galeno autore, prisca motus omnes etiam qui naturaliter fiunt, nisi actiones sint, designauerunt. Sic Plato sensuum immutationes *παθή* appellat, cum iunioribus, inquit Galenus, nescio quomodo sit visum, vt videlicet de eo solo, qui præter naturam sit motu, id nomen vsurpent. Rectè verò Plato sensuum omnes immutationes, etiam voluptatem, *πάθος* nomine appellauit, cum quicquid motu cieatur externo, & quoquomodo immutetur, id pati atque affici meritò dicatur, vt ex diametro opponatur ei, quod cum quouis etiam modo agitet, moueat, atque mutet, agere ab

omnibus dicitur. Hunc secuti Aristoteles & Galenus, sensum patiendo fieri, & sentire esse aliquid pati censuerunt: nec id præter rationem, nam oculi à splendore, colorèq; aures à sono, nares ab odore: lingua, palatùmque à sapore: omnes corporis partes, quæ sensum habent à primis qualitatibus, immutantur & afficiuntur, si modicè & blandè, cum voluptate: si vehementer & insigniter, cum magna partium, in quibus sensus habitant, iactura & dolore: nam & radij Solis aciem oculorum præstringunt, & tonitru, tormentorùmq; bellicorum violentus sonus surdos reddit. Sed vt ab exterioribus sensuum sedes affici, vt sensus fiat, necesse est: ita aliquid interius est, quod agit, videlicet animus qui videt, audit, odoratur. Foramina verò illa, quæ patent ad animum à corpore, callidissimo artificio natura fabricata est, vt tantùm sint viæ quædam, & quasi fenestræ sensuum. Quæ temere à nobis adscripta non sunt, sed ne quis miretur nos, qui de piscium actionibus hoc libro agimus, suo loco de piscium sensibus differere, quòd partim agendo, partim aliquid patiendo efficiantur. Verùm de nominum explanatione fortasse nimis multa. Nunc actiones partiamur, easque potissimùm, quæ ad institutum nostrum faciunt. Gubernant animal (vt in lib. de placitis Hippo. & Plat. à Galeno demonstratum est) tres diuersi inter se generis siue *διωδέμεις*, id est, facultates, siue animi partes, siue species, toti corpori ex suo veluti fonte quæq; distributa. Est enim earum quædam ad alendum animal necessaria, ac cum stirpibus communis, quæ iecur veluti pro fonte habet, canales verò ab hoc in totum corpus sparfos, ipsas venas. Hanc seu appetentem, seu naturalem, seu altricem voces nihil interest. Altera est, quæ non modò vt stirpibus vita præditis, sed etiam vt animalibus, anima est insita. Hæc sedem in corde habet, ipso quoq; insiti caloris seu fonte quodam. Ab hoc canales arteriæ sunt, vocatùq; hæc multis sanè nominibus: nam & facultas vitalis & animosa, siue irascibilis dicitur. Tertia ratiocinatrix, in cerebro domicilium habet: vitur & hæc particulis quibusdam seu canalibus, nempe ipsis neruis, sensum motùmq; per hos in totum corpus transmittens. Ab his tribus facultatibus totidem actiones proficiuntur, naturales, vitales, animales, quæ rursus in alias actiones distribuuntur. Naturales enim actiones sunt attractio, retentio, immutatio, expulsio, generatio, aliaq; plures. Animales in sentiendi, loco se mouendi actiones, & in eas, quæ principes dictæ sunt, distribuuntur. Rursus sentiendi actiones, videndi, audiendi, odorandi, gustandi, tangendi actionibus constant. Principes ea sunt, quibus imagines rerum comprehendimus, quibus ratiocinamur, & meminimus. Harum plurimis quidè à natura donati sunt pisces, quibusdã verò priuati. Quare actionibus pisces tum à sese, tum à ceteris animantibus discrepant: de quibus deinceps tractabimus à naturalibus ducto principio.

De Natu

De Naturalibus piscium actionibus, attractione, retentione, immutatione, expulsionione.

CAPUT II.



MNE id quod viuit, natura sibi familiarem conuenientemque succum appetit, attrahitque, attractum retinet, vsque eo dum immutauerit, coxerit, confecerit, tum quòd superuacaneum est ac inutile propellit. Pisces aliqui validissimè attrahunt, sicuti hippocampus, acus secunda species, & qui sagittarius à nobis dicitur, holoturia: Denique quicumque per fistulam, vel foramina ita angusta, vt ferè oculorum aciem fugiant, aquam illiciunt. Non minor in quibusdam retinendi vis veluti in lamia, canicula, glauco, nihil aut parum ad retentionis robur conferente vetriculi structura: ij enim sine gula sunt, vetriculùmq; ad os positum habent, valdeq; hians, & amplum os. Iam alimenta immutandi coquendiq; vi nonnulli pisces cæteris animantibus præstant, non sine summa naturæ prouidentia. Qui enim pisces integros deuorant, cum eos dentibus non conterant, vt confici facilius possint (quia minimè mandunt eo quòd quicquid esset melioris succi, id ab ore efflueret) huius actionis priuationem magno conuocandi facultatis robore pensauit natura. Sunt verò alij qui alimenta durissima & quibus cum nulla illis naturæ, substantiæue similitudo familiaritasq; intercedere videtur, coquunt, euincunt, atq; assimilant. Quod alimentum durius esse potest marinarum cochlearũ testa plane saxea? At stellarũ est genus, quod illis alitur saginatùq; Libet hinc referre quod vnà cum multis qui mecum erant, vidi. Stellã vix pedem vnum longam in litus proiectam, non procul à Magalona dissecui, in cuius ventre cochleas tres integras: duas alias emollitas & semicotas inueni. Quod facit vt verũ esse credam, quod de innato stellæ calore Aristot. scriptum reliquit. Stella, inquit, quæ vocatur adeo natura calida, est vt omnia quæ ceperit protinus decoquat. Et Plinius. Huic tam igneum feruorem esse tradunt vt omnia in mari cõtacta adurat, omnè cibum statim peragat. Porrò quòd balæna quæ sola aqua marina minimè simplici impermistaq;, vt primo libro demonstrarum est, & spuma maris nutritur, in tam vastã corporis molem excrescat, cui nisi insigni caloris natiui actioni attribuemus? nam certum est omnia quæ aluntur & crescunt, cõtinere in se vim caloris, sine qua neq; ali possent, neq; crescere, quæ quãta sit in balæna ex eo cõiciendũ nobis est, quod ex aqua spumãq;, spissiore desiorèq; per concoctionẽ facta, solidæ partes, prægrandiaq; ossa aulescãt. Idem de sturione mugilèq; nobis est iudicandũ, quos aqua mucòq; viuere cõstat, accõmodata ad id vetriculi

Lib. 5. de hist. cap. 15.

Lib. 9. ca. 66.

Lib. 3. cap. 17. structura, de qua suo loco dictum est. Præterea acretio, quæ supra dictas actiones nutritionemque, etsi non perpetuò, neque necessariò, sæpius tamen consequitur, in piscibus maximè euidens est: citò enim ad magnitudinis constitutum certumque modum prouehuntur. Et quanquam genus omne piscium celeriter adolescat, & præcipuè in Ponto, tamen amia longè euidentiùs, quarum incrementum singulis diebus perspicitur, sicuti muræna, & hippuri: id quod non solum alimentorum humorisque copiarum, sed etiam calido natiuo acceptum referre oportet. Nam domestica multa animalia quotidie saginantur, & multæ aues in humore degunt, ut fulicæ & erythrophœnices, quarum omnium incrementum longè tardius cernitur. His piscium actionibus explicatis, ad alias sermonem transferamus.

De Piscium generatione.

CAPUT III.

QVATVOR Actiones, videlicet attractio, retentio, immutatio, siue concoctio & expulsio (quæ quales sint in piscibus, vtrumque dictum est) ad nutritionem referuntur, illique tanquam auxiliares & administræ parent: Quæ quid à generatione differat, primum breuiter explicandum videtur: deinde de piscium generatione dicemus. Nam cum nihil planè nutriatur, nisi ex alimento conuerso atque immutato, partisque alendæ substantiæ assimilato, nutritio sanè nihil aliud quàm partis substantiæ corporis, quod alitur, generatio videri possit. Verùm si consideremus generationem, mutationem esse simpliciter ad substantiam, cuius prius nihil omnino erat, nutritionem verò ad eam, quæ iam est, eique iam existenti adherentem accedentemque, facillè intelligemus diuersas re ipsa actiones esse, facultatibus muneribusque distinguere. Præterea nutritionem ad id, quod procreatum est sustentandum, generationem tanquam subsidium ad immortalitatem opificij sui, quod propter materiam, ex qua constat, necessariò interit, natura comparauit: sic propriè piscium generatio intelligitur. Verùm etiam cum de cuiusque animantis generatione dicimus, varias generationis cuiusque efficientes causas, variosque modos, diuersam materiam, alias atque alias partes ad hanc actionem à natura conditas accipimus. Hoc igitur modo de piscium generatione loquimur. Piscium igitur alij generant, alij minimè. Eorum, qui generant, alij viuum animal pariunt, ut beluæ marinæ: alij ouum, ut squamosi, crusta intecti, sicuti squillæ, cancri, astaci, & molles, & ex cartilagineis sturio, lampetra, rana piscatrix, raia, galeus qui *véβειος* dicitur. His adde testudines marinas & lutarias, quæ oua pariunt uti gal-

gallinæ. Rursus eorum quæ animal pariunt, alij statim è femine, quadrupedum animalium modo concipiunt, perfectumque edunt, ut vituli marini, phocæ, delphini, balæne, orcæ, physeteres, homines marini: denique monstra omnia marina, quæ & lacte fœtus suos nutriunt. Alij autem viuum quidem animal pariunt, sed prius oua prope septum transuersum in utero concipiunt, quæ ibidem excludunt, vnde viuus fœtus prodit, ut in terrestribus vipera, in piscibus squatina, acanthias, galeus leuis, centrina, lamia, vulpecula, alique permulti cartilaginei. Porro oua parientium nonnulli perfecta, nonnulli imperfecta edunt. Perfecta oua voco, quorum postquam conformata sunt, testæ rumpuntur, vnde perfectus prodit piscis: qualia sunt oua raia, ranarum, canicularum quæ *véβειοι* dicuntur. Oua imperfecta infinitorum sunt piscium, parua scilicet & mollia, tum quia uterus angustior est quàm ut tantam ouorum, si maiora essent, copiam capere posset. tum quia frigidiores & humidiores sint, quàm ut tot ouorum partem extimam & ambientem, duriorum solidiorumque possint reddere. Hæc foris tempore auferuntur perficiunturque, quorum incrementum per appositè confert Aristoteles fermento, quod ex paruo magnum fit, solidiore parte humefcente, humida spiritu distenta. Id efficit in animantibus animalis caloris natura, quod in fermento humidi permixti caliditas. Cur foris auferantur in causa est piscium fœcunditas, quæ tanta est, ut intus totum suum incrementum capere non possint: celeriter foris auferuntur, ne, si generationi foris auferendo mora afferatur, totum genus pereat. Quare mas in hoc piscium genere ouis vitale virus aspergit (sic enim conuertit Plinius quod Aristoteles in piscibus *γορον* vocat, qui in cæteris animantibus *γορν* siue *γορος* dicitur) mas enim plus seminis habet quàm ad coitum satis sit, mauultque id natura in ouorum iam repositorum incrementum absorbere, quàm in primam ipsorum constitutionem. Confert etiam ad incrementum marini humoris diuina vis, & fœcunditas ex spiritu & animali calore. Hic annotasse absurdum non fuerit, quædam non solum non oua imperfecta, sed ne oua quidem propriè dici & haberi, quæ in ostreis, & aliis huius generis sponte nascentibus reperiuntur: quippe quæ ad generationem nihil prorsus conferunt, sed melioris nutritionis sunt indicium, quemadmodum in sanguine præditis adeps, quamobrem tum melioris sunt succi. Postremò oua pariunt aliquando fœminæ, cum maribus congressæ: aliquando fœminæ tantum sine villo cum maribus congressu, ut in erythrinis, chanis, & quodam passerum genere. Hi pisces omnes fœminæ dicuntur, de quibus suo loco fusius.

H

Lib. 3. de generatione animalium cap. 4.

Lib. 9. ca. 50. Lib. 3. de hist. animal. c. 20.



QVEM ADMODVM Terra statis temporibus sine semine, sine vlla hominum opera, sed sponte & vi sua stirpes herbalesque multas, & animalia procreat ac profert: Sic mare aliaque aquae multa & varia gignunt, eoque magis quo humoris natura ad fingendum formandumque habilior est quam terra. Corporata verò non minimum est aqua praesertim marina: iam potui apta, dulcis frigidaque est, & nutrit, caeterum minus corporata est. At mare, & humidum est, & incorporatum magis, & natura calidum, & omnium particeps nimirum humoris, aeris, terre, ideoque ad procreandum aptius. Generantur ergo in terra & in humore, animantes & planta, propterea quod in terra quidem inest humidum, in humore spiritus, in vniuerso autem calor animalis, ut quodammodo omnia anima plena sint. Quod si testis intacta diligentius consideres, ea marini humoris vi, sine semine, sine mare & foemina procreari perspicue cernes. Quae sic nata omnia *αυτομυγτιως*, id est, sponte nata esse dicuntur. Quae enim commiscendorum corporum ratio in iis esse potest, quae testa dura vndique; ita operta sunt, ut nullus interiorum partium, quae ad generationem a natura condite sunt contactus, nullus attritus fieri queat? Omnia ostracoderma, inquit Aristoteles, sponte nasci: hinc manifestum est, quod in nauigiis oriuntur ex putrescente limo spumoso, multisque in locis in quibus nihil tale antea fuit, postea humoris inopia loco caenoso reddito, ex testaceis quae *λιμνοσπρεα* dicuntur, nata sunt: ut cum ad Rhodum classis appulisset, fistiliaque in mare proiecta essent, temporis spacio caeno circa ipsa coaceruato, ostrea in iis reperta sunt: nihil autem ab ipsis genitale emitti indicio est, quod cum Chij quidam ex pyrha Lesbi, viua ostrea delata in maris vicina loca limosaque dimisissent, tempore quidem nihilo plura fuerunt, caeterum magnitudo eorum plurimum increuerat. Ex hoc genere vnicum duntaxat cochlearum genus coire perspectum est, sed earum ne ortus ex coitu sit, nodum satis exploratum esse testatur Aristoteles. Sed quid mirum sic nasci testaceum genus, cum in Britannia ex ligno putrescente, aues anatibus similes oriatur, quas *Crewans* nuncupant? Iam vtricas, priapos, pinnae, vngues, lepadae, pectines, holoturia, denique omnia quae sedibus suis haerent, sponte oriri certum est. Nam quis etiam in iis inter se corporum congressus, quae commistio fieri potest, cum plantarum more viuant? Plurima igitur in mari sponte existunt, sed non ex eadem materia omnia. Ex Aphyis ea quae Aristoteli *αφρως*, Athenaeo *αφρως* dicitur, ex superfluitate in mari spuma post

Lib. 3. de gen.
anim. cap. 11.

Lib. 3. de gen.
anim. cap. 11.

Lib. 6. de hist.
cap. 15.
Lib. 7.

post multos imbres nascitur. Purpurae, & ostracoderma ex materia putrescente & limo. Buccinis ortus idem. Limmostreorum origo caenosis locis existit, conchae, chamae, vngues, pectines in arenosis locis formantur. Pinnae rectae bysso alligatae, in locis arenosis & caenosis: denique testacea omnia sponte fiunt in limo pro limi differentia. In caenoso ostrea, in arenoso conchae, in petrarum cauernulis holoturia, balani, per summa adhaeret lepadae, neritae. Mytilis, purpuris & buccinis origo duplex. Aliorum ostracodermorum, inquit Aristoteles. natura sponte constat, quorundam, emissa a se facultate aliqua, quam haec quoque saepe sponte oriuntur: & alio in loco. Purpurae & alia ostracoderma a limo ferè, & materia putrescente fiunt, & mox. Ostracodermorum ea quae fauos conficiunt, eodem modo quo alia ostracoderma fiunt. Haec prior est origo, de qua etiam paulo antea. Altera eorum est quae dicuntur *κνεμαζον*, id est fauos conficere, quod fauificare & fauare conuertit Gaza, siue *μελιθεραν*, τὸτο δὲ ἐστὶν αἶον κνελον ποιεῖν, id est eodem interprete fauaginem, quae est veluti fauus apum, condere, quod Plinius dixit de purpuris, eas mutuo attritu lentorem cuiusdam cerij saluare. Id faciunt mytuli, purpurae, buccina autore Aristotele. Nam emittunt lentorem quendam siue humorem mucosum velut a seminis natura, semen verò eorum nullum esse existimandum est. Ex illo purpuris verno tempore congregatis, veluti fauus quasi ex putaminibus cicerum alborum inter se cohaerentibus coagmentatur, quem pro maris spuma Pharmocopolae quidam falso ostentant: nullus autem huic meatus est apertus, neque fiunt, neque nascuntur ex eo purpure, sed est veluti expurgamentum. Nam cum saluare incipiunt ex lentore mucoso, ut dictum est, putaminibus similia ista componuntur, ex eo verò quem in terram emittunt ichore, id est tenuiore humoris parte, eo in loco fiunt in terra coagmetatae paruae purpurae, non aliter quam effuso in terram fungorum decocto, fungi permulti breui nascuntur. Ex his duos Aristotelis locos in quibus de istis agit, dilucidiores fore spero. Alter est lib. IIII. de generatione animalium. Alter a Gaza male conuersus libro quinto de historia animalium, citatus etiam ab Athenaeo lib. tertio, quem si cum Aristotele conferas menda aliquot facile emendabis, maximè verò illud *αφρως δὲ ὁ εἶχεν εἰς τὴν γλῶσσαν*, cum legendum sit ex Athenaeo *αφρως δὲ ἰχθυος εἰς τὴν γλῶσσαν*, &c. necnon Plinij locus LIB. IX. in quo scribit murices & purpuras saluario lentore prouenire, clarior inde fiet, quam ex Massario, qui saluarium lentorem fauaginem interpretatur, ex qua, ut ex superioribus liquet, purpurae minimè fiunt, sed dum putaminibus cicerum similis congeries fauago Gaza dicta sit, ex mucoso humore, qui saluarius lentor a Plinio nominatur, huius tenuiore parte in terram effusa, proueniunt murices & purpurae. Huiusmodi ortus

Lib. 3. de gen.
anim. cap. 11.

Lib. 5. de hist.
Cap. 15.

Lib. 9. cap. 36.

Lib. 5. de hist.
animal. ca. 15.

Cap. 11.
Cap. 15.

Cap. 51.

Lib. 3. de generatione animal. cap. 11. rationem idem Aristoteles comparat plantis, quæ *ἐκ τῆ παραβλαστάνειν* id est ex sobole, aut si verbum è verbo exprimas, ex adgerminatione procreantur, vt cepearum genus. Hoc modo, inquit, mytuli gignuntur, quippe qui minores semper circa eos qui primi nati sunt, proueniunt. Purpuræ & buccina quæque fauos conficere creduntur eodem modo. Quare magna eorum copia oritur, quando origo aliqua prius extiterit: nam cum omnia hæc sponte fieri contingat, rationi consentaneum est, cum origo aliqua præcesserit, multo plura formari. A singulis enim eorum quæ primæ sunt originis, quibusque reliqua adnascuntur, excrementi aliquid effluit. Quod verò prima istorum origo ex materia putrescente fiat, certissimo indicio est id quod in stagni nostri parte quæ est ad oppidum *Baleruc* vernacula lingua nuncupatum, multorum & magnorum mytulorum feraci, accidisse vidimus. In hac cum sepes piscandi gratia dispositæ, præ vetustate computruissent, iis reuulsis, locus mytulis caruit, quoad sepiibus repositis, & ligno tempore limum contrahente, rursus locus mytulorum copia abundauit. Sed hæc de varia piscium generatione satis. Nunc ad alia his proxima transeamus.

Quomodo Pisces coeunt, quomodo concipiunt & pariunt.

CAPUT V.



M Piscium corpora eorumque partes diuersis admodum formis figurarit natura, perspicuum est, variam quoque iis esse coeundi rationem, quæ si vlla alia piscium actio, certè nobis est obscura & incomperta. Congressuri enim latebras quærunt, & recessus suos petunt, cæterorum animalium ritu, vel etiam quamuis maris partem incolant, in profundum se recipientes, & tanta celeritate coeuntes vt visum fallant, obseruari vix possunt. Aristoteles. *ἡ δὲ ἀληθινή συνουσία τῶν ὀστρούων ἰχθύων ὀλιγάκις ὀράται. διὰ τὸ ταχέως ἀπολύεσθαι παραπρεσόντας, ἐπεὶ ὠπταί καὶ ἢ ἐπὶ τέτων ὀχθεία γνομένη τῆτον τὸν πρόπον.* Verus piscium oua parientium coitus raro cernitur, quoniam congressionem quàm primùm digressio sequatur, fieri tamen ita eorum coitum visum est. Sunt tamen quidem qui moram aliquam coeundo faciunt: morantur enim in coeundo diutius, quæ animal generant, quàm quæ ouum. Delphin & cetacei omnes, nec parum, nec multum temporis, sed mediocri in ipso coitu consumunt, eodem Aristotele autore. Pauca igitur ex Aristotelis historia, & ratione experientiaque comperta de piscium coitu proferemus. Pisces omnes, inquit Aristoteles, demptis planis cartilaginei generis, mutuo attritu supinarum partiũ coeunt, plani

Lib. 5. de hist. cap. 5.

Ibidem:

Lib. 5. de hist. animal. c. 5.

plani autem & quibus cauda est, vt rana piscatrix, pastinaca, & similes non solum, vt dictum est, sese applicantes, sed etiam supinis partibus superuenientes foeminarum pronis, nisi cauda ob crassitudinem impedimento sit. At squatina, torpedo, & quibus cauda maior est, mutuo solum supinarum partium attritu coeunt. Sunt qui vidisse se affirmant cartilaginea nonnulla auersa, canum terrestrium ritu coherere. Non aliter testudines tam marinæ quàm palustres coire creduntur, foemina scilicet marem dorso admittente, habentque ad id accommodatos meatus. Pisces longi vt anguillæ, serpentes, congridi, murenæ mutuo partium supinarum complexu coeunt. vidi equidem sæpe anguillas hoc modo copulatas in Lado capi. Non desunt qui auersi quadrupedum retro meientium, vt leonum, leporum, lyncum ritu coeant, vt vituli marini, & malacostraca, vt locustæ, astaci, gammari, squillarum & cancrorum genera, vrsi. fit autem coitus is foemina caudam protrudente, mare semen superponente, neque enim aliter ob caudæ constructionem poterant coniungi. Molles vt polypi, sepiæ, loligines mutuo brachiorum complexu, & ore ori composito fistulâ coeunt non ore: cum enim fistula pariant, eadem vt coeant necesse est. Quare absurda est eorum sententia qui ore semen admitti existimant, semen enim vel in ventriculo coequeretur, vt in illis euenit qui aliorum semen vorant, vel alimento permistum extingueretur, & periret, vel alimenti concoctionem distributionemque præpediret. Mares cartilaginei ferè omnes circa podicè, appendices duas habent quibus coire creduntur. At ego illas sæpe multumque contemplatus, non video quo pacto his coire illi possint: potius igitur ad retinendas foeminas factas esse arbitror. Verum vt varia est piscibus veneris explendæ ratio, ita variis temporibus & concipiunt & pariunt. Etenim Deus optim. max. non solum huius vniuersitatis rerum qua omnia continentur, opifex & ædificator, sed etiam rector, custos & conseruator, rerum infinitarũ quotidianũ interitum, & dissipationem nouis subinde renascètibz, instaurare, vacuũque nihil esse voluit. Quamobrè terre, mari, aquis aliis, procreandi vim indidit, bestias alias mares, alias foeminas fecit, & in iis commiscendorum corporum miras libidines excitauit. Harum alia quouis tempore cientur ad venerem. Alia vere tantum, alia æstate, alia autumno. Homo quocunque tempore & omnia fere quæ cum homine viuunt, ob alimenti copiam & ocium, ex piscibus murenæ, sepiæ, vituli marini, cyprini, omni parte anni & congregiuntur & pariunt: alij semel tantum, vt thynnus, pelamys, & cæteri huius generis. Nonnulli bis coniugia agunt, vt lupus, & trichias, & saxatiles omnes. Mulli ter, scorpiones bis, ac sargi vere & autumno. Cartilagineorum sola squatina bis parit, autumno, & circa vigiliarum occasum. Molles potissimum vere, æsta-

te: delphini, thynnides circa solstitium. Mugil qui *χελών* vocatur, item *μύζινος* coeunt mense Decembri, ferunt vterum dies tricenos. Quinetiam anthias aestate parit, mox aurata, lupus, mormyrus, denique omnes qui *δρρομύδες* ab Aristotele, à Gaza cursiones vocantur. Pelagici etiam magna ex parte aestate pariunt, cuius rei argumentum est, quòd minimè per id tempus capiuntur. Mænides bruma pariunt. Parit solitariorum genus in vere. Denique plurimis partus circa æquinoctium vernum agitur. Et vere potissimum non solum pisces, verum etiam alia omnia ad vniuersi renouationem conspirare videntur, plantæ stirpèsque omnes, bestiae siue nantes, siue volucres, siue serpentes, siue gradientes. Cuncta enim tunc gliscunt, & in animantibus feminis copiâ vasa distenduntur, cum præcesserit optima nutritio, & concoctionis triplicis perfectio à calore innato, qui hyeme & vere maximus, omniumque actionum naturalium est autor, qui veris tempore, solisque radiis, in quibus tepor ille cœlestis inest, excitatur, euocatur, fouetur, vt verissimè dictum sit, eius accessu rerum ortum existere, & eiusdem recessu interitum consequi.

De mora, numero foetuum in vtero, locis in quibus gignuntur, & eorum educatione.

CAPUT VI.

PISCIVM Vt cæterarum animantium, alij breuiore, alij longiore tempore vterum ferunt. Quorum oua sunt imperfecta, citiùs illa edunt, vt squamosi, læues quidem, vt acus, & qui sæpius anno pariunt. Qui enim diutius vterum ferrent cyprinus, & mullus, cum hic ter, ille sexies anno pariat? Contrà, qui ex ovo viuum animal concipiunt, diutius grauidi sunt vt acanthiæ, galei læues, vulpes, & iis qui sine ovo viuum animal concipiunt, mensibus aliquot ad foetus cõformationem accretionemque opus est: quare menses nouem aut decem vterum ferunt, vt delphini, vitulus marinus, balæna, cæteræque beluæ marinæ. Præterea illi quorum imperfecta sunt oua, innumerabilia ferè, & parua edunt, quippe cum magna eorum pars pereat, genus hoc piscium valde foecundum est, naturâ interitum ouorum copiâ compensante. Qui ex ovo viuum pariunt, pauciores foetus concipiunt: etenim cum ex ouis satis magnis concipiuntur, fieri non potest vt vterus multorum, & magnorum ouorum sit capax. His verò pauciores edunt, qui quadrupedum ritu è semine statim cõcipiunt. Nam binos edunt, cum duo tantum sint vteri sinus, quanquam negare nolum, vt mulierum, ita horum quoque quandoque tres foetus esse posse

se. Balæna vnicum, ad summum geminos edunt. Vituli geminos. Delphini aliquando geminos, sæpius vnicum, quoniam fieri nequit vt multas & magnas beluas simul pariant. Quibus verò contingit duos pluresve parere, cum vteri duos tantum sint sinus, id ideo illis accidit, quod vno iam vel duobus animalibus è semine conceptis: vterus rursus aperitur, & semen apprehendit retinetque, quod locum in vtero idoneum nactum, si commodè tam vteri, quam suo calore innato foueatur & regatur, fit superfœtatio. Diuersa autem loca in quibus pariant eligunt pisces, tum propter pascua naturæ suæ conuenientia, tum propter teporem partui, foetuûmque educationi magis accommodatum. Alij enim totum mare peragrant, vt in ponto pariant, vt thynni, qui non nisi in ponto parere consueuerunt, scombri, pelamydes idem facere creduntur: alij alios maris recessus relinquentes litora quærunt, vt multi ex galeis: alij stagna marina subeunt, vt stagnum nostrum latera dictum, mugiles, lupi, auratæ, passeres, buglossi. Alij flumina & magnorum fluminum ostia, vt mugiles, auratæ, lupi: alii in saxis pariunt, & viuunt semper, quales sunt veri saxatiles, cynædi, turdi, merule: alij *ἐν φέκω*, id est, in alga vt quæ inde nomen inuenit phycis. item gobij, hippocampi. mullus sua oua limo committit. Coracinus post mullum, inter algas foetificat. In litoribus atherina & coruus. In alto orcyntes, scorpj, aselli: iuxta terram rana, inter cartilagineos numerosius foetificat: sed quia oua facilè pereunt, fit vt pauciores reperiantur: In terra iuxta aquam testudo oua sua ponit: ibidem vitulus marinus catulos suos in lucem edit, quos postea sensim in mare pertrahit. Glani grandiores stagno altiore pariunt, minores minus alto contenti sunt gurgite. In stagnis fluuiorum, & arundinetis lacuum phoxini & perca parere solent. Vt breuiter dicam, non pisces solum sed etiam animantes omnes natura instructa quærunt pastum & latibula, tum ad sobolem propagandam, tum ad se foetusque suos alendos ac tuendos necessaria. At piscium alij foetus valde charos habent, denique fouent & educant: alii statim editos negligunt, atque etiam in suos sine discrimine grassantur. Nam qui statim perfecti sunt, & patris matrisque tutela carere possunt, ij statim etiam liberi suo modo viuunt, vt squamosi ferè omnes, & læues. Contrà, qui lacte nutriuntur diu matres sequuntur, vt balænarum, delphinorumque catuli. Thynni quoque quanquam lacte non nutriuntur, diu parentes sequuntur, & ab iis ægrè diuelluntur. Glani mares oua sua quadraginta, vel quinquaginta dies custodiunt, ne ab aliis deuorètur. Hoc idem cyprinum facere scribit Aristoteles. Galei foetus suos & emittunt & intra se recipiunt: idem faciunt squatina & torpedo: visamque fuisse ait Arist. torpedinè grandè quæ foetus circiter octoginta contineret: id & glaucus, Æliano teste facit. Acanthias ob spinam, pastinaca ob

Lib. 6. de hist. anim. ca. 14.
Ibid. cap. 10.

radium, raia ob caudę asperitatem, rana piscatrix ob capitis magnitudinem aculeosque, partum intra se recipere non possunt. Delphin & phocæna catulos lacte non aliter quàm capra hædos, nutriunt, & infirmos gestant: non minore cura vitulus marinus suos quadrupedum more educat, quos paulatim assuefactos, duodecimo à partu die ad mare deducit. Sed hæc ad piscium mores potius pertinent. Deinceps de altero actionum genere dicendum.

De Piscium differentiis ex actionis
mouendi varietate.

CAPUT VII.

Libro 1. de hi-
stor. cap. 1.

ACTIONVM Animalium diuisio in tres partes distributa est, ex quibus duas tantum attingemus, utpote quæ multas & insignes piscium differentias nobis suppeditent, & iis quæ à naturalibus actionibus sumptæ sunt: ideo notiores & illustriores, quod sub sensum nostrum cadant, possintque à nobis in mari, fluuiis, aquisve aliis summa cum voluptate spectari. Verum à mouendi actione primum ordiemur, cuius duæ sunt in piscibus differentiæ. Altera, qua totum corpus loci mutatione mouetur, ut in iis qui pinnas, vel pedes habent, vel qui ob corporis longitudinem varios flexus faciunt. Altera, qua partes aliquæ duntaxat sese vel dilatando vel constringendo mouentur, reliquo corpore immobili, & hærente defixoque. Animalia, inquit Aristoteles, alia stabili sede degunt, alia sedem locumque mutant. Quæ stabilem sedem habent, in aqua duntaxat degunt, nullius terrestrium sedes stabilis est. At in aqua permulta hærentia sedibus suis viuunt, ut ostreorum genera multa. Quod cum verissimum sit, non tamen defunt qui repugnent, & contra veritatem affirmant, in terra defixa animalia quædam reperiri, id quod mihi aliquando audisse contigit ex homine, gente quidem Hebræo, sed religione Christiano, qui Aristoteli Rabinorum suorum autoritatem opponere, quos cum nimis præfractè defenderet, non potui non opinionem hanc huiusmodi rationibus improbare. Nam si terræ hærent, num plantarum modo, ex ea radicibus alimentum trahunt, ac veluti sugunt? Visceribus igitur & sensu omni carent. quorsum enim istis potius quàm plantis sensum tribuisset natura? Hæc si ita se habent, animantes esse nullus dixerit, cum animantes à non animantibus sensu & motu distinxerit natura, num alimentum aliunde querunt: at terræ, ut ais, firmissimè affixa sunt. Quod verò præfens atque in promptu semper alimentum illis esse potest, quemadmodum aqua

aqua piscibus: aëre certè nullum animal perpetuò vesci potest. Quod si quis chameleontem proferat, non solum vulgi, sed doctorum etiam scriptorum aëre solo victitare asserentium autoritatem secutus, respondeo vidisse me cum multis fide dignissimis viris muscas venantem, illisque vescentem. Quare his & aliis similibus minutis animalibus, vel herbulis vitam eius sustineri certum est. Quod si non aëre, quo alio conuenienti alimento fruuntur animalia ista terræ affixa? herbis fortasse inquires: Aut igitur herbæ illæ perpetuo erunt folio, aut deciduo: si perpetuo, arrosis & consumptis proximis prius fame pereundum illis fuerit, quàm noua renascantur: idem dici potest, si vnà cum fructibus hyeme decidant folia, proximo vere aut æstate renouanda. Quare commentitia ista & fabulosa esse omnibus constat, quibusque non maiorem quàm Luciani veris narrationibus (quantumuis illæ delectationis habeant) autoritatem debemus, aut fidem adiungere. Censendum est igitur in mari solum animalia reperiri, quibus stabilis sit sedes. Alia verò bysso, id est, delicatissima & tenuissima lana alligantur, ut mytuli & pinnæ: alia ad saxa adhærent, ut lepadæ, neritæ, vrticæ: alia aliis adhærent, ut holoturæ ostreis: alia in arena defixa sunt, ut pernæ, pinnæ, vngues: Alia super terram iacent ob testæ grauitatem, ut ostrea magna: parua super arenam, item spondyli, pectines, chamæ, tellinæ: quanquam sunt qui affirmant pectines supra aquam volitare. Purpuræ, cochleæ, buccina mutant sedes. Qui enim aliter ad escas venirent & congregarentur? Quo pacto alio tempore magis alio minus laterent, ut scripsit Aristoteles? Et nos sæpe in mari cochleas terrestrium cochlearum ritu moueri vidimus, præterea sese circumuoluendo natare. Quæ binis testis sicuti valuulis integuntur, ut mytuli, pernæ, pinnæ, chamæ, pectines, tellinæ, ostrea, spondyli, membranarum beneficio dilatando sese, & constringendo mouentur, nullam sui partem foras emittunt. Vngues aperta testa caput exerunt, & retrahunt: quorsum enim Natura altera tantum parte testam colligasset, si non aperiretur? Vrticæ aliàs frondem expandunt, aliàs ita contrahunt, ut nulla appareat: similiter quæ *Poussépiedz* Gallorum vulgus appellat, & iis quos ego à similitudine penicillos marinos voco, frondem spargunt & contrahunt. Vermes rubri aliquando saxi, aliquando ostreorum testis hærentes, partem anteriorem ex fistula proferunt & reuocant, quæ tubis vel herbæ quæ umbilicus Veneris dicitur, non est dissimilis. Balanorum in saxorum rimis degentium, similis est motio. Quæ testa clauata & turbinata intacta sunt, caput exerunt & recondunt. Cancellus ex genere crusta oportet, in conchis purpurarum buccinarum & cochlearum eodè ferè modo mouetur, cochleæ vitæ degēs, partem enim sui durā tantum

Libro quinto
de hist. c. 15.

foras promit, mollem testa semper abscondens. Sunt qui spongas contrahi & dilatari arbitrentur, quod falsum esse, iisdemque sensum & motum omnem deesse suo loco docebimus. Hæ sunt motionum differentia, quibus pisces stabili sede degentes à se differunt.

De differentiis piscium totum corpus mouentium.

CAPUT VIII.

QUEMADMODUM terrenæ animantes, ut pastum, latibula, cæteraque, quæ sunt ad viuendum necessaria, inquirant & parent, necesse est loco moueri, & huc atque illuc transferri: sic & pisces infinitos, quorum permulti, etiam si aqua sola, quæ semper præsens atque in promptu est, nutriantur: dulcioris tamen & suauioris interdum cupidiores, vel in Pontum properant, vel maiorum fluminum ostia petunt, vel in fluminibus ipsis procul relicto mari degunt, & pinguescunt, ut in Ligeri sturiones, lampetræ, alosæ, mugiles, lupi. Idem nos experientia docuit: nam ob vnum Rhodani alueum ætate nostra, hominum opera mutatum, & aliò deflexum, totum hoc Magalonæ vicinum litus, ob dulcis aquæ influentis inopiam, piscium copia defuit abudare: & vberiore, feliciorémq; piscatum, in iis maris partibus semper esse, in quas multa & magna flumina influant, animaduertere facile quilibet potest. Quare pisciū alij natant tantum, alij gradiuntur tantum, alij natant & gradiuntur, alij natant & volant, alij natant, & sese trahunt. Natant solum pinnis præditi, ut squamosi omnes, galei, & plani, quorum alij latitudine sua tantum natant, ut raiæ, pastinacæ ex sententia Aristotelis: alij latitudine & pinnis, quæ in quibusdam ad branchias, in ventre & in cauda sitæ sunt, ut in passeribus, buglossis, rhombis, rana piscatrice: in nonnullis in cauda tantum, in quibus vel cauda in pinna definit, ut in torpedine, squatina, vel super caudam pinna erecta est, ut in raiis & pastinaca. Præterea natant longi vario corporis flexu, & qui pinnas habent, ut anguillæ, congridi, serpentes, ophidion Plinij: & qui iis carent, ut murenæ, lampetræ. Qui longi sunt & rigidi, pinnis natant, ut acus genera, sphyæna, glanus. Natant solum beluæ marinæ, ex mollibus sepia, ex crusta intestis squillæ, astaci, locustæ, cancri Mææ & ἰστωίς, id est, equites, qui propter longitudinem tiliarum ingredi nequeunt, sed illis tanquam remis impelluntur. Gradiuntur tantum cancri omnes, quibus crura breuia sunt, non natant autem, tum quia caudam corpori applicatam, & appressam extendere nequeunt, tum quia pinnis carent. Natant & gradiuntur vitulus marinus, cordylus, crocodilus, testudo marina & lutaria, scolopendra minor: nam cetacea etiam mult

multos pedes habens, ingredi non potest ob maximum corporis pondus. Natant & volant hirundines, milui, mugilum ea species quæ quatuor pinnas longissimas veluti alas habet. Loligo quasi voligo prima litera commutata. Natant & se trahunt polypi: nam acetabulis suis firmè hærentes breuem aluum facile trahunt, quod neq; sepia, neq; loligines ob maiorem aluum facere possunt. Hirudines marinæ & palustres ita ore & cauda, ut Polypi acetabulis, hærendo se trahunt, natant etiam vario corporis flexu. Vermium marinorum idem qui hirudinum motus est: Neq; verò his solum differentijs, sed etiam motionis celeritate tarditatèq; pisces à se differunt. Tardissimè omnium mouentur beluæ marinæ, ob carnis & adipis copiam & veluti faburram. At velocissimum omnium animalium non solum marinorum delphinus, sed ocyor vo- Lib. 9. cap. 8. lucre, acrior telo, inquit Plinius, & Thunnus ἀπὸ τῆς γόφου καὶ ὀρμῆς, id est, quod celeriter moueatur & impetu feratur cognominatus est: inter squamosos mugil celerrimè natate creditur: ut summatim dicam qui ὀξύρυχοι sunt, ac pinnas habent neq; paruas, neque longas admodum, quique gracili sunt corpore, velocius feruntur. Contra tardius qui magnò sunt capite, ut rana piscatrix, vranoscopus, orchis: plani non magna admodum celeritate incitantur, neq; qui pedibus natant, ut polypi, sepia, neq; crusta intesti, cauda & pedibus natantes. Testudines, latitudine corporis, & potissimum pectoris in aqua suspensæ, alarum & pedum impulsu celeriter feruntur. Troglodytæ, inquit Plinius, cornigeras habet, ut in lyra annexicornibus latis, sed mobilibus, Lib. 9. cap. 10. quorum in natando remigio se adiuuant. Celetum genus id vocatur eximia testudinis sed raræ. Cur verò alij alijs celerius natant, natandi ratio & modus maximè in causa est. Qui enim recta feruntur, celerius iter conficiunt, qui verò sulcando ut hyæna piscis aut capite obtorto, tardius: ut qui ἰσθμωδούς à passerina figura cognominati sunt, ut Rhombi laues, & aculeati, buglossi, tania. Denique omnes quibus vterque oculus in eadem parte situs est, ij sic natant ut monophthalmi in terra ambulat, id est contorto capite. Hippocampi capite elato & ob id minus celeriter natant. Rana piscatrix & vranoscopus capite depresso cauda sursum spectante natant, quo modo impetus multum inhietur. Porro eorum qui gradiuntur alij etiam celerius, alij tardius mouentur: cordylus extra aquam non minus celeriter, quam stellio, aut lacertus currit. Crocodilus pro corporis magnitudine celeriter satis ingreditur. Cancer celeriter & progreditur & regreditur, ob pedum multitudinem & breuitatem. Locustæ ingredi non possunt, quod pedes in obliquum conuersos habeant, natationi quàm ingressui aptiores. Vitulus marinus, & testudines omnes pinnis suis innituntur & gradiuntur, sed cum magna contetione etià si pinnas vnguibus munitas habeant, anteriores verò testudinum marinarum pinnae alis

animum, quàm pedibus animalium similiores, magis ad natandum, quàm ad ingrediendum factæ sunt, qua de causa multò meliùs natant, quàm lutariæ aut terrestres: hæ contrà celerius illis gradiuntur, quippe quæ pedes veriùs habeant, quàm pinnas: marinarum autem pinnae tam magnæ sunt, vt tam gradiendo obsint, quàm natando profint. Vitulorum marinorum pedes anteriores vnghes & digitos indiscretos habent, vnùmque duntaxat articulum ad omoplatam, his ingrediuntur: posteriores, piscium caudis similiores quàm pedibus, istis natant: nam fieri non potest, vt eadem pars ex æquo & ad natationem & ad ingressum valere possit. Quemadmodum verò de piscium natatione & ingressu, ita de volatu quoque nonnihil dicendum. Pisces quosdam extra aquam volitare sensus perspicuè docet. Vidi equidem hirundines marinas ad lapidis iactum extra aquam in aëre volitasse, & miluos, & mugilum genus illud alatum, de quo paulò antè. Huiusce rei locupletes sunt testes, qui ad Herculis columnas nauigant, quo in loco hirundines multè volare videntur. Sed piscium alij alijs longiùs, celerius, & frequentiùs volant. Quibus enim priores pinnae sunt longiores, latiorisque & valentiore membrana contextæ, ij meliùs volare possunt, si rimam branchiarum paruam habeant, ob quam diutius in aëre viuere possint, longiùs etiam volant. Quare hirundo volatu omnes alios anteit, quippe quæ pinnas habeat latissimas, longissimas & robustissimas, branchias quoque parum apertas: secundas fert mugilis species ea, quæ pinnas quatuor habet magnas: tertias miluus. Exocætus saltat veriùs quàm volat, vt troctæ fluuiatiles, quæ sursum contra aquam mouentur: item salmo aquarum fontes petens: loligo etiam volitat extra aquam se efferens, quod & petunculi faciunt sagittæ modo, autore Plinio. Volant autem pisces, vt persequentem fugiant hostem, quanquam Trebius niger ex Miluaginis extra aquam volatu tempestatum mutationem colligi velit, Miluaginem, quem modò miluum dixi, appellans. Hæ sunt mutationum loci in piscibus differentia.

Lib. 9. c. 44. 29.

De Piscium respiratione, & an pisces omnes respirent, necne.

CAPUT IX.



RESPIRATIONEM Motum esse, qui ab anima & voluntate pendeat, quòd musculorum thoracis & septi tranuersi beneficio fiat, vt iam rectè à Galeno demonstratum, sumimus. Satis igitur foret huius motus differentias in piscibus annotasse, nisi id priùs

priùs in quaestionem disceptationemque vocandum esset, an respirent in aqua pisces omnes necne: quod etsi iam olim à veteribus multis vt Democrito, Diogene, Anaxagora, Aristotele, Plinio tractatum sit, tamen quia & variæ sunt ea de re sententiæ, & Aristoteles veterum sententiam reprehendit & exagitat, idque immeritò vt ego quidem sentio, videor operæ precium facturus, omnem quaestionem paulò fusiùs & dilucidius explicare. Ac primò quid respiratio, & quis eius vsus necessitasve sit in animantibus dicemus, ex Hippocratis Galeni, & aliorum veterum sententia. Deinde Aristotelis de eadem respiratione sententiam adiungemus, qua penitus perspecta, rationes quibus contra veteres contendit, pisces in aqua non respirare, nos conuellemus & funditus euertemus, ex quibus faciliùs, & certiùs quod postremum est confirmabimus, pisces omnes nimirum in aqua reuera respirare & aërem trahere. Respiratio est aëris circumfusi frigidi attractio, calidi verò expulsio. Duæ sunt igitur eius partes *είσπνοή* & *έκσπνοή*, id est, inspiratio & expiratio: fit vtraque per pulmones, per branchias, per totius corporis exiguos, & sensum fugientes meatus. Non solum verò terrenas animantes, sed & pisces omnes pulmonibus præditos respirare inter omnes constat, & per omnes totius corporis exiguos meatus, inspirationem & expirationem fieri probatum sapius est à Galeno ex Hippocrate, qui docuit totum corpus nostrum *συμπνεύειν* esse *καί σπρρύνειν*, id est, conspirabile & confluxile, nec non *είσπνεν* & *έκσπνεν*, id est, inspirabile & expirabile. Ea respiratio est animalium exanguium, quam Aristoteles in libello de respiratione attigisse, non tamen penitus intellexisse videtur. Quoniam animantium, inquit, aliæ aquatiles sunt, aliæ terrenæ, iis quæ admodum paruæ sunt & exanguæ, refrigeratio ex circumfuso aëre vel aqua satis eas ab interitu vendicare potest: exiguo enim calore prædita, exiguo egent præsidio: quam sententiam alio loco eiusdem libelli repetit. Hæc respirationis species dicitur *διεσπνοή*, id est, transpiratio, quæ est aëris per totum corpus introitus & exitus. Superest ea quæ per branchias fit, quæ nunc in dubium reuocatur. Sed de hac postea, priùs scilicet declarato respirationis vsu, de quo variæ veterum sententiæ extiterunt. Respirationem Asclepiades ad animæ generationem conferre censuit, Praxagoras, non ad generationem animæ, sed ab robur, Philistion & Diocles ad caloris innati refrigerationem, Hippocrates ad spirituum nutritionem & refrigerationem, quæ sententia cum multis veterum verbis tantum dissentire videtur. Cum enim dicit Hippocrates spirituum nutritionem, idem sentire videtur, cum iis qui ad animæ generationem, vel robur, respirationem datam esse existimarunt. Nam Hippocrati sanguis aut spiritus est *ή ψυχή*: vnde LIB. VI. *των έσθημιων* scripsit *αδρωαυε ψυχω*

ἐν τῷ ἀέρι θανάτου, cum verò refrigerationem, cum alijs idem planè dicit. Præterea ex Asclepiadis, Praxagoræ, Erasistrati sententijs efficitur, ob aëris substantiam respirationem fieri, ex aliorum sententijs ob qualitatem & non substantiam. Quòd si propter substantiam solam aëris respiratio fieret, non esset cur animalia plenis aëre pulmonibus respirarent, neque si propter qualitatem duntaxat aër traheretur, respiratione opus esset toto corpore refrigeratis, vt mulieribus ex vtero suffocationem patientibus, aut apoplexia correptis. Quapropter vtrumque vsus prudenter complexus est Hippoc. arbitratus animalia respirare, tum ad spirituum animalium nutritionem, tum ad calidi innati refrigerationem. Verùm ne quis nobis ex Aristotele obstrepat, nihil aëre, vt nec vlllo alio elemento syncero nutrirì posse obiciēs, dicimus spiritum animale primum, aptissimum, maximèque præcipuum esse animæ actionum instrumentum, cuius tenuissima sit substantia, id quod perspicuè indicat mentis nostræ diuina vis & agitatio, cuius tanta est celeritas, vt nulla sit quæ cum ea possit contendere: ob id aptè Hippo. τὸ ἐνοπιμαίνε, id est, quæ cum impetu meant, spiritus appellauit. Cùm igitur ob substantiæ tenuitatem, cogitationibus & rebus multis obeundis spiritus is dissipetur, necesse est iacturam hanc alicùde sarciri. Quamobrem vt solidæ corporis nostri partes cibo & potu instaurantur: sic spiritus animalis, ore & naribus hausti aëris, & sanguinis tenuissima parte reficitur & augetur. Altera respirationis necessitas est, qua calor innatus ventilatur, & mediocritas eius, fuliginosorum excrementorum vacuatione conseruatur. His expositis quid Aristoteles de respiratione sentiat subiungamus, ne ipsius sensum alio detorquentes (id quod aliquando in veterum sententijs refellendis ipse facit) iniquè reprehendisse videamur. Multis autem locis libelli de respiratione id clarè ostendit. Sed hoc potissimum. Respiratione omnino animantium natura indiget ob animi in corde feruorem. Hæc autem respiratione efficitur, in iis animantibus quibus non solùm cor, sed etiam pulmonem dedit natura. Quibus autem cor datum est, non etiam pulmone vt piscibus, ea quoniam natura sua in aquis viuunt aqua se refrigerant branchiarum beneficio. Quæ si vera essent, nullusque aër in aqua esset (vt ipse existimat) Diogenem, Anaxagoram & ceteros merito redargueret, quòd pisces in aqua refrigerandi sui causa trahere censuerint. Sed quantum à veritate abhorreant, ex rationum ipsius confutatione perspicuum fiet, quas omnes non proferemus, quibus varios respirationis piscium in aqua modos à veteribus inductos refellit, sed eas solùm ex quibus effici putat pisces non respirare, quod aërem in aqua non trahant, cùm nullus aër in ea sit, ea enim ad præsentem quæstionem faciunt. Aristoteles igitur expositis Anaxagoræ & Diog-

Diogenis sententijs, rationibus aliquot (quas ideo omittimus quod ea solùm nobis improbandæ sunt, quibus respirationem in aqua fieri non posse contendit) hanc subiungit. In omnibus, inquit, respirantibus, & spiritum trahentibus, partis eius qua trahit motum quendam existere cernimus, quod in piscibus non fit. Nihil enim eorum quæ circa ventrem sunt mouere videntur, sed branchias tantùm, & in terra & in aqua cùm palpitant. Quàm infirma sit hæc ratio facile intelliget is, qui piscium & ceterorum animantium diuersam constructionem accuratius inspexerit. Nam in iis quibus pulmones dati sunt, partes quæ circa ventrem sunt, mouentur ideo quod muscoli epigastrij thoraci annexi sunt. At in piscibus per branchias spirantibus idem non vsu venit, neque enim epigastrij muscoli ad eas partes quibus spirant pertingunt, id est, ad branchias & earum opercula siue foramina, quæ cùm inspirando & expirando moueantur, minimè mirum nihil eorum quæ circa ventrem sunt moueri. Proximè sequitur alia Aristotelis ratio. Quum omnia quæ respirant in aqua suffocantur, bullæ excitantur spiritu vi egrediente: vt si quis testudines aut ranas, aut aliquid eiusdem generis in aqua vi detineat. In piscibus autem id non fit etiam si omni ratione conemur id facere, quod spiritum nullum foris trahant. Hinc minimè concludendum fuit pisces non spirare, sed causam cur in aqua non suffocentur, neque bullas excitent inuestigare oportuit, quæ est branchiarum rima, à natura piscibus in aqua semper victuris data, vt liberè aër & aqua egrediantur, quo fit vt suffocationis periculum non subeant, neque bullas excitent. At in iis quæ pulmonum ope respirant, si in pulmones aqua ingrediatur, eam retineri necesse est, & aëris locum occupare, vnde necessariò suffocatio sequitur, quæ piscibus accidere non potest, qui aëre cum aqua hausto refrigerati per branchiarum rimam, vel fistulam aquam statim eiiciunt. Et mox sic instat. Qua, inquit, ratione pisces respirare aiunt, eadem planè hominibus in aqua respirare contingeret. Non vides branchiarum rimam in causa esse cur nec homo, nec vllum aliud animans in aqua eo modo quo pisces respirare possunt? Quòd si homini à natura foramen aliquot ad aquæ exitum in thorace datum esset, cum piscibus in aqua viueret, & similiter respiraret, verùm mutus foret: periret enim vocis materia nimirum aër in pulmone collectus. Si enim, pergat Aristoteles, pisces ex circumfusa aqua in os spiritum trahunt, cur non etiam trahent homines, ceteraque animantia? & eum qui ex ore editur, cur non similiter atque pisces trahent? Itaque si illa fieri possent, hæc quoque fierent, quia verò hæc non fiunt, perspicuè est: nec illa etiam fieri. Respondeo homines vt pisces spiritum ducere, hoc est simul cum aqua haurire, sed aquam attractam per aliam partem eicere non posse, vt pisces.

per branchias: quoniam autem neque aërem sine aqua haurire possunt, neque aquam haustam eiicere, non possunt ut pisces in aqua viuere, oppletis enim pulmonum arteriis necessariò sequitur suffocatio. Præterea, inquit Aristoteles, si respirant, cur in aëre moriuntur, palpitareque videntur ut quæ suffocantur? Id quidem alimenti inopia illis accidit (sic enim vertendum, si vulgares Græcos codices sequamur, si verò Latinos quosdam interpretes addenda negatio) nam causa, quam Diogenes affert inepta sane est: ait enim eos in aëre ideo interire, quòd copiosorem spiritum trahant, in aqua mediocrem, etenim idem gradientibus animalibus accidere oporteret, nullum autem, eorum quod vehementer respiret suffocatur. Minimè verò stulta est hæc Diogenis ratio, sed verissima. Aër enim cum tenuissimæ sit essentiæ per os & branchiarum rimam haustus vehementiore appulsu, & affatim facto impetu nimis refrigerat cor inter branchias situm, & tenui tantum membrana contactum: quare nihil mirum si pisces in aëre extinguantur. Quod autem de cæteris animalibus affert, id nihil contra Diogenem facit: nullius enim terrenorum animalium, ut piscium cor ita nudatum & aëri expositum, neque ita ad id affatim & facillè aër penetrat, sed prius per laryngem, per asperam arteriam, per pulmonum arterias propè infinitas permeans & transiens immutatur, inde sensim à corde trahitur. Id verum esse multis rationibus confirmare possum: ut quibus confossum est pectus, si per vulnus multus aër sese insinuet, grauius ab eo læduntur, adeo ut interdum suffocentur. Et pisces quibus parua est branchiarum rima, vel foramen potius, diutius cæteris extra aquam viuere experimur: ut anguillas, quas equidem sepius vidi sex dies extra aquam vixisse, & in riuulis exiccatis, & in arena menses aliquot, atque etiam sub terra atque inde etiam viuas erui. Exocætus extra aquam dormit, vel quod branchiis careat, ut existimat Plinius, vel potius ob rimæ branchiarum angustiam. Hirundo extra aquam volans aërem trahit branchiis: quia verò branchiarum opercula arctius connexa sunt diutius in aëre esse potest, tum quia non nimium aëris attrahit, tum quia attractus aliquantum retinetur & calefcit: non omittam murænas quibus duo sunt tantum branchiarum foramina, quo fit ut cor magis tectum aëris externi iniurias non tam facillè patiat, & extra aquam diutius viuat. Cancræ in terra diutius viuunt propter branchias densas, ac veluti ex densis pilis coagmentatas, ac *επιπλομα*, ut vocat Aristoteles, id est, complicationes, aërem enim modicum attrahunt & immutant, sensimque emittunt. Chamæ verò ab hiando dictæ citius intereunt, quod cum semper hient, facillè ab aëre suffocentur. At reliqua ferè ostracoderma omnia si testis sint parum apertis, & aqua intus aliqua fruuntur, diu extra aquam vi-

Lib. 9. cap. 19.

Lib. de resp.

viuunt. Contra, testis apertis, & aqua destituta statim moriuntur, quòd irruentis aëris impetum non ferant. Hæc & multa alia huiusmodi si quis diligentius expendat, iudicabit in aëre mori pisces, quòd eius subitam vim & appulsu ferre non possint, in aqua verò aut cum aqua haustum aërem neque tanta copia irruere, neque tam facillè per omnia permeare, ideo nec suffocare posse. Postremò addit Aristoteles: Si omnia respirant, perspicuum est etiam ea animalia, quæ insecta vocantur, respirare: videntur autem horum multa, in duas aut in plures etiam particulas diuisa viuere, ut scolopendræ, quæ quo modo aut qua parte respirare possunt? Mirum sanè Aristotelem id quærere, cum eodem in libello scripserit, id quod antea citauimus animalia exanguia, & exiguo calore prædita à circumfuso aëre vel aqua fatis refrigerari. An eum ignorasse credibile est corpus animantium *ελαττω* esse *ε' εκτρω*. Cum igitur scolopendræ & aliorum insectorum partes dissectæ mouentur & viuunt, tenuioris aëris aliquid vndique inspirant & expirant. Hæc sunt, quæ me mouent, quò minus Aristoteli assentiar, contraveteres de piscium respiratione contédenti. Nunc exponam quibus rationibus inductus cum iis sentiam, qui pisces in aqua respirare crediderunt. Ac primùm in aqua aërem esse ex ipsius Aristotelis dogmatis colligere facillè est. Cum enim vnum esse statuat principium corporum, ex quibus eorum quæ in orbem feruntur, natura constet: alia autem quatuor corpora propter quatuor principia, quorum duplicem esse motum censet: vnum à medio, alterum ad medium mundi locum: hæc quatuor cum sint, ignis, aër, aqua, terra, omnium supremum esse ignem, infimam terram, reliqua duo eandem quam hæc rationem inter se habere (aër enim igni est proximus, aqua terra) fit, ut hic qui circa terram est orbis his quatuor corporibus constet, qui necessariò continens quodam modo est corporibus cælestibus quæ in orbem feruntur, ut ab illis omnis huius vis administretur. Vnde enim motus omnium principium existit, eam primam causam existimare oportet. Inde etiam cælum, solem, & si quid aliud huiusmodi est, genitores & patres dici idem testis est. Quæ cum ita sint, rationi quoque & Aristotelicæ doctrinæ consentaneum est, quatuor illa corpora, quæ elementa dicuntur, ex quibus omnia constant, quæ oriuntur & intereunt, locis distincta inter sese non misceri, neque confundi, ut ex illis alia gignantur, nisi cæli planetarum & siderum omnium motu perpetuo, laboris defatigationisq; experte, lumine ac radiis quæ primùm ignem, deinde aërem igni vicinum perpetuò commouent, & his inferioribus commiscent, ut terra aquisq; hæc inesse necesse sit, quod ipse Aristoteles asserit lib. de gener. animal. Mare, inquit, & humidum est, & corporatum, & natura calidum, & omnium particeps nimirum humoris, aëris, terræ. Ergo cum in aqua sit aër, eam

Lib. 1. de gener. anim. cap. 2.

Lib. 3. de gener. anim. cap. 11.

sine aëre haurire pisces non possunt, quam aërea parte refrigerati statim per branchias emittunt: quod quid aliud est, quam pisces suo modo, vel vt Plinij verbis vtar, naturæ suæ sorte respirare? Idem de terra sentiendum, cuius imis cauernis non solum aërem contineri dicimus, id quod Aristoteles de fontium generatione scribens existimauit, sed etiam aliis eius partibus & exiguis meatibus commisceri. Nam & vermes & talpæ in ea delitescentes, ceteraque huiusmodi animalia *καὶ διαπνοῶν* illic respirant. Iam verò alia est respiratio- nis causa, quam aut ignorauit Aristoteles, aut certè iis libris, qui nunc extant, apertè non prodidit, ex qua effici necesse est, velit no- lit Aristoteles, pisces in aqua spirare. Ea est ab Hippocrate tradita, à Galeno sapius repetita & explicata, spiritus nutritio. *Ἀρχὴ σοφῆς πνέουσα ῥίνης, στόμα, βρόγχος, πνεύμων καὶ ἄλλῃ διαπνοῇ.* Principium alimenti spiritus, inquit Hippocrates, nares, os, arteria, pulmo, & reliqua transpiratio. Nam cum spiritus animalis, vt dictum est, ma- xima tot huius vitæ actionibus fiat dissipatio, necesse omnino simili aliquo statim refici. At quod promptius alimentum aëris parte tenuissima & vitali halitu? Præterea cum virium substantia spiritu, car- nosa specie, & solidis partibus constet, ex quibus nullo non tempo- ris momento aliquid defluat & dissoluatur, si salui & incolumes esse debemus: horum vnumquodque iis, quæ similia sunt, conseruari oportet, spiritum respiratione & transpiratione, & sanguinis vapo- re, qui à Græcis dicitur *ἀερώσις* & τὸ ἀίμαλος λεωποιοῖσις, ἢ εἰς ἀτμοῦς λῦσις, solidas partes solido nutrimento, carnosas eò quòd in humi- dorum & solidorum medio est. At pisces animantes esse nemo in- ficiabitur motu sensuque præditos, ad eas actiones, ad quas à natura conditi sunt, suscipiendas & obeundas, quorum omnium sua sunt principia & causæ necesse est, num alia quam spiritus animalis & calor innatus? Constant & solidis partibus, & carnosis, vt in suo ge- nere, insunt & piscibus sui humores, & quibus sanguis deest pro san- guine alius inest humor. Vndenam igitur quæso, spirituum quorum aliquid perpetuò effluit & dissipatur, nutritio & instauratio nisi ex respiratione & transpiratione? nam promptissimè ex solo sanguinis vapore, quòd is crassiore sit substantia, spiritus refici, & celerimè per- meare per tenues neruos non potest. At cuius alterius naturæ in aquis quàm aquæ ipsius erit respiratio vel transpiratio, quæret ali- quis. Aëris, inquam, & eius quem aër animantibus præbet, vitalis halitus siue diuini, cœlestis, salutaris spiritus non solum in aquas & multò spissiore terram penetrantis, sed per totam rerum vniuersi- tatem permeantis. Quæ res, ne commentitia videatur, & verbis potius fingi, aut mente concipi, quàm existere existimetur, ex ipsius- met Aristotelis philosophiæ arcanis res est eruenda, & in veritatis lucem

In libro περὶ
ῥεφῆς.

lucem proferenda. *LIB. I. meteorologicorum, orbem inferiorem à cœlestibus orbibus administrari regique ponit. Ergo illum veluti materiam esse, hos vt principium motus, primamque causam qui in inferiora hæc, motu & lumine vires suas exerant, quo motu vna cum lumine diuinum, & æthereum tenuissimumque corpus ab ignis & caloris elemento diuersum influit, & in hunc orbem demittitur. Hoc illud est quod lib. secundo de generat. animal. scribit fœcunda effice- re femina his verbis. πάντων μὲν γὰρ ἐν τῷ ἀέρι μὲν ἐνυπάρχει, ὅπερ ποιεῖ γόνιμοι καὶ ἀέρι μὲν, τὸ κελύμενον θερμὸν, τὸ δὲ ἐν τῷ ὕδατι, ὃ δὲ τοιαύτη δύναμις ἐστὶ, ἀλλὰ τὸ ἐπιλαμβανόμενον ἐν τῷ ἀέρι μὲν, καὶ ἐν τῷ ἀφρώδι πνεύματι, ἢ ἐν τῷ πνέοντι φέρον ἀνάλογος ἔσται τῷ τῶν ἀστρῶν φοιτῆρι, id est, in omnium femine inest quod fœcunda reddit femina, id vocatur calor: is autem ignis non est, neque aliqua huiusmodi vis, sed qui in femine, & spumoso corpore continetur spiritus, & in spiritu natura proportionem respondens elemento astrorum. Et lib. tertio γίνεται δὲ ἐν γῆ καὶ ἐν ὑδατι καὶ ζῶα, καὶ τὰ φυτὰ, διὰ τὸ ἐν γῆ μὲν ὑπάρχει ὑγρὸν, ἐν δὲ ὕδατι πνεῦμα, ἐν τῷ τῆσθεω παρὰ θερμότητι ψυχρῶν, ὡς τῶν πᾶσι πάντα ψυχρῆς εἶναι πλῆρη. Gignuntur in terra & in aquis animan- tia & plantæ quia in terra inest humor, in humore spiritus, in vniuerso autem calor animalis, vt quodammodo omnia anima plena sint. Is spiritus dicitur aliis cœlestis & æthereus tepor, Platonicis magnum naturæ seminarium, Pythagoricis spiritus vitalis, de quo etiam Vir- gilius LIB. V. I. Æneidos.*

*Principio cœlum ac terras campisque liquentes
Lucentemque globum Luna titaniaque astra
Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.*

Hunc igitur spiritum hauriunt pisces, hoc, respiratione & transpi- ratione spiritus suos & calorem innatum reficiunt, instaurant, tuen- tur & moderantur: in qua etiam sententia est Plinius. Spirant, inquit, confessione omnium & paucissima animalia in mari, quæ interno- rum viscerum pulmonem habent, quoniam sine eo nullum animal pu- tatur spirare, nec pisces branchias habentes anhelitum reddere, ac per vices recipere existimant, quorum hæc opinio est, nec multa alia ge- nera etiam branchiis carentia, in qua sententia fuisse Aristotelem vi- deo, & multis persuasisse doctrinæ indaginibus, nec me protinus huic opinioni eorum accedere haud diffimulo, quoniam & pulmonum vi- ce alijs possunt alia spirabilia inesse viscera, ita volente natura, sicut & pro sanguine multis alius humor. In aquas quidem penetrare hunc vitalem halitum quis miretur, cum etiam reddi ab his eum cernat, & in terras tantò quoque spissiore naturæ partem penetrare, argumen- to animalium quæ semper defossa viuunt ceu talpæ. Accedit apud me

Cap. 22

Cap. 22

Cap. 22

Lib. 9. Cap. 7.

certa efficacia, vt credam omnia in aquis spirare naturæ suæ sorte, primùm sæpe annotata piscium æstiuo calore quædam anhelatio, & alia tranquillo velut oscitatio. Omitto alia, quæ quiuis ex Plinio petere potest. Quæ verò Massarius vir sanè doctus in annotationibus suis scripsit, vt Aristotelis tueretur partes, ea contra me non faciunt. Esto enim vitalis halitus in aquas penetret, non aliter quàm aër, qui cum pondere aliquo delapso descenderit, mox sese referens vndamque rursus compellens bullas excitet, vel vapores propter Solis abstractionem, ex terra subdita mari, vel ex aliqua parte terræ cauernosa transcurrentes exhalent, vt sit necesse auram aliquam sub aqua remanere non posse: & si qua ex causa prædicta oriatur statim ascendere, sunt enim hæc illius verba. Ergo sine aëre & aura vitali nunquam est aqua, perpetuò enim & sine vlla intermissione cœlestes orbes mouentur, & vires suas in hunc inferiorem orbem demittunt, & aërem cum vitali halitu quoquomodo omnibus commiscunt, vnde aërem & aquam perpetuò agitari cernimus, etiam si placidum ventis stare mare. Et quanquam citissimè aqua diuisionem sui in vnum conducat, nihil tamen obstat, quò minus aër longè tenuioris essentia eam diuidat & secet, qua subito in vnum conducta aër & spiritus tenuis quaquauersum penetrat. Ex his liquere arbitror contra Aristotelis sententiam pisces in aqua respirationis egere, & re vera omnes vt in suo genere respirare: neque solum eos, quibus est arteria aspera & pulmo, sed etiam quibus branchia data sunt naturæ suæ sorte. Præterea iniquè ab Aristotele veteres Philosophos fuisse reprehensos, qui pisces respirare censuerunt, sed rectè ne an secus respirandi rationes & causas intellexerint, nobis constare non potest, vtpote quorum scripta ad nos non peruenerunt. Quoniam autem iis quæ sensibus euidentia & perspicua sunt, refragari nemo potest, inde sumptam rationem vnã aut alteram superioribus adiungemus. Si in vase angusti oris & aquæ pleno concludantur pisces, illic viuunt & natant non dies aut menses, sed annos aliquot. Si vel manu vel aliquo operculo ita os vasis obtures, vt omnis aëri aditus intercludatur, subito suffocantur. Cuius rei ipse sæpius periculum feci. Quod sanè in illis non fieret, si sola aqua ad refrigerationem satis esset. Aërem igitur liberum, & suo motu quaquauersum sese in aquam insinuantem non torpescerent & immotum desiderant. Porrò si in eodem vase ad summum os non oppletto neque oblecto, vt maior aëri locus sit, contineantur, illic natantes & ludentes pisciculos, cum voluptate cernas. Si manum ori vasis admoueas, tum certatim alius alio superior in aqua esse contendit, vt modici aëris vsura fruatur. Quare piscium genus omne respirat, sed variè: nam beluæ marinæ & quæcunque pulmones habent, aërem vnã

vnã cum aqua hauriunt, eandem autem fistula eiiciunt, qua etiam spiritum ducunt, veluti nos naribus, vt balæna, delphini, physeteres. Alia pulmonibus spirant sine fistula, vt testudines marinæ, palustres, & fluuiatiles: similiter vituli marini, quibus patentibus sunt nares, pharinx angustissima, quo fit vt naribus aquam haustam eiiciant, aërem retineant. Reliqui pisces, quibus branchia vel aperta vel operata sunt, iisdem aërem trahunt, & aquam simul haustam emittunt, molles aquam & aërem trahunt, indicant hoc maximè sepia, quæ captæ diu toto corpore agitantur, aëremque tractum affatim reiicientes sonant *flou*, quæ magnæ expirationis indicium est. Crusta intacta densis & hirsutis suis branchiis apertè respirant, & in aëre & in aqua, argumento sunt bullæ multæ circa oris opercula excitatæ. Ostrea tenuissima contacta cute, per illius cutis exiguos & sensum fugientes meatus respirare existimo, quoniam exiguo calido innato prædita, exigua egēt respiratione. Omnia igitur quæ in mari gignuntur animantia respiratione variè à se discrepant, pro caloris ventilandi, & spirituum reficiendorum magnitudine vel exiguitate: vt stabili sede viuentibus parum inest spirituum, beluis marinis ob maiores corporis conatus & impetus, longè maior spirituum copia necessaria est, aliis quæ inter hæc media sunt pro corporis mole pro actionum & motionum celeritate, magnitudine, robore, natura prouida eos spiritus & eum calorem natuum qui necessarij essent, & proinde his respondentem respirationem largita est. Hæc de piscium respiratione isto loco aptè dici posse existimaui, qua in re inuitus equidem feci, vt Aristoteli contradicerem, sed ad id me veritas impulit, quæ apud omnes plus valere debet quàm cuiusquam hominis autoritas.

De Piscium differentiis ex sentiendi actionibus, & an sentiant spongiæ.

CAPUT X.

SX Sensibus quos animantibus dedit natura, partim necessarij sunt, ij nimirum sine quibus vita sustineri non potest, partim nõ adeo necessarij, sed ad melioris vitæ vsus conferentes. Omnibus prædita sunt animantia quæ perfecta dicuntur, alia necessarijs tantum. Sic & pisces qui cum alijs collati imperfecti iure dicuntur (nam piscium genus, vt rectè scribit Aristoteles, etiam auium genere mutilatius est ac imperfectius partibus exterioribus. continuo enim simplici corpore à capite in caudam vsque porrigitur) perfectis pauciores sensus habent. Testa intacta & mollia quædam vt vrticæ, pulmones, lepores, priapi marini, sol, stella, eaque quæ insecta dicuntur, oculis at-

Lib. 4. de part. anim. cap. 13.

que auribus priuata sunt. Quorum enim iis quæ testa inclusa perpetuò latent in tenebris oculos & aures dedisset natura? quorum aliis quæ sedibus suis perpetuò hærent, cum illorum vsus sit in præuidendis iniuriis, & tuendo corpore? Tactu quidem & gustatu nulli non præditi sunt: nam cum alimenta corporis maximè dissimilia sint, & diuersa, pisces verò vt animantes omnes non nisi conuenientibus, naturæque suæ idoneis alantur, ad horum discrimen & delectum adeo necessarius fuit gustatus, vt sine eo vita teneri non possit. Pisces itaq; suis quibusdam saporibus gaudent, & escam imprimis ex pisce amia expetunt, & piscium reliquorum pingue, vt qui gustatu huiusmodi delectentur, voluptatem quæ ex eo genere esculenti capiant. Quod si gustatum, tactum quoque habeant necesse est, gustatus enim tactus quidam est: huc accedit quòd tactus sensuum omnium primus est. Quanquam verò tactu gustuque omnes à natura donati sint, non omnes tamen ex æquo vtriusque facultatis sentiendi sunt participes: nam marinis piscibus qui solo præsentis semper alimento victitant, non est exquisitus admodum gustatus, quia variorum ciborum delectum habere non possunt, neque ea oris constructione vt alios præter aquam possint capessere: illis autem qui vel herbis, vel pisciculis, vel aliis alimentis, quæ semper in promptu non sunt, vescuntur, acrior est gustandi vis, quippe qui ciborum inopia vires languescere cum sentiant, appetitu illo qui animalis dicitur, incitati vndique conquirunt, ex quibus suauiores, naturæque suæ accommodatiores ab alienis citra gustus satis insignem vim discernere non possunt. Quamobrem tangendi sensum ad vitæ animantis planè necessarium esse rectè dicimus, non autem simpliciter ad vitam, vt ex plantis seminibusque perspicuè liquet, quibus sine sensu animaliq; appetitu sua inest vita. Infinitæ piscium multitudini oculos datos esse, eosq; videre qui negauerit, is oculis carere iure dicitur. Stabili sede degentes nihil cernere prius ostendimus: sed de stellis & echinis cum loco moueantur, non sine causa dubitari posset, cum oculi ad circumspicendum & ad iter dirigendum dati sint, nisi dissectio omnem dubitationem prorsus tolleret: illi igitur cæcorum ritu huc & illuc remere vagantur, cibi quæritandi gratia. Audire verò pisces planè constat, non tamen omnes, qui enim non vident, ij neq; audiunt: sed qui perfecti sunt squamosi, beluæ marinæ, galeorum genera, malacostraca vt locustæ astaci, squillæ, cancrorum genera, mollia, sepiæ, polypi, loligines. Hæc omnia vident, audiunt, odorantur, id quod confirmat Aristot. Pisces, inquit, audire & odorari perspicuum est, sonitus enim magnos fugere videntur, veluti triremium remigationes, vt in latibulis suis facillè capiuntur. Etenim si exiguus etiam fuerit extra aquam sonus, ex æquo tamè omnibus qui in aqua audiunt difficilis, magnus & grauis

Lib. 4. de hist. anim. cap. 8.

uis videtur, quod euenit in delphinis capiendis. Cum enim eos repente alueis circundederunt, sonos edunt in mari, & vniuersos fugientes compellunt in terram, & capiunt ob strepitum capite grauatos. Ad hæc inter piscandum quàm maximè cauent, ne vel remo vel retibus moueant strepitum: sed cum aliquo in loco gregatim pisces stabulari intellexerint, certo interuallo coniectantes retia dimitunt, vt neque remo neque impetu cymbæ strepitus ad locum deueniant piscium: & omnibus præcipitur nautis, silentio quam maximo nauigent, dum gregem circundant. Nonnunquam vbi aggregare pisces placuerit, idem faciunt, quod in delphinorum captura: obstrepunt enim iactis lapidibus, vt deterriti in arctius coeant, atque ita vniuersi irretiantur. Hæc de piscium auditu ex Aristotele, cuius sententiam experientia nostra confirmat. Nam si pisces non audiunt cur post tonitrua alosas insalubres dicimus? nisi enim audiant quo pacto affici ab his possunt? Cur sturiones eadem expauescunt? Quomodo delphini Simonis nomen agnoscunt, eoque appellari gaudent: quomodo permulti pisces, cicures facti adnatant ad nos vocati, nisi audiant? Non absurdum est hæc referre, quod non mihi solum sed multis in Gallia notissimum est. Non procul ab Ambiano in villa quadam diui Antonij trocta nutritur, quæ vocata ad cibum properat, & de manu capit. Glani & cyprini in viuario ædium nobilissimi viri à Iarnaco pulsato pariete ad cibum properant, id quod ipse sum expertus. Audio in quibusdam viuariis Germaniæ inferioris tintinabuli sonitu pisces ad cibum vocari. Iam verò de odoratu non minus quàm de auditu certum est. Etenim eos qui præsentis alimento non vtuntur, vt gustatu ita odoratu quoque ad ea quæ conueniunt, seligenda vti necesse est. Et quemadmodum vultures ad cadauera solo odore admoniti è longinquo aduolant: sic & pisces ad familiare alimentum adnatant vt salpa ad stercore & porrum, scarus ad linozostim, polypus ad oleam. Et pisces vario escarum genere allici & capi longa experientia compertum est. Idem pluribus probat Aristoteles loco ante citato. Plurimi pisces, inquit, escam non recetem non attingunt. Escis autem non iisdem omnes capiuntur sed propriis, has odore discernentes. Sunt qui foetidis capiuntur vt salpæ stercore. Complures item piscium in spelucis latentes quoties euocare ad capturam piscatores volunt, fauces specus odoribus illinunt cetarijs, itaque protinus excitant. Præterea anguillam eodem modo capi palam est. Vas enim balsamentarium ponunt obstaculo in eius os indito, quod colum vocant. Nidores denique potius genera quæque piscium appetunt. Vnde etiam carunculas sepiarum deustas, odoris gratia escam hamis affigunt, ita enim fit vt pisces auidius accedant. Quæ sedibus suis hærent perpetuo, vt non exquisito gustatu, ita

odoratu ferè nullo donata sunt, quippe quæ alimentum in promptu semper habeant, nimirum aquam, vt nullus vnquam ciborum delectus illis sit necessarius. Quæ cum ita sint, quæ in mari degunt, sensuum numero differre satis liquet, neque etiam omnia perinde acrisunt sensu. Pastinaca, quæ paruos habet oculos *ὄξυδερκῆς*, ob visus acie dicta est: contrà, mugiles parum acutè cernunt, & facilè hyemis tempore obcæcantur, thunni dextro oculo clariùs vident naturâ, læuo hebetiùs. Vt in summa dicam, acutissimè vident quæcunq; pupillam paruam habent & oculos non prominentes: contrà, quibus pupilla magna est, & oculi prominentiores: item quibus oculi ossei sunt & duri. Audiendi vi præstant mugil, chromis, lupus, salpa: permulti non nisi magnos percipiunt sonos. Delphin inter omnes pisces sagacissimè odoratur, teste Aristotele. Haecenus de piscium sensibus & ceteris actionibus, de quibus multò plura dici posse certum est, sed ea partim ex propria cuiusque historia, partim ex veterum libris & experientia his adici possunt. Postremò huius tractationis loco absurdum non fuerit illud paulò diligentius expendere, an sentiant spongiæ necne.

Lib. 4. de hist. animal. c. 8. Ac primùm non sum nescius videri Aristotelem in ea esse sententia, sic enim de his scribit: Sentiant spongiæ, vt aiunt, inde apparet, quia vbi auulforem sensere, contractæ multò difficiliùs abstrahuntur: idem faciunt flatu & fluctu vrgète, ne sede sua excidant. Multò verò apertius Plinius. Nascuntur omnes in petris, aluntur conchis, pisce, limo, intellectum inesse iis apparet: quia vbi auulforem sensere, contractæ multò difficiliùs abstrahuntur, hoc idem fluctu pulsante faciunt, viure sca manifestò conchæ minutæ in his repertæ ostendunt. Circa Toronem vesci illis auulsas etiam aiunt, & ex relictis radicibus recrefcere, in petris quoque cruoris inhæret color. Quicquid sit quod ab istis vel ab aliis dici potest, spongias sensu omni carere existimo. Ac primùm ad Aristotelis dicta respondeo, dicòque loqui eum ex vulgi potius sententia, quàm quòd ipse ita sentiat, quod eius indicant verba: *Ἐν τῷ ὄξυδερκῆϊ ὡς φασί*: sensum, inquit, habet spongia, vt aiunt. Hoc vt ita esse credam, facit alius eiusdem Autoris locus: Spongia, inquit, omnino plantis similis est: has autem sensu omni priuatas esse existimat. Postremo loco ante postremum citato hæc subiungit. Sunt qui de hoc dubitent (de auulforum ratione intelligit) vt qui Toronem incolunt: aiunt enim in spongiis nutriri bestias, lumbricos, & alia huiusmodi, quæ auulsis spongiis pisciculi saxatiles deuorant, & radices relictas, quòd abrumpantur spongiæ, renasci eas, & ex eo quod relictum est, perfici. Quæ Plinij sententiam, & auulforum rationem falsam esse conuincunt: neque enim si conchæ aliæque similia in spongiis reperiantur, inde efficitur iis spongias vesci, quin potius in spongiis alia quæ animata esse constat, viuere. Iam quæcunque in mari pisc

piscibus, vel solidiore aliquo alimento vescuntur, id vnum in locum concoctioni à natura destinatum cogunt. At spongiæ cochleas vel lumbricos, non vnum in locum, sed omnibus suis foraminibus excipiunt. Quòd petris cruoris succum inhære ait Plinius, non cruorem spongiarum esse (sunt enim in eorum numero, quæ *ἀβαίμα* dicuntur, id est, sanguinis expertia) sed succum eum, quo aluntur & accrescunt esse dicendum est. Porro quis sensus spongiis inesse posset, cum in his nullum viscerum, neq; eorum, quæ eandem rationem habere possent, nullum neruorum vestigium insit, vt ex dissectione apparet? Quantum verò ad auulforum rationem attinet, facilè est intelligere à tot animantibus, quæ in spongiarum cauis sunt, cum se peti sentiunt, & se præ metu contrahunt, spongias quoque simul contrahi. Has ob causas Aristotelem sequor, qui plantis omnino similes spongias esse censet, & proinde sensu omni vacare: idem etiam Plinius, quod nescio an parum animaduertit, facit cum ex relictis radicibus recrefcere ait, quod in animantes nullo modo competit, ex nulla enim animalis parte renascitur animal, sed in plantis id vsu venit, ex quarum radicibus aliæ renascuntur, vt in vitibus, oleis, alijsq; infinitis videmus.

De Piscium differentiis à moribus sumptis.

CAPUT XI.

HACTENVS Piscium differentias, quas nobis eorum viuendi ratio, partes, actiones suppeditant, ita nos explicuisse arbitror, vt qui has diligenter veluti vias persequi voluerit, facilè ad piscium cognitionem peruenire possit. Superest vltimum partitionis membrum, nempe *τὰ ἦθη*, id est, mores piscium, qui etsi maximè diuersi sunt, & proinde efficiant, vt magna sit pisciù dissimilitudo, tamen nulla alia ex re, quæ quidem ad piscium cognitionem faciat, pauciores quàm ex moribus differentia sumi possunt. Quis enim est, qui in tam alieno à nobis elemento, vel in profundo & immenso mari tam assiduus piscium spectator esse potest, vt eorù mores penitus cognoscat, discernatq; Piscatores quique diu in mari aquisve alijs versati sunt, pauca quæ certa sunt, de moribus referunt. Eandem ob causam Aristoteles, Plutarchus, Athenæus, Oppianus, Ælianus, Plinius, nò adèd multa nec omnino vera, sed pleraq; incerta de moribus piscium ceterorumq; animalium literis mandarunt: quod vt minus mirer, facit ignorantia multarum aliarum rerum, quæ alioqui familiares ac domesticæ nobis sunt. Quotus enim quisq; est, qui eorum quibus cum viuunt, magnòq; vsu coniunctus est, mores penitus nouit? Tanta semper fuit, & est hodie nomine familiaritatis & amicitia simulatio, tamque facilè


fronte ac vultu sustinetur, vt verissimè à veteribus prouerbio dictum sit, multos salis modios cum eo edendos esse quem pernoscere atque amicum asciscere volueris. Verùm vt vt obscura sit morum cognitio, tamen ne quid à nobis prætermisum esse videatur, quod ad piscium notitiam cõferre possit, pauca de moribus dicam, si prius veterum & eorum qui illis fortè assensuri sunt opinionè refutauero, ex qua effici posse videretur omnium piscium eodẽ ferè esse mores, aut certè non admodum diuersos. Sunt enim qui existimauerint pisces omnes natura calidissimos esse, quare cùm mores animi temperamentum corporis sequantur, vt in libello huic rei dicato demonstrauit Gal. non magnum esse in moribus eorum discrimen, qui eodem sunt temperamento. Hanc opinionem refert Aristoteles lib. de partib. animal. *Lib. 2. cap. 2.* Quidam aquatilia terrenis asserunt esse calidiora, dicentes loci frigiditatem caliditate naturæ ipsorum pensari, & sanguinis expertia sanguine præditis, & scæminas maribus esse calidiores. Et in lib. de respiratione, Empedocles non rectè censuit ex animantibus calidissima esse aquatilia, & ignis plurimum habentia, quæ naturalis caliditatis excessum fugiunt, vt quoniam frigido & humido destituuntur, loco ipso hæc contraria asciscant, humorem enim aëre minus esse calidum. In eadẽ sententia fuerunt ex Latinis Lucretius, & Vitruuius quorum omnium ratio etsi prima specie vera esse videatur, falsa tamen est: corporis enim affectuum excessus, contrariis locis & temporibus conseruantur, similibus læduntur. Contrà naturales corporis habitus similibus gaudent & conseruantur, contrariis læduntur. Quare ex eo quod pisces in locis frigidis & humidis degunt, ineptè calidissimos esse cõcludunt, quia si natura essent huiusmodi locis similibus sese tuerentur, contrariis offenderentur. Ergo quantum ad piscium temperamentum attinet, vniuersè dicimus pisces alios frigidos esse, alios calidos colatione medij generis, frigidos sanguinis expertes, calidos sanguine præditos. Calor enim in sanguine est, vt Aristoteles, Galenus, cæteri que omnes tum Medici, tum Philosophi toties inculcant. Ob eam causam dicemus animãtia cæteris calidiora: similiter partes corporis, ætates, alias aliis calidiores quod maioris sanguinis copia abundant. Pisces igitur qui pulmonibus spirant, squamosi calidiores sunt, squamosi mollibus, crusta, testa intecta, & insecta frigida dicuntur, quod sanguine quidem, sed non omni calore destituta sint: nam cùm ipsa viuant, vitæque in calido sita sit, calorem aliquem ipsis inesse certum est, & humidam quendam substantiam, quæ sanguinis vice sit, & caloris pabulũ. Hos caloris gradus manifestè respirandi ratio ostendit. Quibus enim plurimus inest sanguis, ij pulmonibus spirant, vt cum maiore calore donati sint magis refrigerètur, vt delphini, balenæ, orcæ. Cartilaginei verò, squamosi & læues branchiis perfectis vel imperfe-

ctis

ctis, vt pote quibus minor inest calor, proindeque minori egeant refrigeratione. Postremò testacea & insecta per vniuersam cutim inspirant & expirant, quæ cùm parum calidi innati habeant, parua ventilatione egent. Quæ cùm ita sint pisciũ diuersa maximè temperamenta esse constat, non solum in diuersis ipsorum generibus, sed etiam in singulis piscibus, eaque tam varia & infinita, quàm varia est & infinita piscium multitudo, ex quibus diuersi & inexplicabiles mores prodeunt. Præterea quanta morum varietate pisces à se discrepent, manifestè indicat corporum & partium dissimilitudo. Natura enim, vt scripsit Plato, animantibus corpus animi moribus & actionibus accommodatum dedit: id quod Aristoteles à Platone mutuatus est. *Lib. 1. de partib. anim. c. 5.* Quoniam, inquit, instrumentum omne alicuius causa fit, partes autem singulæ corporis alicuius causa factæ sint, illudque cuius causa aliquid fit, actio quædam sit, perspicuũ est totum corpus maioris alicuius actionis gratia constitutum fuisse, neque enim sectio ferræ, sed ferræ sectionis causa inuenta est. Quare corpus animi causa conditum est, & partes operum & munerum causa, ad quæ singulæ naturæ conditæ sunt. Galenus etiam primo libro de vsu partium fusiùs demonstrauit omnes corporis particulas animæ vtilis esse, quippe cuius instrumentum sit corpus: ob eamque causam multum à se diuersorum animalium particulas differre, quoniam ipsi animi maximè differunt. Idem Lactantius Firmianus Theologus, & Philosophus in libro de opificio Dei vsurpauit. Pisces igitur quidam sunt animosi, audaces, feroces, hos natura dentibus acutis & validis armauit, vt galeos ferè omnes: alios cornibus, quibus arietum more feriant, vt locustas, altacos, squillas: alios acutissimis aculeis in aliqua corporis parte muniuit, vt scorpionem, vranoscopum, ranam piscatricem: alios venenatis aculeis, vt araneum seu draconem: aliis in toto corpore dedit, vt vni raia generi, cæteris omnibus in cauda, pastinacæ tantum venenarum & ferratum in cauda radium: alij pisces mites sunt & timidi, qui nulla à natura ad adoriendum arma acceperunt, sed ea ad tuendum corpus tantum. his integumenta quædam, vt squamas, illis aculeos dedit, veluti mugilibus & auratis, quorum aculei in caudam vergunt, qui si non tuendi corporis, sed alios inuadendi causa dati forent, ad anteriora spectassent. Timidi quidam fuga & pernitate vitæ suæ consulunt, vt cremys: alij tarditatem corporis vel imbecillitatem arte aliqua, aut facultate, aut ingenio compensant, vt ranæ piscatrici, veluti filum ex anteriore capitis parte propendet, quo veluti linea piscatur. Torpedo stupefaciendi vi, qua prædita est, mugiles etiam velocissimos remoratur. Echeneis non solum pisces, sed etiam naues remorari creditur. Aphyæ non nisi gregatim natant, vt multæ simul iniuriis minus opportuna sunt. Anguilla & similes ob lubricum cor-

Lib. 9. cap. 31.

pus facillè elabuntur. Quare differt anguilla à congro, quod illa mitis sit, hic ferus. Eadem ratione lampetra à murena, mugil à lupo, iulides à saxatilibus, cremis à galeis. In mugilibus iustitia & continentia inesse creditur: In galeis & polypis crudelitas: in Echinis prudentia, quia eos tradunt, inquit Plinius, scuitiam maris præfagire, correptisque operiri lapillis, mobilitatémque pondere stabilientes, nolunt ípinas volutatione atterere. Delphini *φιλάνθρωποι* sunt. Peruicaces & animosi galei, lamia, lamirus, caniculæ, arietes marini, scolopendra, cete, amia, lupus. Insidiosus & ingeniosus pisces rana piscatrix, vranoscopus, pastinaca. Ingeniosa sed timida torpedo. Insidiosa & feroces squatina, & raia. Paguro sapientia proverbio tribuitur: dicitur enim *ἐν πειγέρῳ* *Coqila* cum enim tegumento suo nudatum se sentit, latitat, donec durum redditum sit quod renascitur. Possunt multa huiusmodi ex variis autoribus, qui de piscibus scripserunt, colligi. Possunt etiam à sedulis viris experientia quædam deprehendi: sed ea partim studio & diligentia cuiusque relinquimus, partim in singulorum historia dicemus. Quare ne in re satis obscura, & non multum nobis perspecta, uti iam diximus, nimis curiosus esse videar, piscium differentiis hinc finem facio, quas quam potui diligentissimè & comodissimè digessi, non ut omnia quæ de illis dici possent perscriberem (sunt enim infinita) sed ut de piscibus aliquid methodo scriberem, & ad eorum cognitionem facilem aditum darem.



G V L I E L M I
R O N D E L E T I I
D E P I S C I B V S

LIBER V.



Quis ordo seruetur in piscium descriptione.

CAPUT I.




CONSTAT inter omnes qui rectè philosophantur, eam esse verissimam & utilissimam docendi rationem, qua primùm ea, quæ generatim & vniuersè de re quapiam dici possunt, traduntur: deinde singulæ partes explicantur, ac in iis lector exercetur. Sed ut vniuersa, ita singula via & ordine explicanda sunt. Illa quatuor superioribus libris, Aristotelis & Theophrasti vestigia secutus tradidi. In his verò, id est, in singulorum piscium picturis & iconibus exprimendis, quem potissimùm ordinem seruarem, multum diuque cogitavi: num à mugile, ut fecit Galenus, inciperem, num ab aliquo alio qui vel inter suos, principatum obtinet, veluti scarus inter saxatiles, vel qui in delitiis habeatur, veluti solea vel accipenser. Tandem verò commodissimum fore putavi, ab eo qui & omnibus sit notissimus, & apud veteres celeberrimus, & qui omni anni tempore reperiatur, & qui nota illustri ab aliis distinguatur ab aurata scilicet, initium ducere: ad alios, in multis illi consimiles suis tamen notis propriisque dissidentes progrediendo. Nolim autem quemquam existimare, ideo nos auratam primùm depingere, quod ab A litera incipiat. hunc enim ordinem per literarum elementa, non minus in pisciù, quàm in herbarum descriptionibus vitiosum esse existimamus: & hunc secutos iure quidem à Dioscoride reprehensos *Lib. 3. de alim. facult.* In pref. lib. 2. fuisse. Sic enim necesse est dissimilia multa coniungere, & similia

disiungere. Quanquam eo vsus sit Galenus in tradendis simplicium medic. facultatibus opinor, vt memoriæ fidelius mandarentur: nondum enim tum indicum vsus inuentum fuisse puto. Sed ideo hinc cœpimus tanquam à notissimo, quemadmodum dixi, huic atq; aliis quam similes semper adiungentes. Præterea in vniuscuiusque piscis historia declaranda is ordo à nobis seruatur, vt primùm nomina ponamus Græca, Latina, Gallica, maximèque ea quæ in Gallia nostra Narbonensi, & in prouincia vsurpantur. His aliquando Italica, Germanica, Hispanica addimus. Sequuntur figura & lineamenta totius corporis, declaratiõque partium tum externarum tum internarum: nam hinc maximè sumuntur notæ, quibus pisces internoscuntur. Quæ piscium veluti altera pictura necessaria fuit, tum quòd libri Aristotelis *περὶ ζῴων ἢ περὶ ἰχθύων*, quos saepe citat Athenæus, perierint, quibus ingeniose vt coniciio, animalium & piscium figuras, oratione representarat, tum quod ij, quorum scripta ad nos peruenerunt, permultorum piscium, vt eo tempore notissimorum descriptiones omiserint, quòd fit, vt nobis nunc sint ignoti, id quod etiam in herbis vsuuenit: quarum permultas vt maximè vulgares, explicatione dignati non sunt. His actiones morèsq; subiunguntur, tum vsus piscis docetur, siue in cibus, siue in medicamentis. Quibus nonnunquam piscandi ratio additur. Postremò preparatio pro carnis & facultatis eius varietate. Quorum nonnulla aliquando omittuntur, quia vel nota vel aliis similia sint, aliquando ordo is aliquam ob causam immutatur. In his tradendis, veteres auctores Græcos & Latinos sequimur, & citamus: horum locos alios emédamus: alios perspicuos facere conamur, quædam à nobis obseruata & experientia cognita proferimus: quædam ab amicis & doctis viris mihi communicata: quos debita laude frustrari minimè velim, sed illorum gratissimo animo, quibus in locis eorum opera vsus sum, meminero, ac illorum in me studiososque omnes egregiam voluntatem libèter prædicabo. Pisces nonnullos obiter tantùm, & paucis verbis veteres notarunt, & non nominarunt: vt Theophrastus de pisce Nili locutus est suppresso nomine. Et Plinius L I B. I X. Duo locus Italiae in radicibus alpium, Larius & Verbanus appellatur, in quibus pisces omnibus annis Vergiliarum exortu existunt, squamis conspicui, crebris atq; præacutis, clauorum caligarium effigie. Qui sint hi *τεχνηγῆς* coniecturis ostendam. Præterea sunt aliquot pisces, de quibus veteres audita potius quàm visa scripsisse mihi videntur: quam ob causam euenisse puto, vt de istis quædam longè aliter tradiderint, quàm nos experientiâ comprobauerimus. In horum plerisque à veteribus dissentio, veritatis tantùm docendæ, non contradicendi studio. Nemo verò miretur, nos qui in plurimis veteres sequimur & interpretamur, in qui-

Lib. de piscib.
cap. 18.

quibusdam eisdem refragari: id enim ipsorummet exemplo facimus, qui quæ ab aliis vera & comperta acceperunt vel ipsi rectè inuenerunt, ea nobis fideliter tradiderunt, quæ falsa statim improbarunt: neque enim minùs necessarium est falsa improbare, quàm vera docere, quod qui secuti sunt, philosophiam, medicinã, denique omnes bonas disciplinas à perniciosis erroribus vendicarunt. Quòd si à veterum sententiis, si quando cum veritate non consentiant, discedendum esse duximus: multò certè minus mirum esse debet, si recentiorum quorundam scripta, vbi res postulat, improbemus: qui neque à se inuenta, neque rerum vsu perspecta, neque rationibus firmata literis mandant, sed variorum auctorum locos, veluti centones consuunt, vel ab aliis dolo emendicata, vel furto erepta (his enim artibus mihi imposuerunt inepti quidam Romæ & Lutetiæ) publicant: digni certè non reprehensione solùm, sed etiam pœna. Hęc sunt quæ præmonuisse oportuit, vt noster in singulorum piscium historia ordo & consilium ab omnibus intelligerentur. nunc ad rem ipsam aggrediamur.

De Aurata.



CAPUT II.



Pύσπος, Latine Aurata vel Orata, ab auri colore: nam pro auro orum rustici dicebant, vt orichalcum & oriculam, pro aurichalco & auricula. *ἰοῦλορες* ab Ephesiis auctore archestrato dicitur. Prouinciales & Hispani *dorade* vocant, seruata ab omnibus eadem ferè nominis ratione, nisi quod Græci *χρῦσπος*, à parte, superciliis scilicet aureis nuncupantes, rem meliùs indicarunt. Hoc quoque tempore apud Græcos nomen suum retinet. Id etiam non omittendum, à Græcis non solùm piscem hunc, sed etiam Pompilum *χρῦσπος* appellatum. In Gallia Narbonensi pro etatis differentia, quæ magnitudine definitur, diuersa nomina habet. Quæ palmi magnitudinem

Athen. lib. 7.

Athen. lib. 7.

nondum attigit, *saunque* dicitur, quæ cubiti est magnitudine, *daurade*, quæ inter illas est, *meiane*, quasi dicas mediam. Piscatores nostri maximam auratam *subredaurade* vocant, id est supra auratam; quod communem magnitudinem superet. Galli *daurée*, quem nos fabrum esse dicimus, vocant, ne qui nominis affinitate decipiantur. Auratam verò nostram *brame de mer*: quo nomine etiam sparum, cantharum, & similis figuræ pisces nuncupant. Aurata piscis est marinus, litoralis, stagna aliquando marina subit, ibique pinguescit. In dulces etiam aquas conuehebatur ab antiquis. Inde lacus Velinus, inde etiam Sabatinus, & item Vulsinensis, & Ciminus lupos auratasque procreauerunt, inquit Columella. Ad cubiti magnitudinē accrescit, lato est corpore, non rotundo sed cōpresso: squamis integitur mediis, colore est vario variis in partibus. Dorsum ex cœruleo nigrescit, latera argētea sunt, venter lacteo colore. Superciliis quidem & palpebris caret, sed per similitudinem, à locis illis, in quibus in cæteris animantibus supercilia esse solent, aureo colore fulgentibus, aurea supercilia habere dicitur, maximè cum fatis accreuerit: vnde illis nomen à Græcis positum. Oculis est mediis. Branchiarum opercula sunt ossæ alia parte purpureo, alia nigro calore perfusa. Os mediocre, maxilla lata & robuste, dentes anteriores ferrati, latiusculi, in acutum desinētes, breues, in superiore & inferiore maxilla ossæ tubercula, dura, quibus vice dentium molarium pectines, & tellinas frangit, & mandit. Branchias vtrinque quaternas habet, duplices. Pinnis natat quatuor, binis ad branchias positis, longioribus, binis in supina parte, breuioribus. Præter has quatuor pinnas ab Aristotele numeratas, à podice pinnam vnā comperies ad caudam ferè deductam, tribus nixam aculeis. Dorsum multis & acutis aculeis, tenui membrana connexis horret, quos cum natat, erigit, dum quiescit, deprimit, ac veluti recondit. Aculeorum primi minores, medij maiores, postremi in mollem quandam & pilis similem substantiam degenerant: A capite ad caudam lineæ aliquot subobscuræ ductæ sunt. Cauda lata & magna, sursum spectat, veluti ex duabus pinnis constans trianguli figuram describentibus. Peritonæum colore nigro. Ventriculus subiacet magnus, cum paucis appendicibus, breuibus & latis. Splen nigrescit. Hepar magnum est, à quo fellis vesicula pendet longa, pinguedine obducta. Fel viride. Intestina pinguedine oblita, in gyros ducta, lata. Cor in pectore quadratum. Aurata parit æstate, maximè vbi flumina in mare influunt, vt scribit Aristoteles, parit etiam in stagnis marinis. Dormit interdum tam arctè, vt fuscina sæpenumero capiatur, alioqui fuscina capi non posse existimantur. Piscis est timidissimus, frigoris impatiens: quia lapides habet in capite, quod fit vt hyemis iniurias maximè patiatur. Deinceps qua sit substantia succove dicendum

Arc

Lib. 6. de hist. ani. cap. 17. & Lib. 5. cap. 10.

Archestratus peritus opsoniorum æstimator auratam Ephesiam laudat apud Athen.

Libro 7.

χρυσόφρων ἐξ ἐφέσου ἢ πύωνα μὴ παραλάττωε
Auratam ex Epheso ne prætermittito pinguem.

Apud eundem Hicæsius ait, piscem hunc καὶ τῆ γλυκύτητι, καὶ τῆ ἀλλοτρίωτι, ἰσοπέδου, πάντων εἶναι ἀριστον, καὶ τροφιμώτατον, id est, & suauissimum, & inter omnes ori esse gratissimum, quique maximè alat. Et Eupolis auratas lupis præfert, cum scribit: δραχμῶν ἑκατὸν ἰχθῦς ἐπιτημένους, μόνον ὀκτώ λαβραγας, χρυσόφρων δάδειγ, id est, pisces drachmis cētum emptos, octo solum lupos, auratas duodecim. nec puduit Sergium Oratam cognomen inde accepisse, quod ei pisces auratæ fuerint charissimi. Alio loco Athen. μελανέρον ἀναλογεῖ ὁ χρυσόφρων, & Mnesitheus Atheniensis difficilem quidem concoctu auratam esse, sed cum concocta fuerit, multum alere dixit. Et Cornelius Cels. auratam in iis recenset cibus, qui duri sunt & robustiores. Romani tarentinam prætulerunt, eam maximè, quæ Lucrinum lacum ingressa, illic concharum esu pinguerat. Martialis:

Non omnis laudem pretiumque aurata meretur,
Sed cui solus erit concha lucrina cibus.


In pretio est apud nos quæ capitur in stagno, quod *martegue*, & in eo quod latera appellatur. Optima quæ in stagno ad motem Cetium pinguit. In hac opinionum varietate sic sentiendum. Auratam carne esse media, neque molli, neque dura, optimumque succum gignere: & saxatiliū carne paulò esse duriorē: vescitur enim non solum pisciculis, sed tellinis, conchyliis paruis, quas validis maxillis frangit, scarique ritu ruminat. Cæterum pro ratione ætatis, locorumque in quibus degit, succo esse diuerso: nam quas medias prius vocauimus eæ succi bonitate & suauitate cæteris præstant. Quare qui concoctu difficiles esse dixerunt, eas quæ maiores sunt, & seniores intellexerunt. Eligendæ etiam sunt quæ in profundo stagno & puro, vel in mari mediterraneo capiuntur. Nam in oceano rariores sunt, & sicciore duriorēque carne. Quæ in stagnis aquisve aliis impuris degunt, deteriores. Aurata in cibo iis qui venenatum mel deuorarunt auxilio est, vel si ex melle sincero fastidium, cruditasve, quæ sit grauissima incidat. In stagno nostro sunt sepes ex tamarice, quibus retia obtenduntur, in quibus tanta auratarum copia capitur, & sale conditur, vt in tota Gallia Narbonensi & Delphinatu, maximè quo tēpore à carnibus omnino abstinetur, non pauperum modò, sed etiam diuitum mensis apponantur. Non multum dissimilem auratarum capiendarum rationem, veteribus in vsu fuisse testis est Ælianus. Cum maris accessu & recessu, in litore exaggeratâ arenâ naues aqua destitutæ sunt, inquit, tum piscatores arborum ramos cum frondibus in mucronem acutos in

Pli. li. 32. ca. 5.

Lib. 11. ca. 39.

arenam defigunt, in circumscriptum ab his locum mare rursus accedens, magnam auratarū multitudinem trahit, quæ reciprocante estu, in exigua aqua relictae facillè capiuntur, non solum à piscandi peritis sed etiam à pueris & mulierculis. Præparatur variis modis: Nam si in aqua & vino elixetur, vt Galli parant, palato grata est, item si in aqua & aceto: optima si in oleo & pauca aqua elixetur, croco, pipere, aceto, viuis passis additis: vel vt Itali faciunt, si in craticula affetur, rigata oleo & omphacio. Quòd si ventri inseratur umbella fœniculi, vel ramus libanotidis, fit odorator & melior, quod maximè quando in stagno nutrita est, faciendum. Assatur & calida comeditur, vel assatur, aceto piperèque conspersa asseruatur, frigidaque editur. Farinâ bene subacta & pista conclusa oleo, omphacio, aromatisque delicatioribus condita, optima etiam est, maximè si è maioribus fit. Sale condita in aqua dulci elixatur, & cum aceto editur. Sunt qui aqua macerata ad minuendam falsuginem, in sartagine frigunt, & sapa, aceto, cepisque condiendo saporem optimum ei conciliant, quo maximè nostri delectantur. Sapa etenim falsuginem dulcedine sua temperat, acetum acorem iucundum, cepa nidorem gratum addit.

De Sparo.



CAPUT III.

DVRPVRA Iuxta purpuram diiudicanda, vt pro uerbio dicitur: oritur enim ex mutua collatione verisimum de rebus iudiciū. Eam ob causam pisces similes similibus adiugimus, vt monuimus initio: quemadmodum auratae sparum, qui ob coloris lineamentorumque corporis similitudinem, aliquando à piscatoribus ipsis primo aspectu non internoscuntur. *σπαρος* Græcis dicitur: Plinio sparum, aliis spargus, *Αλιανο* additis literis aspargus. Aristoteli *σπυδς*, quod mollis sit, opinor

Lib. 9. ca. 15.
Lib. 11. cap. 33.
Lib. 5. de hist. animal. ca. 12.

nor, & facillè diffuat, dissipeturque, Italis *sparlo*, aliquibus *carlino* & *carlino*, nobis *sparallon*. Hispanis *spargoil*: sparum marinum est piscis, litoralis, squamis, pinnis, earundem situ & numero auratæ similis, corpore rotundiore, tenuiore, & magis compresso ac minore: vix enim palmi magnitudinem superat. Superciliorum locus ex viridi flauescit, vt hac parte auratæ colorem imitetur. Ore est minore, capite magis compresso, rostro acutiore. Pinnæ quoque flauescunt, maximè quæ sunt in ventre, quæ ad branchias minùs. In cauda maculam nigram habet, veluti melanurus ac fargus, quâ ab aurata facillè distinguitur. Peritonæum colore est nigro, ventriculus medius, cum appendicibus aliquot, intestina crassa & conuoluta. Hepar ex rubro albescit, à quo fellis vesica longa pendet, fel aqueum continens. Splen paruus est & ruber, cor angulatum. Spari altera species esse videtur, cantharo similis, superciliis ex rubro flauescens, nisi diuersis temporibus, vt multi alij pisces colorem mutet. Marina stagna subit sparum cum auratis. Æstate parit autore Aristotele: circa Æquinoctium autem Plinio, gregatim uiuit. Quæ me in eam adducunt sententiam, vt existimem Æliani aspargum nostrum esse sparum. Præterea scribit aspargos sapientes esse pisces, ad diligenter penitusque cognoscendam temporum mutationem, & ineunte hyeme ad vitandam frigoris vim, ex natatione conuiescere, simulque commorando, amice & fraterne sese tepefacere, postea verno tempore aggredi longiora itinera, neque modò obuiis, sed etiam quæsitis, & inuestigatis cibis pasci. Nam in stagno nostro id spari faciunt. Præterea, de aspargo nulla apud Aristotelem, Oppianum ex quibus sua mutaturus est mentio fit, neque mirum cuiquam esse debet, quòd nomen mutauerit, in plerisque enim aliis idem facit. Postremò facilis fuit spari aut spargi in aspargum commutatio. Nunc de eius substantia. Hicetius apud Athenæum censet, sparos manis succi bonitate præstare, & apud eundem. *σπαρος δελμυς, ἀπαλόσπυγος, ἀβρωμυς, ἀσβραμυς, ἐπιληγος ἐκ ἀπτεσσιος, ἑρπηγος ὁ δὲ σπασσισσιος*. quem locum qui diligentius expendet, facillè mutilum esse iudicabit. Sic igitur restituimus. *ἐρπηγος ἐκ ἀπτεσσιος*, id est sparum acris est, teneræ carnis, virus non resipit, stomacho gratus, vrinam ciens, elixus facillè concoquitur, in sartagine coctus, difficilè. Cuius emendationis & sententiæ ex rerum natura facillè possum rationem reddere, & eò libentiùs quod non solum in hunc piscem, de quo nunc agimus, sed & in omnes alios competat. Quæ humida sunt, & ob id mollia, facillè tum à natura nostra immutantur, tum concoquuntur, quæ sicca ideòque dura difficilè. Eam ob causam dixit Hippo. victum humidum febricitantibus omnibus con-
concoctio inquit Galen. quæ humida sunt, facillè corrumpuntur vel

Lib. 5. de hist. animal. cap. 11.
Lib. 9. cap. 51.

Libro 7.
Libro 8.

Aph. 16. li. 11.


Li. de op. sect. ad Thr. 4.

DE PISCIBVS

Lib. 2. progn.

atteruntur, ideo facilius concoqui necesse est. Idem in carnibus experiri licet. Quæ citius, vehementiorique igne ita assæ, ut succus multus adhuc insit, teneriores, suauiores, concoctique faciliores sunt iis, quæ lento igne diu multumque assantur: sunt enim hæ multò sicciores, durioresque, ac penitus exuccæ. Quòd autem alibi in Hippo. scripsit Galenus humidum cruditatis causam esse, & humidiora alui excrementa cruditatis esse signa: de superuacuo humido intelligere oportet, quod propter copiam nimiam ventriculus amplecti non potest, inde flatus gignuntur, fluctuationes, denique cruditas. Ex his non sparum duntaxat, sed pisces omnes molliores, siue ideo quòd humidiores sint, modò nimio excrementitioque humido non abundant, siue præparatione & arte tales redditi, facilius coquuntur, in sartagine verò cocti quia sicciores durioresque; absumpto humore fiunt, difficilius. Cæterum sparus natura sua molliore carne est quàm aurata, ideo à diuitibus nõ expetitur, sed rusticorum ferè cibus est, autumno, hyeme & vere. Quamobrem miror Hicesium mænis prætulisse: sunt enim hæ carne siccior, meliorisque succi.

De Cantharo.



CAPUT IIII.

Lib. 8. de hist. animal. c. 13.



Lib. 11. c. 28.

QVEM Græci κάνθαρον vocant, Gaza scarabeum in conuersione sua nominat. In Gallia Narbonensi, Prouincia, Hispania parum mutato nomine *Cantheno* dicitur. Hodie quoque Græci quidam corrupto vocabulo *κάνθαρον* appellant. Ligures *tanado* à colore, illis enim *tanat*, color est, qui pullus Latinis, Gallis *enfumé*. Cantharus verò à similitudine canthari terreni, qui è fimo ingentes pilas auersis pedibus volutat, inquit Plinius, dictus mihi videtur. Ut enim hic fimo delectatur, & in eo hyeme conditur, sic cantharus piscis, in luto & sordibus libenter versatur. Quare in litoribus &

portubus degit, in quæ loca maris sordes fluctibus pelluntur, cœnùmque ex proxima terra pluuiisq; confluit. Piscis est litoralis, aurata vel sargo corporis forma, branchiis, pinnis, aculeisque similis: squamis integitur paruis: caput & quæ circa oculos sunt partes, ex nigro rubescunt, quæ permistio pullum siue fuscum calorem efficit. Ore est minore, quàm aurata vel sparus, dentibus paruis. A branchiis ad caudam lineæ ductæ, sunt subaureæ, non manifestæ, ut in salpa, sed obscuræ. Internis partibus non differt à sparo. Lapides habet in cerebro. Aqua & stercore vescitur. Huius obiter inter litorales meminit solùm Aristoteles: & in catalogo piscium nominauit tantùm Plinius. Sed Oppianus de eius castitate hæc cecinit:

Καί τοι μὲν πολλοῖσι δὲ μὲν αἰτῶσι ἀλόχοισι
 Τέρπειαι (αργυρῆς γένος, καὶ χρυσοῦτος αἰτῶν)
 Τοὶ δὲ μὲν φέρουσι, καὶ ἀμφιέπουσιν ἀχθῆν
 Κάνθαροι αἰτῶσι τε, καὶ ἐπὶ πολλοῖσι γάνω.

Quæ sic vertit interpres:

Uxores sargi multas & merulus ardens

Ducunt, aut alij contenti coniuge sola

Cantharus ætnæus, spernentes agmina lecti.

Oppianum imitatus Ælianus scribit cantharos non more sargorum pro multis coniugibus, sed non aliter quàm Menelaum cum Paride, pro vna tantùm decertare. Hic obseruandum est, videri Oppianum ætnæum nomen piscis facere, id quod etiam facit Ælianus multò apertius. Cuius hæc sunt verba: Sunt & castitate præstantes pisces. Ætnæus ita appellatus, posteaquã cum pari suo tanquam cum vxore quadam coniunctus, eam sortitus sit, aliam non attingit, neque ad fidem tuendam sponsalium tabulis illi opus est, neque malæ tractationis pœnam timet, neque Solonem veretur, ex quo leges nobiles, & vrbes graues profectæ sunt, quibus libidinosi homines non parere nihil verentur. mihi verò longè secus videtur. Existimo enim ætnæum epitheton esse canthari, quoniam nulla omnino, quod sciam, mentio ætnæi piscis fiat apud Aristotelem, Plinium, Athenæum, aut vllum alium vel Græcum vel Latinum scriptorem veterem. Preterea autorem habeo Phauorinum, cuius verba hæc sunt, in dictione Κάνθαρος. Κάνθαροι αἰτῶσι, μεγάλοι ἀπὸ τῆς αἰτῆς, id est, Canthari magni ab Ætna. quanquam hic legatur in vulgaribus codicibus, Κάνθαροι αἰτῶσι pro αἰτῶσι, id quod indicat alter eiusdem locus in dictione αἰτῶσι. Αἰτῶσι κανθαρος ὁ μέγας. αἰτῶσι λέγεται Ἄριστοφάνης κανθαρον τὸν ὑπερμεγέθη, μέγιστον γὰρ ὄρος ἢ αἰτῆν, ἢ ὅτι διάφοροι κανθαροι ὄντες (καὶ), id est, Cantharus ætnæus magnus, ætnæum dicit Aristophanes cantharum permagnum: maximus enim mons Ætna, aut quod varii in Ætna canthari inueniantur. neque verò sum nescius his in locis de


Lib. 8. de hist. animal. c. 13.
 Lib. 32. cap. 11.
 Lib. 1. ἀλιεῖται κῶν.

Lib. 11. c. 25.

In Pat.

cantharo terreno mentionem fieri: sed ex his colligo cantharum marinum ætænæum pro vario siue pro fœdo dici, quorum vtrumque illi aptè conuenit, siue corporis colorem siue victus rationem locumque, in quo degit, spectes. Cantharus molli est nimum præhumidâq; carne, nec boni succi: quare meritò vilissimus est piscis, nec nisi pauperiorum cibus, ventrem mollit elixus, in sartagine coctus vel elixus cum croco, cinamomo, pipere, zingibere, vel cepa & oleo, vel exiccatus multò melior redditur.

De Sargo.



CAPUT V.

APΓΟΣ Græcis vel fortasse *Capros*, vt quodam loco apud Athenæum legitur, à carne multa: est enim pro corporis magnitudine spissus, plusque carnis habet, quàm sparus, vel cantharus. Latinis sargus, nostris & Italis *sargo*. Græci quoque hodie appellationem eandem retinuerunt. Sargus piscis est marinus, litoralis, prædictis & melanuro similis, sed corpore rotundiore, compresso, spissiore, squamis paruis, colore argenteo, nisi quòd à dorso ad ventrem lineas negras protensas habet, ita dispositas vt prima latissima sit & maxima, secunda minor minusque conspicua, tertia primæ similis, quarta secundæ, & sic deinceps ad caudam vsque, vt in mormyro videre est. Ad caudam macula est nigra, vt in sparos & melanuro. Ob has notas *μελανόγραμμος*, & *πολύγραμμος*, & *ὄρθωνόστυλος* dictus est, quemadmodum melanurus: cui similis est, vt ait apud Athenæum Hicesius. Oculis est valde rotundis, dentibus latiusculis. Pinna, quæ ad branchias sunt, rubescunt, & caudæ extrema: quæ in ventre nigrescunt. Pinna dorfi tenui membrana connexa. quæ est à podice ad caudam maior est in hoc quàm in aurata. Cauda in pinnas duas valde

Libro 7.

Libro 7.

de à se distantes definit. Branchias quatuor habet, cor angulatum, hepar & intestina prædictis piscibus similia. Oppianus scribit saxatilem esse sargum:

*Ἄλλαι δὲ αὖ ποιήσιν ἐπιχλοοὶ ὑγρὰ μέτωπα
Γέσσαι ἄργον ἔχουσιν ἐφέστιον.
Sunt vada cantes herbis à fronte virentes,
Hic domus est sargis.*

Lib. 1. ἀλιστ-
τικῶν.

Nullus tamen est alius ex omnibus, qui de piscibus scripserunt, præter Ælianum, qui saxatilem fecerit, neque carne substantiave cum saxatilibus conferendus est, vt mox dicemus. Sentiendum igitur in saxis, quæ in litoribus sunt, degere: nam reuera litoralis est, & in cœnosis litoribus frequentior. Hoc confirmat Aristoteles, vbi nullus luto excitato abiit, fodere enim potest, sargus descendit, & pasci-tur, imbecillioresque ne eodem adnatent, arcet. At idem Aristoteles mullum inter litorales recenset. Nos verò sargos alios aliis longè meliores degustauimus. quare illos arbitror in saxis ad litora degere, hos magis in luto: quemadmodum mullus, qui cancellis vescitur, multum ab aliis saporis gratia superatur. Etenim pro locorum & alimen-torum varietate, eosdem pisces à se differre substantia & carne, libro primo demonstratum est. Sargus bis anno parit, vere & autumno, vt autor est Aristoteles: vbi in vulgaribus nostris codicibus pro *Capros*, malè legitur *Capros*, quod perspicuum cuius esse potest, ex Athenæo locum hunc citante. Et ex eodem Aristotele alio in loco. Pariunt pi-sces plurimi his tribus mensibus, Martio, Aprili, Maio. Autumno pauci, vt salpa & sargus. Ex his constat eos nominis affinitate in errorem inductos, qui sargum in mugilum genus retulerunt, cum non sargum, sed sarginum dixisse oportuerit, ob eamq; causam duos Ari-stotelis locos mendosos esse, in quibus sargum mugilis genus facere videtur. Horum alter est libro quinto de histor. animal. Alter libro sexto eiusdem operis. Ac primùm quàm absurdum sit, sargum in mu-gilum genere collocare, tum ex iis quæ iam diximus, tum ex iis quæ de mugilibus suo loco dicemus, perspicuum fiet. Nam sargus melanuro similis est, vt diximus, ab eòq; difficilè secernitur, cum vtriq; nota nigra sit ad caudam, sargo corpus rotundum, compressum, caput parvum, lineæ nigro dorso ad ventrem, vt mormyro: quæ omnia in mugiles, qui possunt cõpetere: Deinde locos Aristotelis, quibus id sentire videtur, mendo non carere, facile est ostendere ex diuersorum eius autoris lo-corum collatione. scribit enim sargum vere & autumno parere. *Τὸ δὲ ἔο *Capros* δὲ δὲ ἀργὸς ἢ μελιπάρης.* & paulò post dicit, sargum & salpam autum-no parere, loco non multò antè à me citato. Idè confirmat ex Athe-næo, qui de sargo ita scribit. *Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ τῶν ἐπιχλοῶν ἰστορίας, λέγει*

Lib. 11. cap. 19.

Lib. 8. de hist. animal. cap. 22. Et Plinius li. bro 9. cap. 17. Ibid. cap. 13.

Lib. 5. de hist. animal. ca. 9. Libro 7. Libro quinto de hist. animal. 2. 1.

Cap. 17. Cap. 17.

Lib. 5. de hist. animal. c. 9.

ἀλλ' ὅτι φησὶ δὴς ἰαρός εἶτα μετωπός, id est, Aristoteles in quinto de animal. hist. ait sargum bis parere, vere & autumnno. His ad stipulatur Plinius libro nono. Pariunt scorpiones bis ac sargi, vere & autumnno. Hæc cum vera sint, quomodo constare possunt ea, quæ mox subiungit Aristoteles? Τὴν δὲ ἓνια καὶ χειμῶνος ἔτερος. Χειμῶνος μὲν λάβραξ, κερκίς, βελόνη, & ἄρχοντα ἢ κύβη των κερκίων δι μὲν χάλκονες τῆ ποσειδεῶνος, καὶ ὁ ἀργός, καὶ ὁ μύζων χαλκίμυτος, ἔ ὁ κέφαλος. Κύβησι δὲ πελάγηται ἡμέρας: id est, pariunt quædam hyeme, quædam æstate. Hyeme quidem lupus, mugil, acus. Et, incipiunt vterum ferre ex mugilibus chelones mense Decembri, & sargus, & qui myzων dicitur, & cephalus. Ferunt autem in vtero triginta dies. Is est prior locus ex quinto de histor. Quòd si, vt ex superioribus liquet, sargus vere & autumnno parit, quomodo cum mugilibus Decembri factum concipit, quem post triginta dies edat? neque est quod quis ποσειδεῶνα, mensem Septembrem interpretetur: nam Aristoteles diserte scripsit, mugiles hyeme parere, quod explicans subdidit, mense Decembri concipere, trigintaque dies vterum ferre. Quare hinc pro ἀργός, ἀργίος, legendum esse existimo: & pro χάλκονες (vt id etiam obiter admoncam) χελώνες. Alter locus est libro sexto de histor. ἀργός ὁ κύβηται μὲν ποσειδεῶνα μύζα, κύβη δὲ ἡμέρας πελάγηται, καὶ ὁ χαλκίμυτος ὁ ἰαρός χελώνα των κερκίων, ἔ μύζων, ἢ ἀλλ' ὅτι ἔχον χελόνον κύβηται ἀργός, id est; Sargus mense Decembri concipit, vterum fert dies triginta, & ex mugilibus chelων, & myzων eodem & æquali tempore cum sargo vterum ferunt. Hinc quoque sarginum legendum esse censeo, qui à sargo diuersus est, vt annotauit Athenæus. Et cum mugilibus alibi numeratur ab Aristotele. ἀργίνοι, βελόναι, μύζωνες. quanquam hinc corruptè legatur μήκωνες pro μύζωνες, quam vulgarem lectionem secutus est Gaza, qui papaueres conuertit. Quare ex his Aristotelis locis rectè colligere nemo potest, sargum ex genere mugilum esse. Cætera quæ de sargo supersunt, persequamur. Is piscis salax est, vt cecinit Oppianus his versibus, quos in capite de cantharo protulimus. nec solum alienas vxores deperit, sed etiam mirè ardet fœdo caprarum amore, quam insaniam pluribus describit Oppianus:

cap. 51.

cap. 17.

Lib. 7. Lib. 9. de hist. anim. cap. 2.

Lib. 4.

Σαργοὶ δὲ αἰγείοι πόθοις ἐπὶ θυμὸν ἔχουσιν.
 Αἰγῶν δὲ ἰμείρεσιν ὀρθάλοισι δὲ βοτῶνιν
 Ἐκ πάγλωσ χαίρεσι, καὶ εἰνάλιοντες ἔοντες.
 Inuadit sargos caprarum mira cupido,
 Qui madidi simas cupiunt tractare capellas
 Montanis gregibus, quantum sint agmina ponti.

Cætera pete ex Oppiano, sunt enim prolixiora, quàm quæ adscribi de-

debeant. Ælianus id scribit. Sargi capras vehementissimè amant. namque cum caprarum proximè litus pascentium, vnius aut alterius umbra in litore apparuerit, protinus gaudio exilientes, summo studio adnatant, ac saltu non admodum ad saltandum idonei, capras contingere affectant, sensum caprini odoris percipiunt, etiam si sub fluctibus natent, itaque voluptate gestientes ad eas accedere, student. Quòd autem tanta amoris insaniam in capras existunt, ex iis idcirco capiuntur, quæ tantopere desiderant. Nam piscator caprinam pellem extractam cum cornibus induens, insidias parat, sole à tergo relicto, atque farinam caprino iure medefactam in eam maris partem spargit, vbi habitare solent sargi, quibus tanquam philtro quodam odoris allecti accedunt, farina vescuntur, pellis assimilata caprae conspectu permulcentur: ex his autem piscator multos hamo robusto capit, cuius linea alba non ex arundine appensa est, sed virga cornea, simulac ad hamum adheferit subtrahere expeditissimè cõuenit, ne alios conturbet. Manu etiam capiuntur, si quis spinas quas ad tuitionem sui excitant, à capite ad partem inferiorem reuocando, & flectendo declinet, premendoque ex lapidibus, in quos ad latendum se compellunt, extrahat. Hæc Ælianus, qui spinas quas ad tuitionem sui sargi excitant, pinnas dorsi quas erigunt, intelligit. Apud Athenæum ab Hicesio sargus melanuro, alibi apud eundem melanurus au rata comparatur, & alibi. ἄργοι τὴν φασὶ μῆλλον, καὶ τῶν μελαδύσρων εἰσὶ προφιμώτεροι, id est, sargi adstringunt & magis alunt quàm melanuri. Qui Brundusij capiebantur, ab Ennio laudantur. Nostri reiiciendi non sunt, præsertim qui vere & autumnno capiuntur, æstate sunt deteriores. Dicemus igitur sargos qui in litoribus cœnosis degunt, cæteris multò deteriores esse, qui in faxis litorum habitant, vt Oppianus autor est, vel qui in purioribus vndis degunt, substantia auratis ferè similes, media scilicet carne, ad siccitatem & proinde ad diuitiam inclinante. Quam ob causam succi bonitate ab auratis vincuntur, & magis adstringunt, & multum nutriunt, vt Hicesius dixit. Non solum caprina pelle & caprino odore allecti capiuntur: vt prius dictum est, sed etiam sagena. Qua ratione cares eosdem piscaretur pete ex Æliano. Numenius in halieutico, narrante Athenæo scribit: piscem hunc contra piscantium insidias astutum: & λισσαλιγγέσαλον appellat, quòd cum hamo tenetur, lineam ad scopulos atterat. id confirmat

Libro 7. Libro 8.

cap. 59.

Lib. 11. cap. 20.


Athe. lib. 7.

cap. 59. Ath. lib. 7.

Plinius L I B. I X. Arcestratus quòd durus sit piscis, assum & calidum caseo, aceto, condiri vult:
 molliores autem & pingues pisces sale & oleo.

M

De Melanuro.



CAPUT VI.

COGNITO Sargo haud difficile est melanurum agnoscere. Est enim, vt prius diximus ex hicesio, sargo similis melanurus, & nominis ipsius ratio, melanuri ideam nobis proponit, vt ex cauda nigra nota statim ab alijs internoscamus. At nota hæc illi cum alijs communis est. nam sargus & fargus ὄρροστυγοστύλοι sunt, id est, in cauda notam habentes, quemadmodum melanurus, qua nota decepti multi eum à similibus distinguere non potuerunt. Quare alia descriptione opus est, & alijs notis à reliquis secernendus. Ac primum qui μελάυροσ Græcè dicitur, à Gaza Latinè oculata dicitur. Vtraque appellatio apud Plinium reperitur LIB. XXXI I. in catalogo piscium. Melanurus, mæna, meryx, myllus, mystus, murex, oculata, &c. Quo argumento moti quidam, diuersos pisces esse censuerunt. Plautus ophthalmiam vocauit. Pernam, ophthalmiam, horæum, scombrû, trigonem, cetû: vt ophthalmia à melanuro diuersa videri possit. Ego verò eundem piscem esse existimo. Neque mirum cuiquam videri debet, Plinium diuersis nominibus piscem hunc designasse, in alijs enim multis idem facit. Plautus autem quem alij melanurû à nigra cauda, ipse ab oculorû magnitudine ophthalmiam appellauit, id est, oculatam, sicuti & nunc Romani *ochiada*. Masilienses *oblado* ex oculata, c, demendo & u, in b, mutando. Nicenses *iblada*, nostri Monspelienses *nigr' oil*, id est, nigrû oculum. Omnes igitur ab oculis nomen posuerunt, demptis Græcis qui à nigra cauda melanurum nominarunt. Is in litorum faxis & eorum locis arenosis degit. Oculis est, habita ratione corporis, admodum magnis ex caruleo nigrescentibus, ore paruo, dētibus paruis, pinnis, caudæ forma auratæ similis, corpus ex caruleo nigrescit, caudâ antequam in pinnas rubescentes desinat, macula notatur nigra,

Cap. vi.

gra, à qua & μελάυροσ & ὄρροστυγοστύλοι nomē habet. Squamis tegitur latis, facillè deciduis, à capite ad caudâ ducta est linea latior, ex squamis maioribus & rotundioribus, lineolis alijs frequentibus & nigris distincta, ob quas πολύγραμμοσ & μελαύρογραμμοσ etiam dictus est: huic hepar est magnû, à quo fellis vesica pender, ventriculus medius, cor angulatum, in ventre vesica aëre plena, crassa densaq;. Palmi magnitudinem non excedit. Imbecillus est piscis, sed callidus, qui vel retibus, vel nassa vix capiatur, à ciborum illecebris abstinet, tranquillo mari in arena deses quiescit: perturbato tum, perinde ac si intelligeret à piscatoribus mare nō adiri, liberè spatatur. Quæ Oppianus pulchre describit: *Libro 3.*

Ὁυ μὲν δὴ μελάυρον ἀποιστέ), ἔτ' ἐν κύρτω


ῥηδίας ἀποιδν, ἔτ' ἐν λινοέργει κέχλω.

Haud facillè paruis melanurus fallitur arte,

Nec curua capitur nassa, nec retibus amplis.

Cætera ex ipso autore petas. Ælianus eadem ferè prodidit. In Stabiano Capaniæ ad Herculis petram, inquit Plinius, melanuri in mari panem abiectû rapiunt, iidemq; ad nullum cibum, in quo hamus sit, accedunt: melanurus secundum Hicesium minùs nutrit quàm sargus, neq; ea est succi bonitate, neque tam ori gratus. Carne est molli, alga vescitur, vt scribit Aristoteles. Vescitur etiã cæno, is deterior est. Qui in purioribus litoribus degit, & pisciculis vescitur (nam in ventriculo melanuri pisciculus sæpe inuenimus) is magis probandus. Vt sargus vel aurata paratur. *Lib. ii. c. 17. Lib. 31. cap. 2. Athen. lib. 73. Lib. 8. de hist. animal. c. 2.*

De Melanderino.




CAPUT VII.

MELANDEPINOΣ Græcis à nigrore cutis dicitur. Sunt qui picium Venetijs dici autumant, & eum esse qui à nostris in Gallia Narbonensi dento dicitur sed perperam: dento enim noster verus est scarus, cui dentes lati & acuti, non ferrati, sed hominis dentibus similes, vt suo loco demonstrabimus. Melanderini nullam quod sciam, mentionem fecerunt Aristoteles, Plinius, Oppianus, sed Athenæus duntaxat, qui significare videtur melanderinum à

Speusippo *ψυξον*, à Numenio *ψυρον* appellatum: quòd si ita res habeat, utrobique mendum esse suspicor, atque in priore loco *ψογερον*, id est, *αίχρον* & turpem: in altero *ψιδον*, id est, nigrum & squalidum. Is in nostro mari reperitur, & fargi nomine venditur, ob similem corporis figuram. Et est melanuro similis, sed corpore paulò rotundiore, toto ferè corpore nigrescit, circa caput ex nigro purpurascit, sicuti viola, dentes habet acutos, paruos sicuti pagrus. Pinnarum etiam situ, & numero fargo similis, cauda differt, quia in duas pinnas non desinit, sed in vnam latam saxatiliu ritu, ventriculum gulamque habet, circa ventriculum appendices quatuor magnas, hepar ex rubro candidum, à quo fellis vesica pender, splenem magnum, nigrum scari vel lati modo, fel aqueum, cor prius descriptorum piscium cordi simile, lapides habet in capite, carne est non ita molli, sed ferè media, satis boni fucci: vt aurata vel fargus præparandus.

De Coracino subnigro, & Coracino albo.



CAPUT VIII.



CORACINVS Melanuro similis inquit apud Athenæum Speusippus, melanuro verò melanderinus. Quare his coracinus commodè subnectitur. *χορακίνος* appellatio Græca est, qua seruata coracinus Latine meliùs dicetur, quàm coruulus vel graculus, vt à Gaza in libris de histor. animal. conuertitur. Neque enim apud omni

Lib. 8. cap. 30.
et lib. 5. l. 6. 17.

omnes constat, à corui graculive, id est, à nigro colore dictum esse, coracinum, vt docet Athenæus. *ὀνομάσθησαν δὲ διὰ τὸ διλυκεῖς τὰς χόρας κινεῖν, καὶ ἐδέσσει πάλυα*, dicti sunt coracini, quia perpetuò oculos moueāt, & nunquam mouere desinant. & alio in loco, *ὀνομάσθη γὰρ ἀπὸ τῆς χόρας κινεῖν*, dictus est à mouendis oculis. Contrà Cælius Rhod. *παρὰ τὸ χόρον*, id est, τὸ μέλαν, à colore nigro dici putat. & Oppianus.

Καὶ χορακίνον ἐπώνυμον αἰγροῦ χοροῦ.
Et nigro cui nomina dicta colore
Coracinus.

Lib. 1. ἀλιόνη
τιμῶν

Et Vitruuius, vt dictum est LIB. II. coracinum colorem, pro nigro dixit. At non omnes coracini nigri sunt, teste Athenæo. *Κορακίνος δ' ἐκ τῆς νεύρας ἤτιον δὲ ὁ μέλας τῆς λαυκῆς*. Coracinus ex Nilo, minor autè niger albo. Vel meliùs *κρείττων*, id est melior niger albo. Numenius *ἀιολίω* vocat, id est variū. *ῥιπιδίως ἐλασίω, καὶ αἰολίω χορακίνον*. & Athenæus testis est, *κλεοιδέας*, appellatos coracinos, id est cerei coloris. Suspiciari licet Gazā qui coruulum interpretatur, hypocoristicò nomen facere, *χορακίνον τὸ κόρακος*, sed non rectè: nam *κόραξ* alius est piscis cuius post coracinum album & nigrū, meminit Athenæus, *ὁ κόραξ ἱέρακος σπληνρότερος*. Cuius hypocoristicon nomē, non est *κορακίνος* sed *κορακινίδιον*. Athenæus LIB. VII. de coracinis scribens. *ὑποκορητικῶς δὲ ὀνόμασεν αὐτὰς φερεκράτης ἐν ἐπιδήμοιοι τοῖς ἑῷσι συνὼν κορακινίδιοι καὶ μειρινίδιοι*. Has ob causas in Athenæi sententiam magis inclinatur animus, & coracinum Latine nominandum, retenta Græcorum appellatione, non coruulum neque graculum iudico. Græci enim pluribus nominibus piscem hunc designarunt. Nam authore Athenæo coracinus *καπέρδης* & *πλατισακός* dictus fuit, Nili incolæ *πέλιτω* vocant, Alexandrini *ἡμνηρον*. Sed quod in aurata, idem in hoc pisce vsuuenit, vt pro ætatis ratione diuersa nomina sortiatur, eodem Athenæo autore: nam maiores coracini *πλατισακοὶ*, qui mediæ ætatis sunt, *μύλλοι*: minimi *γνοβίδια* nominantur. Nostri Gallia Narbonensis *corp*, per apocopen vocat, alij *durdo*, alij *uergo*, alij *corbau*. Italia fere tota *coruo*. Græci hodie *κόρακον*. Coracinus non est qui Liguribus *tanado* dicitur, quem cantharum esse priùs diximus: est enim coracino minor, & multis aliis notis caret, quæ coracino insunt. Neq; enim *tanado* sic varius est, neque cereus, neque nigras pinnas veluti alas habet, vnde *μελαροπτέρυγον* coracinum appellauit Aristophanes. Verùm ex sequenti descriptione, quid à cantharo & aliis differat perspicuum fiet. Coracinus piscis est marinus, maris stagna etiam aliquando subiens, & Nilum fluuium, & Mæotidem lacum, ex squamosorū genere, Auratę vel melanuro quodammodo similis est, cubitali magnitudine, aliquādo multò maior, dorso repādo, colore subnigro, circa caput vario: maximè enim cū è mari extrahitur, caput subaureo est colore, ad purpureum exaturatum vel ad nigrum

accedente, ita vt aurum subesse videatur, colore ex purpureo nigrescente perfusum. Squamis tegitur magnis & latis: oculos magnos habet, prope hos duo foramina ad odorandum, vel ad audiendum. Ore est mediocri, dentibus paruis. In summo rostro, & inferiore maxilla foramina quædam parua apparent. Ad branchias pinnae magnæ & latæ, in ventre maiores nigrae, qua nota ab aliis squamosis distinet. Podex magnus & rotundus, quem sequitur pinna longa & nigra aculeis nigris & robustis innixa. In dorso alia longissima est, constans aculeis tenui membrana reuinctis, duas esse possis dicere. His maiores, pro corporis magnitudine nullas equidè vidi. Cauda in pinnam vnicam latam definit. Ventriculus magnum habet, cum appendicibus octo vel nouem. Omnia intestina tenuia, hepar magnum, fel in hepate, splenem oblongum & rubrum, in posteriore capitis parte lapillos albos, veluti lupus, quos ad morbos quosdam vulgus vsurpat, gregalis est piscis. Semper enim non vnicus sed multi simul capiuntur. Parit autumnò post mullum inter algas, longo tempore fert vterum. Maxime Hippurus & Coracinus hyeme non capiuntur, inquit Plinius, præterquam æstatis paucis diebus & iisdem semper. Arist. LIB. VIII. de histor. animal. Piscium complures hyeme latent, sed apertissimè hippurus & coracinus: nam hi non capiuntur nisi statis quibusdam temporibus. Ex quibus nemo rectè colliget eum nõ esse coracinum quem nos proponimus, quòd plerunq; hyeme in mari nostro capiatur: quoniam ea est nostra piscandi ratio per sagemam, vt omnes pisces qui in ijs sunt locis ad quos sagemam pertingit, quouis tempore capi possint. Quod in marinis stagnis reperiri dixerim, verissimum esse docet experientia. Etenim in stagnis nostris cum auratis & mugilibus capiuntur, in nostris autem fluuiis minimè. Veruntamen in Nilo degere scribit Athenæus. Φέρει δὲ ὁ νεῖλος καὶ ἄλλα γένη πολλὰ ἰχθύων, καὶ πῶτα ἡδιστα, μάλιστα δὲ τὰ τῶν κερακίνων. πολλὰ γὰρ καὶ τῶν γένη. Idem alibi, κερακίνος ἐκ τῆς νεῖλος, &c. Prius enim locum citauimus & emendauimus. Et Strabo LIB. XVII. ἰχθύες ἐν τῷ νεῖλῳ πολλοὶ μὲν ἄλλοι κερακίηρα ἰδιον ἔχοντες καὶ ἐπιχώριον. γνωμμώτατοι δὲ ὅτε ὀξύρυγχος, καὶ ὁ λευκιδωτὸς καὶ λεύκος καὶ ἀκαβίης, καὶ κερακίνος, &c. Et Plinius. Coracini pisces Nilo peculiare sunt. & alibi. Nilus incertis ortus fontibus, & per deserta & arenaria, originem in monte inferioris Mauritaniae, non procul oceano habet lacu protinus stagnante, quem vocant Nilidem. ibi pisces reperiuntur alebetæ, coracini, siluri. Sunt qui coracinum Nili, à marino diuersum esse dicant, quòd nomen mutant: nam πέλιω vocant Ægyptij, & ἡμίτρον, vt prius ex athenæo diximus. At in alijs qui flumina subeunt idem non euenit: nam mugil dicitur, tam qui in stagnis marinis & fluminibus, quam qui in mari degit. & lupus siue tyberinus, siue marinus, & salmo, lampetre, sturio, eodem semper nomine dicuntur, siue in

Lib. 8.

Lib. 32. cap. 5.
Lib. 5. cap. 9.

in mari sint siue in fluuiis. Sed ex his effici minimè potest, diuersos esse specie, coracinum marinum, & coracinum fluuiatilem, vt nec salmo marinus à fluuiatili specie differt, neq; alofa fluuiatilis à marina, sed succi bonitate & suauitate differunt. nam pisces huiusmodi in fluminibus nutriti, longè præstantiores sunt ijs, qui in mari capiuntur, & qui prope fluuiorum fontes, ijs qui in ostiis, quibus in mare influunt: vt sturio marinus multum suauitate inferior est eo, qui in Rhodano vel Garuna nutritus est: aqua enim dulcis pingues pisces reddit, & odorè illum marinum veluti eluit. Huius rei gustatum iudicem optimum quilibet adhibere potest. Quare nominis varietas differre specie nõ facit, sed ea à fretorum & gentium varietate inducta est. Exempli gratia: Amia in Gallia Narbonensi *boniton*, in Prouincia *palamide*. Trachurus à Vascenis *chicharou*, à nostris *sieurrel* nominatur. Nunc de substantia coracini & succo. Fluuiatilis & maximè è Nilo melior est, niger albo, & elixus asso: est enim stomacho gravior, aluo facilis. & apud Athe. Amphiphis. Qui coracino marino vescitur præsertim glauco, sanè mentis non est: Niloticos verò coracinos dulces, bonæ carnis, suaues esse sciunt, qui periculum fecerunt. Apud eundem dicitur esse subpinguis, minimè mali succi, carnosus, qui multum alarum, facile concoquatur, & distribuatur, omnino myllo præstantior. Marinus siccior duriorq; est, & ob id minus palato gratus. idem esto iudicium de mugilibus, lupis, cæterisque huiusmodi, qui in marino stagno, vel in fluminum ostiis capti pinguiores sunt & suauiores marinis. sed omnes huiusmodi minus salubri esse succo, magisque excrementis abundare censeo, tum ob alimentorum copiam, tum quòd minus exercentur, quæ etiam in causa sunt, cur citius putrescant. Eadem ob causas Galenus mugiles stagnorum marinarum & in fluminum ostiis altos vituperat. Coracinus sale condiebatur. Galenus. Μετὰ σαρδάς τὴν καὶ πελαμύδας οἱ ἐκ τῆς πόντου καὶ μύλλου μύλλον τέλει καὶ μετ' αὐτῆς οἱ κερακίνοι. Post sardas ac pelamydas mylli, qui ex ponto adferuntur, præcipuè cõmendantur, post hos coracini. Et Persius, Saperdamque aduehe ponto. Coracinum autem saperdam etiam dici prius ostendimus. Athenæus verò loco paulò antè citato, in quo coracinum myllo in omnibus præfert, Galeno apertè aduersatur, nisi dicamus à Galeno coracinum maiorem intelligi, ab Athenæo verò minorem, qui myllum pro mediæ ætatis coracino vsurpat, vt antea docuimus: qui verò in suo genere minores sunt, maioribus longè præstant, id quod Galenus ipse de thunnis declarat. Thunorum caro, qui & ætate & corporis mole sunt minores, non perinde dura est, eoque hi facilius coquantur. Coracinus igitur maior, durior est & insuauior, minor contra, & myllo, qui iam satis accreuit, melior. Carbunculos coracinarum salsamenta illita discutit, inquit Plinius: & carnes eorundem aduersus scorpiones valent impostæ. &

Libro 7.

Lib. 3. de aliment. facult.

Ibidem.


Ibidem.

Lib. 32. ca. 10.
Ibidem ca. 5.

ibid. cap. 7.

coracini fel excitat visum. Lapides in capite repertos valere ad nephriticum, vel colicum dolorem vulgus existimat. Alij collo suspensos ad morbum regium conferre credunt. Qua ratione aut facultate equidem nescire me fateor. Et experientia ipsa hoc falsum esse arguit. Ad nephriticum verò dolorem valere sum expertus. Cōminuit enim lapides renum: vel pituitam, ex qua calculi gignuntur, & retinentur, exiccando, vel pondere suo propellēdo, vt lapis Indicus, vel Iudaicus, vel lapis Lyncis. Cælius Rhodig. vir & multe, & variæ eruditionis LIBRO XII. Lect. Antiq. hæc scribit, Palladij locum castigare volens. Scitu non indignū esse, ab eruditis obseruatum vbi Palladius scripsit, coracinam picem aduersus arborum formicas pollere, reponendum, coracinum piscem, & id ex agricolationum magistris in Græcorum sciētia. At nos rem ipsam experiri voluimus, num coracinus piscis antipathia quadam formicas ab arboribus arceat, quemadmodū cancer boues à salicibus, aliisque arboribus. Sed rem aliter habere experientiā ipsā comperi. Quare coracinam picem, vt à resina, quæ nihil aliud est quàm pix alba, differat, legēdum esse iudico, vt & Vitruuius coracinū colorem dixit pro nigro. Coracinus piscis, si paruus sit vt aurata à nostris præparatur, vel in sartagine frigitur, vel in craticula asatur. Si magnus, elixus in aqua, aceto, & vino albo apponitur, & cum succo oxalidis, vel aceto editur. Si diutius seruādus, assus aceto, & pauco pipere cōditur, additis foliis lauri vel myrti vel iuglandis, salsus, elixus ex aceto editur.

De Vmbra.



CAPUT IX.



VMBRA Coracinum sequitur, nec melius certè vmbra corporis sui habitum refert, quàm vmbra coracinum. Ob quam similitudinem piscatores, & ichthyopolę tam Romæ, quàm in Montepelio coracinū pro vmbra, & vmbra, pro coracino vendunt, existiman

tes

tes vmbra, coracinum, latum, sola ætate differre, vt coracinus paruus sit, vmbra maior, latus verò maximus. *Χιείνδου* Græci vocant, quam Latini vmbra, seruata Græci nominis ratione. Græci quidam hodie corrupto vocabulo *Χείον* vocant, alij *μηλοπόπιον*: ab Italis & Massiliensibus, denique à toto illo tractu, qui à Massilia est Neapolin vsque, *vmbri* vocatur: Baionæ *borrugat*, quasi verrucatus, à verruca quam in mento habet, à Gallis *maigre*: in Gallia nostra Narbonensi *daine*, nonnullis *peis rei*, id est, piscis regius, sed peritiores *dainam* à pisce regio & coracino sic distinguunt, vt *peis rei* sit is, qui latus dicitur. *Daina* verò *Χιείνα*: postremò coracinus corp, vt dictum est prius: minùs corruptè pro *daine* dicitur à quibusdam *caine*, omisso *c*. id quod Galli plerunque faciunt in nominibus, quorum initium est *f*. hac autem sublata & *x* in *d* mutando, *daine* fecerunt. Nomen habet *Χιείνα* vel vmbra, à colore nigrescente. Ouidius in fragmento operis de Piscibus: *Et auri*

Chrysophrys imitata decus, tum corporis vmbra
Liuentis.

Siue potius à lineis quibusdam obliquis, à dorso descendentibus aureis & obscuris, quæ aliarum videntur vmbra: vna enim manifesta est, sequens obscura, & sic deinceps à capite ad caudam vsque. Vmbra in multis coracino similis est, verum ab eo differt magnitudine. Coracinus enim ad cubitalem, aut paulò maiorem magnitudinem peruenit, vmbra in multò maiorem molem accrescit, præsertim in mari Oceano: habet & verrucam in mento, qua nota à coracino & lato facilè distinguetur. Cæterum foramina duo ante oculos habet, coracini modo, in summo rostro, & inferiori maxilla foramina aliquot parua, sed manifesta, quæ partes has asperas reddunt: dentibus caret, pinnas quoque similes habet, sed minùs nigras & breuiores, maximè quæ in ventre sunt & dorso, caudam similem. Vmbra alius est color, quàm coracino ob lineas obliquas, quasdam aureas manifestas, alias aliarum, veluti vmbra, vt dictum est: corpore quoque est minùs lato, sed longiore, dorsum minùs repandum. Oculi in vtroque similes. In vmbra squamæ capitis multæ & paruæ. Operculi branchiarum extrema nigrescunt. Partibus internis coracino similis, ventriculum similem habet, totidem appendices, splenem, hepato, fel, similia. Insunt & in capite lapides. Oppianus vmbra saxa frequentare scribit, iis versibus qui capite de sargo citati sunt. Veruntamen in veris saxatilibus non habetur, neque enim molli est carne & friabili. Est tamen in pretio, & diuitum mensis apponitur. Nam quanuis sicca sit carne, & concoctu non admodum facili, tamen suauis est, & candida. Apud Athenæum breuis admodum de hoc pisce firmentio. Epicharmus, inquit, *Χιείνα*, Numenius *Χιείνα*


libro 7.

vocat. Sunt qui *σκιάνην* & *σκινίδην* diuerfos esse pisces credant, quòd alter vera umbra sit, alter piscis umbræ similis. Sed scrupulum hunc adimit Galenus LIB. III. de Aliment. facult. *ἔμδν ὁμοίως μγ-λακλῶ ἔχοντι σάρκα τῆτοις καὶ τοῖς πείρασις ἰχθύσιον οἱ κἀβιοι, καθάρτερ ἔδδὲ σκινίδες, ἢ σκιάνην διαστῶς γὰρ ὀνομαζονται.* Cæterum gobiones non perinde mollem carnem habent, ac isti & saxatiles pisces, veluti nec umbræ, quæ scinides aut scianæ duplici nomine appellantur. Ausonius umbræ meminit, sed ea planè fluuiatilis est: neque enim marina fluuios vnquam subit. Duas igitur umbrarum differentias statuimus, marinam & fluuiatilem, quæ in montium amnibus, vnà cum troctis, à quibus plurimum dissidet, capitur: de qua suo loco plura. Hodie umbra marina Romæ maximè commendatur, & triumuiris rei Romanæ conseruatoribus, capita dono dantur. quemadmodum apud nos delphinorum & glaucorum capita Episcopo Monspelienfi tributi nomine penduntur. Recitat non illepidam historiam de Tamisio parasito Romano Paulus Iouius, vir doctus & elegans. Is Tamisius Romanis aulicisque salibus erat insignis, sed gulæ adeò prostituta vt infamis haberetur. Is cum per feruum, qui in foro piscario in eam curam intentus, excubare solebat, ingentis umbræ caput, triumuiris delatum esse cognouisset, in capitolium pròtinus ascendit, vt simulato apud magistratum negotio, sermonéque de industria protracto, prandium captaret. Sed misero huic res longè aliter cecidit ac sperabat, eoque die magno illi gula constitit. Nam triumuir ad Riarium Cardinalem dono misit, hic ad Cardinalem Federicum sanseuerinum: is rursus ad Chisium Publicanum ditissimum: Postremò Chisius ad scortum quod amabat. Interea parasitus pertimescēs, ne bolus is è faucibus eriperetur, ac veluti coruus hians, per singulorum ædes prædam auide consecatur, huc, illuc, sursum, deorsum cursitans, modò trans Tyberim, modò cis Tyberim. Tandem fessus, anhelans, totusque sudore diffluens, huic enim pinguis aqualiculus propenso sesquipede extabat, cum scorto noui hominis aduentum admirante discubuit. Lapidés qui in umbræ capite sunt, eandem facultatem quam coracini lapides habere creduntur. Ex umbra ius album optimum paratur, & quæ *gelatina* vulgò dicitur, quemadmodam ex lupi carne. Præparatur coracini magni modo. Caput in aqua & vino decoctum ex aceto editur. In sartagine frigunt alij, & cum succo mali arantij edunt. Diuisa etiam in assulas & caryophyllis transfixa, in craticula assatur, oleo frequenter irrigata. Farina probè subacta cõclusa, caryophyllis, cinamomo, sale condita seruatur. Apud Pictones elixa ex aceto, & cepis minutim concisis editur. Scianæ interanea, & squamæ combustæ panos discutiunt autore Plinio.

Lib. 31. cap. 9.

De la-

De Lato.



CAPUT X.



B Similitudinem à coracino & umbra latus disungi non debet, *λάτος* Græcis dicitur, Latino nomine caret. eum esse putamus, quem nonnulli pro umbrina vendunt. sunt qui coracinum album esse credat, quorum sententiam nec probo nec improbo. fit enim persepe vt idem piscis, diuersis in litoribus, diuersis nominibus nuncupetur. Piscis est marinus, reperitur & in Nilo, coracino & umbræ similis, verum maior, candidior, tum carne tum squamis. Tuberculo in mento caret, qua nota ab umbra discernitur, corpore minus est lato quam coracinus, squamis oblique sitis, argenteis. Cauda, pinnis, oculis, naribus, foraminibus ante oculos, branchiis, partibus aliis internis coracinum æmulatur. dentes euidentes habet, lapides in capite. Frequentissimus est Romæ & in Adriatico mari, apud nos non ita frequens. Vocamus *Peis rei*, vt proximo capite diximus: quòd delicatissimus, suauissimusque sit, & dignus Regum mensis. De hoc plura Athenæus, quam veterum quiuis. *Τέτον καὶ ἡ Ἰταλίου κράτιστον εἶναι φησὶν ἀρχέστρατος λέγων ἕτως.*

Libro 7.

Τὸν δὲ λάτον καὶ κληθὲν, ἐν Ἰταλίᾳ πολυδένδριον.

Ὁ Κυλλαιῶς ἔχει πόρθμος, γάμματον ἔδεσμα.

Οἱ δὲ ἐν τῷ Νείλῳ ποταμῷ γινόμενοι λάτοι, ὅ μείεθος δὲ (καὶ) καὶ ὑπερδυναχσίας λίβας ἔχουσιν. Ὁ δὲ ἰχθύς ἕτος λακταῖος ὢν, ἔστιτος ἐστὶ, πάντα βόπον Κυβωαζόμωμος, παραπαλήσιος ὢν τῷ καὶ ἡ ἴστρον γλαμίδι, id est, Archestratus in Italia optimum dicit esse latum, his verbis:


Arboribus facunda; latum celebrem Itala gignit,

Terra sinu Scyllæo, gratum ἔστω suauæ alimentum.

Qui verò in Nilo fluuio sunt lati, inueniuntur tanta magnitudine, vt ducentarum librarum pondus superent. Piscis hic candidissimus est, & quouis modo paratus suauissimus, similis glanidi istri. Hęc Athenæi

verba potissimum me in eam opinionem induxerunt, vt credam piscem, quem nunc exhibemus, verum esse latum: nam nullibi frequentius vidi, quàm in Italia, eo potissimum in loco, qui *Schilazo* hodie quoque dicitur. Romam quoque aduehuntur quamplurimi ex Caieta, Neapoli, & tota illa extrema Italiae ora, quae magna Graecia olim dicta est. Præterea, vt annotauit Athenæus, candidissimus est, & suauissimus. Eum etiam Strabo in piscibus Nili numerat, LIB. XVII. locum protulimus capite de Coracino. Præparatur latus vmbrae vel coracini modo, succi bonitate & suauitate minimè his inferior.

De Boope.



CAPUT XI.

QVAMOSIS aliquot iam descriptis, mænarum species, licet magnitudine longè inferiores, subiungimus, ob similem totius corporis imaginem. A boope autem incipiemus, qui in Gallia nostra Narbonensi, Italia, Hispania, & re & nomine notissimus est. Βοώψ, Βώξ, Βόηξ, Βόολξ dicitur. Βοώψ ab oculorum magnitudine. Βώξ ab Aristotele citante Athen. lib. *περὶ ἰχθύων*. & LIB. IX. de hist. animal. & ab Oppiano LIB. I. Βόηξ à Numæuio, Βόολξ à Speusippo, & ab aliis Atticis, *παρὰ τὸ Βοιωτῶν*, id est, à voce, autore Athenæo. quare & Mercurio sacrum esse piscem fama est, vt citharum Apollini. Pherecrate etiam teste, nullus omnino piscis vocè edit, præterquam Βόολξ. Eodem in loco Aristophanem Byzantium sic reprehendit Athenæus. Aristophanes Byzantius malè ait nos dicere piscem Βόολξ, cum dicere oporteat Βοώψα: quoniã paruus piscis cum sit, magnos oculos habet. sit igitur Βοώψ bouis oculos, id est, magnos habens. aduersus hunc dicendū: si hoc malè nominamus, quare *χαρακίνον* dicimus, non *χαρακίνον*? dicitur enim *ἀπὸ τῆς χάρας κινεῖν*. quare etiã non *Γεῖτρον* dicimus, sed *σίλτρον*? cum sic dicatur, *ἀπὸ τῆς Γεῖτρῆς ἰσχυροῦς τὸ ἄρδν*. Hac Athen. cuius etymologiam Festus Pompeius secutus est. Bocas, inquit, genus piscis à boando, id est vocem emittendo appellatur. A Plinio box, vel vt alij legūt, boca dici


Libro 7.
Cap. 2.

Ibidem:

Lib. 32. cap. 11.

dicitur, Græco nomine non mutato. Quare miror Gazam idem non fecisse, & vocam conuertere maluisse. Venetiis *booba*, in reliqua Italia, *Lib. 9. de hist. cap. 2.* Liguria, Gallia Narbonensi, Hispania, *bogue* nominatur. Piscis est marinus, litoribus gaudens ex mænarū genere, pedali magnitudiue, corpore satis rotundo, non compresso, quale ferè est mugilū. Capite breui, & paruo. Oculis maximis pro corporis magnitudine, vtpote qui totam ferè capitis regionem occupent. Colore est vario. In dorso à branchiis ad caudam lineas ductas habet alias aureas, alias argenteas, minus quàm in salpa illustres, ob quas, ab Aristo. in lib. *περὶ ἰχθύων, ναύβογατος*, *Lib. lib. 7.* id est, in dorso pictus cognominatus est: in ventre nullæ apparent lineæ, sed hîc squamis tegitur argenteis. Pinne sunt spari, canthari, fargi, pinnis similes, cauda subaurea, vētriculus magnus, cum multis appendicibus, intestina tenuia admodum, hepar rubrum, splen ex rubro nigrescens. Nutritur alga, carne, luto. Athenæus lib. V I I I. Βώξ δὲ ἐφθός *ὑπεπλιός, ἀπὸ δὲ οὐδὲν, ὑγρὸν ἀνίξ, βωχίλιος. ὁ δ' ἀπὸ ἀνθρώπων γλυκύτερος ἢ ἀπὸ λώτερος.* vbi pro *Βαπόδοτος*, legendum *Βανάδοτος*, id est, box elixus coquitur, distribuiturq; facillè, iurulētum quid emittens, facilem aluum reddens. Assus succis carbonibus suauior est, & tenerior. In Prouincia satis commendatur, vt etiam ægrotis apponatur. Veteribus vilis, nec vlllo in pretio fuit. Reuera piscis iste in sartagine coctus, vel assus super craticulam mediocriter alit, quia sicciior redditur.

De Boopis secunda specie.




CAPUT XII.

NVLLVS veterum duas boopis species facere videtur, *Lib. 1. ἀλιστ-τιμῶν.* præter Oppianum. *καὶ σμαλίδες, καὶ βλέπος, οἱ δ' σκάροι, ἀμφότεροι τε Βῶκες.* Nostri quoq; piscem quendam, in multis superiori simile, *bogue ravel* appellat: quid verò istud *ravel* significet, non potui omnino assequi, nisi quòd peritiores piscatores, *bogue ravel* dictum esse putant, quia capiat, & vendatur cum piscibus, vulgò *raualle* appellatis, id est, minutis, quique simul elixantur, & appo-

N

nuntur, nec propter paruitatem seliguntur. Is igitur piscis quem boopis secundam speciem facimus, boopi vel menæ similis est. rostro magis acuto, dorso ex cæruleo rubescente, ventre argenteo, cauda rubescente, oculis magnis & variis, nimirum circa pupillam nigram circulo ex aureo virescente, corpore toto latiore quam boops, sed breuiore. Quis sit is piscis difficile est conicere, nisi in genere mænarum numeremus, quique differat à boope non sexu tantum (sunt enim in hoc genere & mares & fœminæ) sed etiam specie, sed propter similitudinem, alteram boopis speciem constituit.

De Mæna.



CAPUT XIII.

Lib. 9. cap. 26.
Lib. 8. de hist.
anim. cap. 30.

Lib. 8. ca. 17.

Lib. 2. serm. 1.

Lib. 31. cap. 8.

MAINIS à Grecis, à Plinio mæna dicitur, Gaza halecem non rectè vertit, neq; *μαρινία* haleculas. Nam halec generis potius nomen mihi esse videtur, ut sit pisciculus omnis vilis, vel muria cõditus, vel piscium fax. Vnde Collumela, tabentes haleculas incrementi minuti pisces, iubet præberi iis qui in viuariis seruantur piscibus. Et Hermolaus piscem omnem vilem halecularium vocat. Est etiam halec liquamen ex intestinis piscium. Horatius:

Ego facem primus & halec

Primus & inueni piper album.

Dicitur & à Plinio alec muriæ vitium. laudatur & Clazomene garo, Pompeique & Leptis: sicut muria Antipolis ac Thuria. Iam verò in Dalmatia vitium huius est alex imperfecta nec colata fex. Quare Plinij vocabulũ retinendũ arbitror. Mæna à Liguribus, ac Romanis seruatis Latini nominis vestigiis *menola* hodie vocatur, à Massiliensibus *mendole*, ab aliquibus *cagarel*, quòd aluum ciëat. A nostris in Gallia Narbonensi *iufcle*. Ab iis qui Adriaticum sinum incolunt, *clane*. Mæna piscis est marinus, ex squamosorum genere, boopi similis, aliquanto latior, & minor: apud nos vix palmum attingit. Rostro est acuto, cap

capite compresso, oculis minoribus, quàm boops, dētibus paruis, hyeme candida, vere & æstate varia. Maculis cæruleis toto corpore, & potissimum in capite, & dorso sparsis. Pinnis aculeis cauda, boopi similis. Vtrinque magnam & rotundam maculam habet in medio corpore. Lapidem habet in capite: internis partibus à boope non differt: mas in eo fœminæ dissimilis, quòd latior sit, & porrectior, fœmina rotundior. Cùm fœtu fœmina impleri incipit, maris color in varietatem quendam, & nigrorem mutatur, & pessima carne efficitur, vocaturq; hoc tempore *τρύγος*, ob fœtorem, opinor: Martialis L I B. X I I.

Fuisse gerres aut inutiles mænas

Odor impudicus hirci fatebatur.

Sic etiam dicuntur Aristoteli *τρύγος*, id est, hircum olere, qui incipiunt venere uti vocemq; inæqualem mittunt, quique libidine, accenduntur: hoc est, malè olere. An verò is sit qui ab Athenæo, *τρύγος* dicitur, alio loco inuestigabimus. Cùm Roma Venetias venissem, mænas tanta coloris varietate consexi, præ his quæ hyeme venduntur, ut vix primo aspectu agnoscerè. In nostro enim litore minus vario colore depictæ sunt, neque solum ideo quod magna ex parte periit color in forum delatis, sed etiam in ipsa fagena. Mæna parit brumæ tempore. Quo tempore vterum fert, melior, ut reliqui ferè pisces omnes. Apud Athenæum Hicesius melioris succi mænas esse censet, quàm gobiones, non tamen ori tam gratas esse, neque tam facilè aluo deiici, qua in re falli ipsum existimo: quoniam gobiones friabili carne sunt, nec saxatilibus multò inferiores: quare non possunt mænae melioris esse succi. Non negarim tamen mænas carne esse media, boniq; succi. Coctas in sartagine magis probo, quàm elixas. Cæterum nullo in pretio fuisse apud veteres ostendunt versus Martialis paulò antè citati. Earum aliquem esse in medicina vsu, Dioscorides docet: Mænarum ex capitibus cinis si illinatur, callosas sedis rimas abolet. Eius etiam garum, oris putrilagines collutione sedat. Et Plinius, capitibus mænarum cinis cum allio tritus, ad thymia crudis illinitur. Quid autem sit hîc crudis non video. Quamobrem sedis legendum esse puto. Hâc vim smaridibus tribuit Dioscorides. Sed cùm sint eiusdem generis pisces, carne & facultate arbitror nõ multum dissidere. Præterea, mænae falsæ cum felle taurino illitæ vmbilico, aluum soluunt. Earum etiam ius assumptum aluum soluit, quam ob causam fortasse à Prouincialibus quibusdam *cagarel* mæna à cacando dicta est. Rursus Plinius, Capitibus mænarum cinis, ad rhagadas, & condylomata vtilis. Et mænarum muria, & capitum cinis cum melle sanat strumas. Et Anginas mænarum falsarum ex capitibus cinis, ex melle illitus abolet. Porro Galenus. Capitibus mænidum sale inueteratarum ad sedis rimas vtebatur quidam, & is ipse ad Columellam diu induratum. Videtur ergo

Arist. lib. 8.
de hist. ca. 30.

Lib. 5. de gener.
ner. animal.
ca. 7. & sect.
probl. 4. & 25.

Lib. 7.

Lib. 2. cap. 30.

Lib. 32. ca. 10.

Ibidem.


Ibidem ca. 8.

Ibidem.

Lib. 3. de fac.
simp. med.

vis illarum deficcare, non admodum acriter: hoc enim adustis quibusdam inest, quemadmodū deficcandi vis omnibus. Et Paulus Ægi. de eadem re loquens καὶ γὰρ γαργαρέωνας χροῖας ἐσκιρρωμένους ὠφελεῖ. Vbi interpres γαργαρέωνας guttur malè conuertit, cūm gurgulionem vertere debuisset. Est enim carnosā particula, è palati extremo suspensa, veluti plectrum ad formandam vocem conferens: vocant etiam Græci κίβνα, Latini columellam vel vuulam. Fit autem scirrhus à materia crassa vel glutinosa, aliquando ex inflammationis malè curatæ reliquiis: cui malo curando exiccantia non conuenire, & ratio & experientia docent. Nam durata medicamentis malactis egent, non iis quæ multūm siccent vel digerant. Hęc enim id quod tenue est discutunt, quo discussō morbus curatu difficilior redditur, nimirum manente eo, quod crassius & durius est. Nisi quis contēdat, ea non omnis scirrhi curationi conducere, sed eius tantūm, qui ex pituita crassa, & vt ita dicam, congelata ortus est, vel ex intempestiuo, aut immodico medicamentorum refrigerantium vsu. Propterea quod crassūm, vel glutinosūm humorem incidant & attenuent, postremò siccitate sua absumant, congelatum verò dissoluant calefaciendo, & dissolutum discutiant. Sed quæ Galenus de capitibus menidum scribit, non ex sua sed alterius cuiusdam sententia profert. Capita mænarum cūm salsa & exiccata sint, vim exiccandi habere constat, & multò magis si assa in cinerem redigantur. Quare nec mirum si cinis ad anginas valeat, vt & illa omnia quæ affluentem humorum copiam absumunt, quemadmodum cinis hirundinum, & stercois canis. Eadem ratione ad oris vlcera, cinis è capitibus mænarum conducit, quod putridum est ex edendo, ob quam causam etiam thymos sanat.

De Smaride.



CAPUT XIII.

Lib. 8. de hist.
cap. 30.

Cap. 11.




MARIS & Græcis & Latinis dicitur, Gaza cerrum Latinè vertit: ob id fortasse quod Neapoli smarides vulgò dicuntur cerres, Massiliæ gerres. Mirum cur non potius Plinii & Martialis appellatiōe vsus sit, qui gerres dicunt. Plinius LIB. XXXI. in catalogo piscium.

Mar-

Martialis in versibus superiori capite citatis. Smaris ea mænæ species est, quæ λουγκμαίης etiam à Græcis dicitur, id est, mænna alba quia semper alba remanet, cūm mænna prior colorem mutet: vnde deductum putant quod præ timore pallidos, smaritos Itali vocent. Venetiis hodie *giroli* & *gerruli*. in Gallia nostra Narbonensi, & Hispania, *pica-rel*, ob id fortasse quod salitus hic piscis, & fumo exiccatus, linguam acrimonia quadam pungit & mordet. Vehementer errant, qui lencomænides esse putant, quas *harengades* vel *harengs* nos dicimus, nonnulli haleculas. Sunt enim ex thrisarum, non ex mænarum genere, & maximè in oceano capiuntur, quo non penetrauerant veteres, qui de piscibus scripserunt, de quibus suo loco dicemus. Smaris marinus est piscis, mænæ similis, sed minor. Est enim digiti tantūm magnitudine, corpore strictiore, rostro acuto, maculam vtrinque nigram habet, notis caruleis, versicoloribusque caret. Sed candida est, lineas quasdam argenteas, & subaureas obscuras à capite ad caudam ductas habens, pinnis, aculeis, cauda, partibus internis, mænæ similis. Hunc piscem garum esse nominis affinitas facit vt suspicer, cūm pro garo cerrus dicatur, & à Plinio & Martiale multitudinis numero gerres. & Antipoli hodie *garon*. Præterea ex hoc pisciculo optimum fieri garum experientia quemlibet docere potest. Ex Garo vero pisce optimum fieri garum testis est Plinius. Aliud est inquit, liquoris exquisiti genus, quod garum vocauerunt, intestinis piscium, cæterisque quæ abiicienda essent sale maceratis, vt illa putrescentium sanies. Conficiebatur ex pisce quem Græci garum vocabant. Smaris eodem succo carneque est, qua mænna & ad eadem ferè omnia valet, ad quæ mænna, eique Plinius tribuit quæ Dioscorides mænæ. Plinius. Smarides tritas, illitas ad thymia sedis conferre scribit, vt cinerem capitis mænarum, & Dioscorides. Smaridis piscis caput exustum, excrescentes vlcera oras, puluillōsque reprimat, nomas cohibet, thymos clauosque absumit. Caro non secus ac salsamentum prodest à scorpione percussis, aut à cane demorsis. Galenus post mænnam de smaride nihil scripsit, hanc opinor ab illa nihil differre existimans. Paulus Ægi. mænnes smarides subiungit. Smaridis, inquit, caput tostum ad pilorum defluuia cum adipe vsino conducit. Ex his colligat lector, quibus, & quot remedijs quæ minimo pretio comparari possunt, careat is qui piscium historiam ignorat. Præparatur smaridis vt mænna, & vt squamosi alij. A piscatoribus sale cōdita, aëri exponitur, vel in camino suspenditur, & exiccatur. Alij antiquorum more in muria sinunt tabescere, vt garum faciant. Ex qua optimum & suauissimum garum paratum vidi, apud Gulielmum Pelicerium episcopum Monspeliensem, virum summa laude dignissimum.

N 3

De Pagro.



CAPUT XV.

N Squamosis sunt phagri, erythrini, hepatis, synagrides, inter se similes. De quibus deinceps agemus, ob similitudinem quandam quæ illis etiam est, cum aliquot iam descriptis. De pagro autem primùm dicemus, quòd is notissimus sit. φάγρος autem vel πάγρος, vel φαγούριος Græcis dicitur. Latini Græcam appellationem, populi multi eiusdem vestigia constanter retinuerunt, quod maximo argumento est, veterum pagrum esse quem hîc exhibemus. In toto litore Gallia nostræ Narbonensis, *pagre* dicitur, Italis *pagro*, nonnullis *phagorio*. Hispanis quibusdam *bezogo*: Dalmatis & Lusitanis *phagros*. φάγρος dictus est quasi φάγος, id est vorax, inferendo ρ. quemadmodum in ὕστερον pro ὄσσειον, quæ etymologia naturæ huius piscis optimè quadrat, de qua mox. Caue autem pagrum cum paguro confundas, quod docti quidam fecerunt, nominis affinitate decepti: plurimùm enim à sese dissident, nam pagurus est in cancrorum genere, de quo suo loco. Pagrus piscis est marinus, litoralis, aliquando pelagijs, & inter Niloticos ab Athenæo & à Strabone connumeratus. Corporis forma, pinnis, earundem situ, numero, aculeis, cauda, parvæ auratæ similis, colore dissimilis: est enim colore ruffo, qua nota cum erythrino convenit, cum eo capitur, ac pro eodem venditur, ab erythrino tamen dissidet, quia è ruffo ad cæruleum hyeme magis vergit, erythrino semper rubet. Pagrus rostro est spissiore, rotundiore, ad aquilini nasi formam accedente, toto corpore rotundiore & latiore. Ventriculum maiore, splenem minorem habet erythrino, vesicâ quoq; aëre plenam maiore. Appendices & intestina eadē quæ auratæ, hepar sine felle, cor angulatum, lapides in cerebro. Quam ob causam frigus pertimescit,


Libro 7.
Lib. 17.

vt

vt lupus, umbra, cæterique omnes, quibus lapides sunt in capite. vescitur luto, alga, carne, vt sepiolis, squillulis, loliginibus, cochleis. sunt qui echinis etiam vesci putent, sed an propter aculeos possit attingere, dubito: quanuis latas maxillas & dentes anteriores, acutos habeat. Aristoteles citante Athenæo scribit, *Σαρκοφάγον εἶναι αὐτὸν*, *Libro 7: καὶ μετρητὴν, καὶ ῥοδίαδου ὃ ἔχειν περὶ τῶν, ἀκμύζην τε ἑάρως.* quæ in Aristotelis libris, qui nunc extant, non reperiuntur, suntque diligenter expendenda. sarcophagum esse pagrum nemo ambigit. solitarium verò esse, vix credat aliquis, cum maximè in litore nostro non nisi multi simul capiantur, nisi quis *πανάγρω* hoc adscribat, id est, huic retis generi, quo omnia capiantur, omnia nimirum quæ obuia sunt, & ad quæ pertingit rete. Cor trigonum intelligit angulatum, cuiusmodi est in plurimis piscibus. Quid verò sit illud, *ἀκμύζην τε ἑάρως*, satis ambiguum est, num vere vigere dicit, vt significet eo tempore edendum esse, quòd tunc sit veluti in ætatis flore, ideòque carnosior, succi plenior, suavior, minúsque excrementis abundans, ob crebras exercitationes & natationes? At Arcestratus ad omnem luxum ingeniosissimus apud eundem Athenæum ait, *Ὁ οὐρανὸς ἀναπέμποστος δὲ τὸ φάγρον ἐδίδην*, id est, canicula oriète, edendum esse phagrum: quo fit vt mendosum esse locum suspicer. Cumque piscium alij vere, alij autumno, alij estate, alij hyeme, alij vere & autumno, alij vere, æstate & autumno, vt nullus, alij vere & autumno pariant, sitque pagrus ex his qui vere pariant (certum est enim circa veris finem parere) legendum esse puto, *τιτλή ὃ ἑάρως*, id est, vere parit. Hic est de pagris & similibus: φάγροι τὸ χρομῖς, καὶ ἀνθίας, καὶ ἀκαρνάνες, τὸ ὄρφοι, καὶ Ἰωνοδόντες, καὶ Ἰωνογρίδες τὰ μὲν γένη παραπλήσιοι ὑπάρχουσιν, γλυκεῖς τε γὰρ καὶ παρὰ τὸ φάγρον τὸ φημι. καὶ τὸ λόγον ὃ καὶ δυσέκκελοι, Ἰορμώτεροι ὃ ἀλλὰ οἱ Σαρκοφάγος, τὸ γεωδέστεροι, ἐλάττονα τε σπημελῶ ἔχουσιν. phagri, chromis, anthias, acarnanes, orphi, synodontes, synagrides genere quidem similes sunt, siquidē dulces & adstringentes, satis nutrientes, & iure quidem difficilè excernuntur. magis autem nutriunt carnosii, & magis terreni, minúsque pingues. Dulces quidē suaues & palato gratos accipere oportet: nam quod dulce est, vt mel, saccharum, sapa, tātum abest vt adstringat, vel aluum sistat, vt potiùs leniat. constringentes verò nō austeri vel acerbii, sed qui non facilè excernantur. Sunt igitur pagrus & similes suaues, media carne, vel satis sicca, unde fit vt aluum non ciēant, vt molles & prehumidi, & satis nutriant. Pagrus marinus fluuiatili salubrior est, vt & alij pisces qui relicto mari flumina subeunt, cuius rei causam exposui capite de coracino. Hinc demere oportet pisces eos, qui virus, vel ferinum quid redolent, vel nimis strigosi sunt, vt sturionem, lampetram, alosam & similes, qui & suauiores & salubriores & magis opimi in aquis dulcibus efficiuntur. Arcestratus pagri caput

Lib. 32. ca. 10. præfert. Plinius inter remedia, quæ febrim circuitus tollunt, et hoc recenset. Pagri fluuiatilis longissimus dens capillo adalligatus, ita vt quinque diebus eum qui alligauerit, non cernat æger. quem locum corruptum esse facile iudicabit is, qui pagrum nouerit, cui dentes alij alijs longiores nulli sunt. Alij paguri fluuiatilis substituunt, sed eadem dubitandi occasio est, quid per paguri dentem longissimum intelligi oporteat, nisi fortè è forficulis denticulatis (his enim verbis vtitur Plinius eodem libro) longissimum. Quare hunc locum doctis æstimandum relinquo.

De Erythriuo.



CAPUT XVI.

Lib. 32. ca. 10. **E**ΡΥΘΡΙΝΟΣ vel *ερυθρινός*, aliquando à Plinio rubellio, aliquando seruato Græco nomine erythrinus dicitur. Gaza Plinium imitatus rubellionem vertit. nomen à rubro colore positum est. Cyrenæi autore Zenodoto apud Athenæum *θηκλιω* vocabant, autore verò Clitarcho, vt idem alibi scribit *θηκλιω*, qui Græciam nunc incolunt *λευθρον* corrupto vocabulo, pro erythrinum. In Gallia Narbonensi & Hispania *pagel*, Romæ *phrangolino*, vel *phragolino*, quasi paruum pagrum. Confundunt enim isti omnes pagros cum erythrinis. In Liguria, & quadam Italiae parte *pagro*. Obseruandum diligenter est cuculum, lucernam, aliósq; rubros pisces, Gallis, & maxime Parisiensibus dici *rougetz*: nobis autem Monspeliensibus, mullos, *rougetz* nuncupari. ne quis Gallica nomina cum Græcis temere confundens, illos erythrinos esse putet. Erythrinus piscis est marinus, pelagijs autore Aristotele, secundum Oppianum litoralis.

Lib. 8. de hist. animal. ca. 13.
Lib. 1. αλιων τιμων

Οί μὲν γὰρ χθαμαλοῖσι παρ' ἀρηλοῖσι (νέμοι)
Ψάμμον ἐρεσθόμνοι, καὶ ὅσ' ἐν ψαμθοῖσι φέοι
Ἰπποὶ καὶ κρυγέες τε τοὶ ἔσθιοι τε ἐρύθρινοι.
Nonnulli flauam pisces in litore arenam

Man

Mandunt, & terra quicquid nutritur in alta.
Hippi, cocciges celeres, flauique erythrimi.

Hyeme quidem in alto mari degunt, æstate verò terram petunt, & circa litora capiuntur. Sunt & quædam profunda litora, in quibus etiam quouis tempore degere possint. Erythrinus colore est rufo siue rubescente, ventre candido, corporis forma, pinnarum situ, numero, cauda, aculeis branchiis, pagro similis, rostro acutiore & strictiore, corpore minùs lato, oculis magnis, in quorum tunica cornea binæ maculæ aureæ apparent, ore est paruo, dentibus admodum paruis, rotundis acutisque. Intus candidissimus est, ventriculum medium habet, cum paucis appendicibus sed crassis & magnis: intestina crassa, hæpar ex albo rubescens, à quo pendet fellis vesica ob longa, mesenterio & spleni alligata. Splen ex rubro nigrescit, & magnus est, si corpus spectes. Lapides habet in cerebro. In erythrinis, passerum generibus, & channis, nulla est distinctio maris & fœminæ, sed omnes fœminas esse argumento est, quòd in omnibus oua reperiuntur æstate, quæ parere debent. Capiuntur æstate, rarò hyeme, vel quia pelagij cum sint, æstate ad litus accedunt, vel quia piscatores, æstate quàm longissimè possunt à litore, retia sua expandunt. Falsum est hos verti in dentices. Qui error inde ortus est quòd cum maiores fiunt, propius ad synagridis, denticisve formam & colorem accedunt, minùsque solito rufi sunt, ac veluti canescunt. Quem colorè aptè refert minium pauco candido dilutum, sed facile peritus maculis, & dentibus, à synagride distinguet, de qua postea. Est & illius error coarguendus, qui vulgò dictum pagellum siue phragolinum quem hîc representamus non esse veterum erythrinum existimat. Verum id me plurimum mouet, inquit, vt ab illorum opinione recedam, quòd Aristoteles & Plinius erythrinus vel rubeculas grauidas, & ouis plenas toto anni tempore capi asserant. Cum in eo genere mares non sint, quòd phragolinis minime accidit, qui pluribus anni temporibus, sine vllò ouorù vestigio comeduntur. locus Aristotelis est LIB. IIII. de hist. animal. Quemadmodum in ostracodermis & plantis est quòd parit & generat, nõ autem coeat: sic & in piscibus passerum genus & erythrinorù & channe, omnia ex his oua habere cõperiuntur. Et lib. VI. de erythriuo & channa ambigitur: omnes enim grauidi capiuntur: & Plinius in quodã genere omnino non sunt mares, sicut in erythrinis & channis: omnes enim ouis grauidæ capiuntur. Est & alius de eadè re Aristotelis locus lib. de gen. anim. His in locis, & omnibus alijs in quibus aut Aristoteles, aut veterù autorum quiuis, piscis huius meminerunt, omni anni tempore ouis plenos erythrinus minime dixerunt, sed quo tempore veterum ferunt, hoc autè illis vere accidit, omnes ouis pleni semper reperiuntur, vnde omnes fœminas esse colligunt autores. Quis verò tam fœcundus est

Paul. Iouinè
lib. 1. cap. 13.


Cap. 11.

Lib. 9. cap. 16.

Lib. 3. cap. 5.

piscis, qui omni anni tempore ouis grauidus capiatur, ne nullus quidem, qui ter anno parere dicitur. Ex quibus perspicuum est, ex eo quod pagelli nostri siue phragolini, aliquando sine ouis reperiantur, non effici eos non esse veterum erythrinus. Qui pisces inter se similiores sunt quàm phagrus, erythrinus, hepatus, synagris? At hepatum & synagridem manifestæ notæ, & minimè dubiæ, à phagro & erythrinis distinguunt, vt mox dicemus. vnde fit, vt phagrus & erythrinus supersint quàm simillimi, adeò vt etiam à vulgo confundantur, vt ex horum descriptionibus liquet. At de nostro pagro nemo dubitat, quin is antiquorum sit pagrus. Quare restat erythrinus, proculdubio is qui *pagel* à nobis, à Romanis *phragolino* dicitur, quasi paruus pagrus. Olim piscem istum neque vilem, neque commendatum fuisse comperio. Si quis tamen illius substantiam mediam glutinosi humoris expertem consideret, & degustet, is murænis & buglossis aliisque permultis, qui & apud veteres fuerunt, & apud nos sunt magno in pretio, præferet: nam neque dura carne est, vt cuculus, draco, neque molli vel diffluente, vt aphyra, neque tenaci glutinosoque succo, vt anguilla, sed carne auratis cæterisque mediæ substantiæ piscibus similis: ideoque bonum succum gignit, satis alit, non difficile coquitur, aluum non ciet: quia mediocriter sicca est carne. Paratur vt aurata, frigitur etiam, & aceto, foliis lauri, myrti, citri, iuglandis aspergitur, diutiùsque seruatur. Æstate elixus, ex aceto rosacco suauissimè editur.

De Nouacula pisce.




CAPUT XVII.

SVNT Qui piscem hunc, quem hîc exhibemus, verum erythrinum esse existimant, hac ratione moti, quod colore rubro sit, siue ruffo, pagri modo. At cum corporis figurâ pagro dissimilis sit, & capite tantùm quodam modo similis, ab his dissentio, sequorque in hoc pisce, vulgarem appellationem, quam ex Latina sumptam arbitror: dicitur enim

enim *rason*, quæ vox nobis, & Hispanis nouaculam significat, à Plinio verò, qui solus ex veteribus piscis huius meminit, nouacula piscis. Eius verba sunt: Nouacula pisce quæ tacta sunt, ferrum olent: Lib. 32. cap. 21 nam in vulgaribus codicibus perperam locus hic legitur, & eo quocitavi modo restituendus, & meritò quidem nouacula dicitur: est enim dorso cultellato, quo maiorem nouaculam aptè repræsentat. Piscis est marinus squamosus palmi magnitudine, tres digitos latus, vnum spissus, capite pagrum quodam modo refert, posteriore corporis parte buglossum, ore est paruo, dentibus acutis, magnis & recuruis: oculis est paruis, à quibus descendunt ad os lineæ obliquæ purpureæ, & cæruleæ: squamis tegitur magnis rubescentibus. A capite ad caudam protensa est pinna vnica & continua, altera à podice, qui ori quàm caudæ propior est, ad caudam. In arena viuit. Piscis est Rhodi frequens, & in Melita insula, ex quo post Rhodum à Turcis expugnatam illuc migrarunt milites, qui Rhodij appellantur. Capitur & in Maiorica Minoricâque insulis, & inde à Pigno discipulo quondam meo ad me missus. Carne est tenera, & delicatissima, ac in illis insulis, quas modò nominavi, summo est in pretio.

De Hepato.



CAPUT XVIII.

HE P A T V S similis est pagro & erythrinis, inquit Speusippus. De hoc igitur nunc dicendum: *Ἡπατος*, ἢ *λεβίας* Græcis dicitur, Gaza verbum è verbo exprimés iecorinum interpretatus est. Hermolaus modò iecur marinum, modò hepatum appellat. Huius piscis nullum vulgare nomen, neq; in Gallia, neque in Hispania, neque in

Italia potui à piscatoribus extorquere, à solis Græcis huius temporis didici *Κεττούρον* hodie vocari: cæteri omnes anonymum esse dicunt ob raritatem, & pro mæna vendunt, à qua tamen plurimum oculorum magnitudine, corporis latitudine, colore differt. Hepatus piscis est pagro similis, oculis maioribus quàm pro ratione corporis, vt melanurus, colore obscuro, seu ex caruleo nigrescente, pinnarum numero, situ aculeisque pagro similis, latiore, maioreque cauda, nigram in ea maculam habet, melanuri modo, ad quem alludit is, qui apud Athenæum dicit sebilem non habere, vt nec hepatus habet, seque ex iis esse, qui *μελαμβόωνοι* sunt. Dentes non latos, sed rotundos, acutos, ferratos. ventriculum magnum cum appendicibus quatuor, intestina tenuia, hepar album sine felle, cor angulatum, branchias quaternas vtrinque, in cerebro lapides duos. Hunc piscem, quem proponimus, veterum hepatum esse, notis omnibus diu multumque consideratis, & cum aliis frequenter collatis, mihi ipse persuadeo, & equos rerum æstimatores mihi assentiri cogunt notæ omnes, hæpato à veteribus tributæ: quarum nulla omnino huic nostro pisci repugnat. Primum pagro similis est, deinde colore est nigro, postremo sine felle: quæ tres præcipuæ sunt hepato notæ. Quas ne comminisci videamur, audiamus Athenæum de hepato loquentem: *Διοκλῆς τρίτον φησὶ τῶν περὶ τῶν εἰναι, Σπιδί (ἵππος δὲ ὁμοίον φέρει τὸ ἥπατον. ἐστὶ δὲ μνήρης, ὡς φησὶν Ἀριστοτέλης, Σαρκοφάγος τε καὶ κερχαρόδους, ἢ χροιδὸν μὲν μέλας, ὄφθαλμοὺς δὲ μείζονας ἢ κροθ' αὐτὸν ἔχων, καρδίαν τετραγώνην, λαλεῖν.* Diocles hunc ex saxatilibus esse dicit, Speusippus autem similem pagro hepatum: est autem solitarius, vt ait Aristoteles, carne vescitur, ferratis est dentibus, colore nigro, oculis, habita ipsius ratione, maioribus, cor trigonum, album. Et alio in loco Athenæus ex Archilocho scribit eum felle carere: ex Hegesandro duos lapides in capite habere. Huc accedit, quòd paucas ventriculi appendices tribuit Aristoteles, sicuti in hoc quatuor tantum inuenimus, vt prius est dictum. Quòd solitarius sit, id ipsimet piscatores fatebuntur, qui & rarò vel potius nunquam multos simul capiunt. Quòd carniuorus, ostendunt ea quæ in ventre & intestinis reperiuntur, dentibus esse ferratis, colore nigro, oculis maioribus *ἀλλοίωτα* ipsa docet. Quòd cor angulatum habeat, hoc illi cum multis commune est. Quum verò album esse dicit, mendum subesse opinor. Cùm enim in corde maximè abundet, & perfectius coquatur sanguis, ne in candidissimis quidem piscibus, album esse potest, nisi partem supremam cordis accipias, quam *αὐλὸν φλεβο-υδρωδὸν* vocat Aristoteles, de qua fusiùs libro tertio. quare legendum esse puto *ἥπαρ λαλεῖν*: huic enim pisci hepar est huiusmodi, vt prius

Lib. 3.

Libro 7.

Libro 3.

Lib. 2. de hist. animal. ca. 17.

Cap. 14.


diximus. Sed argutus quispiam fortasse hinc obstrepet, & nos nostro iugulabit gladio. Cùm enim, dicet, in hepate sanguinis sit officina, cur non rubrum erit, vt cor, vel qui candidum dici poterit? Animaduertendum est hepar in piscibus nonnullis, vt in mustella marina, in asellis, & aliis multis album ab autoribus dici, non certè quòd de candore, cum niue possit contendere, sed quòd cum aliorum piscium, vel animantium hepate collatum, candidum dici possit, & vt magis exprimamus ex rubro albescat. qui enim branchiis spirant, minusque calidi sunt, sanguinem magis pituitosum & magis album gignunt, non aliter quàm qui anafarca laborat, quòd pituita pro sanguine gignant, candidiores fiunt. Quare in istis hepar minus rubescit. Cor verò multò calidius sanguinè coquit, perficit, rubrumque efficit, splen verò quia sanguinem atrum trahit, non potest non rubere quouis sanguine cum atro permisto. Hæc omnia me impulerunt, vt apud Athenæum legendum putem *καρδίαν τετραγώνην, ἥπαρ λαλεῖν*. Sunt qui piscem eum qui Lutetiæ *egresin* vulgò dicitur, hepatum esse arbitrentur, ob id fortasse quòd magno & delicato sit hepate. Sed hoc falsum esse multa coarguunt: nihil enim illi est cum pagro seu erythrina commune. Præterea nigro colore nò est, vt hepatus: denique notis ferè nullis hepato similis est, qui *egresin* dicitur: quis verò is sit, suo loco ostendam. Ælianus vno loco iecorini meminuit, quem si *ἥπαρ* Græcè vocat (penuria enim codicis Græci facit, vt dubitem) certè is hepatus non est, quem ex Aristotelis & Athenæi sententia exhibemus: scribit enim citante Pe. Gyllio iecorinum mustellæ similem esse, quæ ab hepato nostro plusquam *δὲς διὰ πῶσων* distat: alio loco ait in specubus abditos latere maris incolas oues, & hepatos (quanquam in versione epathos malè vt opinor) & à piscatoribus præpentes nominari solitos, ij quidem quanquam maximi videantur, tamen ad natandum segnes sunt, non enim à suis latibulis longè aberrant, imò verò circum ea ipsa semper volutantur, infirmioribus piscibus adnatantibus insidias faciunt. Et Oppianus LIB. I. *περὶ βέλων καὶ ἥπατων* in fundo & saxis cauis delitescere scripsit. sit ne is hepatus noster, nò facilè est iud. care: nullas enim notas appingunt, quibus internoscatur. Diocles apud Athenæum saxatilem facit, verum saxatilis propriè non est, vt saxatiles pisces appellant Medici, qui sunt omnium optimi, carne molli & friabili. Hic autem quia carniuorus est, duriore est carne. Rectè igitur dicemus cum Galeno *Lib. 3. de Alim. facul.* hepatum in medio esse piscium duræ carnis & mollis, quemadmodum auratam, pagrum, vmbra & alios huiusmodi. Præparatur vt pagrus vel aurata.

Lib. 11. cap. 27.


Ibidem. ca. 32.

Lib. 3. de Alim. facul.

De Synagride.



CAPUT XIX.



SYNAGRIDES Græcis dicitur, Gazæ dentex, quo etiam nomine *Συνόδοντε* conuertit, quia Synagridem & synodontem eundem piscem esse existimat. Græci quidam etiam hodie vocant *Συναγρίδα*. Italis *dentale* dicitur. A Mafsiliensibus *denté*. In Gallia nostra Narbonensi *marmo*: pro mormiro ostenditur, venditurque. Admonere hîc oportet, ab ichthyopolis nostris scarum Aristotelis *denté* vocari, à dentibus magnis & latis, ne quis hunc nostrum *denté* cum *dentali* Itatorum, & synagride, vel synodonte confundat. Synagris piscis est marinus, in litoribus, & eorum faxis degens, corporis figura auratæ, vel erythrina similis, pinnis quoque, & aculeis, & squamis, & colore: nam ex albo rubescit, sed maculis veluti punctis aspergitur. Capite magis est compresso, quàm aurata, vel pagrus, quaternos in vtraque maxilla dentes, caninis similes habet, inter alios paruos eminentes, internas partes sicuti superiores pisces. Lapidés in capite. In Adriatico mari in insignem magnitudinē accrescit, in nostro litore auratam non superat. Sunt qui synodonta non genere quidem sed specie à synagride differre arbitrentur. Athenæus enim ex Epicharmo tanquam diuersos ponit *Συναγρίδας μάζες τε, Συνόδοντες τε ἐρυθροποικίλους*. alibi synodontis meminit sine synagride. Ego verò sentio synagridem, & synodontē sola ætate differre, cui simile quid in auratis & coracinis prius annotauimus, vt synagris dicatur minor & iunior, synodon maior, vnde synagridas *μάζες*, id est, vt opinor, delicatas & teneriores nuncupauit Epicharmus: minores enim pisces, & qui ætate nō multū processerunt molliores & delicatiores sunt grandioribus. Synodontem verò *ἐρυθροποικίλον* cum varietate rufum, siue rubrū, quē Numenius vocat *μέγαν* & *λαχόν*, quod epitheton cum *ἐρυθροποικίλω* pugnare videri posset. verūm *λαχόν*

Libro 7.

Libro 8.

Athen. lib. 7.

λαχόν


λαχόν Numenius vocat, à subiecto & veluti primo colore, qui albus color, cum tanquam punctis rubeis aspersus sit, *ἐρυθροποικίλος* ab Epicharmo dicitur. Sunt in synodontis capite lapides, vnde synodontides gemmæ Plinio. Hac in sententia de synagride & synodonte permaneo, quoad alius differentiam aliquam siue notam præter ætatem, qua discerni possint ostendat, nullam enim aliam hætenus inueni. *συνόδους καὶ χάραξ τε μὲν αὐτῶ γένους εἰσι, διαφέρει δὲ ὁ χάραξ*, inquit Athenæus. Eiusdē generis sunt *συνόδους* & *charax*, præstantior autem est *charax*, cuius iconem non propono, in nostro enim mari non reperitur, neq; ab Aristotele Pliniove vlla huius facta est mentio, sed ab Athenæo breuiter tantum, vt dictum est, & ab Æliano. maris rubri foctura est *charax* nominatus piscis, pinnas habet, & vtrinque à tergo auri similitudinem speciemque gerit, inferiores partes purpureis cingulis illustrantur, similiter eiusdem cauda auri similitudinem gerit. Purpureus color oculos pulchrè adumbrat. Oppianus LIB. I. *Ἀλιότικῶν* nominauit tantum.

Lib. 37. ca. 10.

Libro 8.

Lib. 11. cap. 50.

De Acarnane.



CAPUT XX.

PISCEM Quem hîc exhibemus, nec in Prouincia, nec in Gallia Narbonensi, nec in Hispania videre potuimus, sed Romæ tantum, vbi inter erythrinis, & pro erythrina venditur, eodémque nomine scilicet *phragolino*, nuncupatur. Idem est fortasse qui *albores* etiam dicitur Venetiis, quod albus sit. *Αχαρνῶν* dicitur ab Athenæo. Alibi *ἄχαρνος*. Ab Aristot. *ἄχαρναις*, & *ἄχαρνα εἶδος ἰχθύος* apud Phauorinum. Acarne legitur in vulgaribus Plinij codicibus, in catalogo piscium, Appellationes alias aut vulgares, aut Latinas non comperi. Dicimus igitur acarnanem piscem esse marinum, pagri vel erythriini formæ, colore candido, squamis argenteis, ore mediocri, tenuibus dentibus, rostro aquilino pagri modo, spatio quod inter oculos est compresso, oculis magnis pro corporis ratione aureisque, pinnis can-

lib. 8.


Lib. 32. cap. 11.

didis. Ad primarum radicem macula est ex nigro rubescens, cauda extrema rubescunt, linea recta à branchiis ad caudam protensa, partibus internis à phagro non differt, eiq; & erythrino adeò similis, vt pro eis vendatur, vt dictum est, horumq; trium nomina confundantur Romæ, omnes enim hi phragolini dicuntur. Athenæus L I B. V I I I. δ κολέμβος ἀκαρνὰ γλυκὺς ἐστὶ καὶ παραστύφων, τρώφικος δ, καὶ βέλκκριτος. Qui acarnan dicitur dulcis est & subastringens, satis alit & facile excernitur. Eadem sanè sum expertus, carnèq; esse candidissima, media substantia, facile concoqui & distribui, bonum succum gignere. Æstate & hyeme capitur. Quid potissimum in animum inducat meum, vt piscem quem representamus acarnanem esse credam: bona equidem fide dicam, ei qui alia vel meliora inuenerit, magnam habiturus gratiam. Hicetius apud Athenæum pisces aliquot eiusdem generis enumerat, vt cap. de phagro citauimus, phagrum, chromin, anthiam, acarnanes, orphum, synodontas, & synagrides. At pagrum & erythrinum non esse eum què hîc depingimus, color rufus satis probat: hîc enim candidus est, illi rufi. synagris et si alba aliquando dicitur, maculis tamen rubeis conspersa est, similiter & synodon, quare hac maximè nota, & dētibus ab hoc nostro seiunguntur. Nec orphus esse potest, nam vt paulò pōst ostendemus, ruber est, hic noster albus. Superest vt vel anthias sit vel chromis, sed hos suis locis ab acarnane certis notis discernemus. Acharnā scribit Aristoteles æstate laborare atq; extenuari, quod etiā in hoc nostro pisce verum esse comperies.

Libro 7.

Lib. 8. de hist. anim. cap. 19.

De Chromi.



CAPUT XXI.

X P O M I S Et κρέμης an iidem, an diuersi sunt pisces, equidem me adhuc nescire fateor: malo enim id fateri quàm sciens studiosis imponere, & rem incertam pro certa proponere. Athenæo videntur diuersi esse pisces, diuersis enim locis vtriusq; meminit, vno loco ex Epicharmo καὶ σκιφίας κρέμης τὸ ἐν τῷ ἡερὶ τῶ ἀνάγιον, ἰχθύων πάντων, ἀεὶς, vbi


vbi σκιφίας ponitur pro ξιφίας per diæresim ξ in κσ, & hyperthesim τσ σ. altero loco, καὶ τὸ μὲν λιθοκέφαλα, ὡς κρέμης. quem locum citat ex Aristotele περὶ ζώων. chromis Latinum nomē nullum habet, nostris verò piscatoribus incognita est: ob id nomine caret, chromin esse puto, & eam hîc exhibeo, quæ in ora Liguriæ, Antipoli, & in insula Lerino, quæ nunc diui Honorati insula dicitur, frequentissima est, vocaturq; à Liguribus castagno à castaneæ colore. Piscis est litoralis corporis figura, pinnis & spinis melanuro similis, sed oculis est minoribus, nota nigra in cauda caret, sed totum corpus nigricat, lineas habet rectas à branchiis ad caudam, ore est paruo, squamis paruis, interna omnia auratæ similia habet. potest etiam non ineptè corporis figura, & colore cantharo comparari, nisi quòd chromis paulò nigrior est. Lapidem habet in cerebro, ob id hyeme malè habet. Aristoteles semel anno parere scribit, & inter τὸς χυτὸς collocat, id est, fusaneos pisces, vt Gaza vertit. Et alibi cum iis recenset, qui exquisito sunt auditu, & grunnitum quendam edere scribit. Piscis hîc paruus est, & vilis habetur, humidior enim est, ideo in craticula assandus. Arcestratus tamen dixit:

Lib. 5. de hist. anim. c. 9. Lib. 4. de hist. anim. cap. 8. Ibidem ca. 9.

Τὸν χρομὶν ἐν πέλλῃ λήψῃ μέγαν, ἐστὶ δὲ πίων
 Ἄν θέρος, ἢ καὶ ἐν ἀμβρακίᾳ
 Μαιορὴν chromin in pella cape, tempore messis,
 Pinguis enim est, vel in ambracia.

Ouidius immundam chromin appellauit.

De Mormyro.



CAPUT XXII.

M O R M Y P O S Vel μόρμυλος à Græcis dicitur, à Gaza mormur, hodie à Romanis mormillo, à Venetis mormiro. Massiliæ & in toto Liguriæ sinu mormo: in Gallia Narbonensi morme, in Hispania marmo nuncupatur. Nostri ichthyopolæ quandoq; synagridem pro mormyro vendunt, qui admodum frequens apud nos non est, sed Romæ & Neapoli frequentissimus. Piscis est marinus, litoralis, auratæ similis,

sed corpore minus rotundo compresso, capite longiore, rostro acutiore & magis compresso, ore medio, dentibus paruis, colore argenteo, lineas habet transfuersas à dorso ad ventrem, nigras vel pul-las æqualibus spatiis distantes, quarum prima maior, altera minor, & sic deinceps, quibus fargo similis est, & pinnis & aculeis dorfi, & cauda. Ob has lineas dicitur ab Oppiano *ἢ μὲρμυλος αἰολος ἰχθύς*, id est, varius: quod non satis rectè expressit interpres, & picto mormylus ore, neq; enim in ore, sed in lateribus pictus est. Rectiùs Ouidius, qui pictas mormyras dixit: squamas habet, quæ facilè excutiantur, dorso est ex albo cæruleo, ventre argenteo. Internis partibus ab aurata non multùm differt. Branchias quaternas habet, cor angulatum, ventricu-lum paruum & album, intestina alba, peritonæum nigrum, hepar ru-brum, splenem nigrum. Carne est molli, præhumida, lutum olente: vescitur enim terræ excrementis, luto, cancellis, loliginibus paruis. Quare nisi coctus in sartagine, vel craticulâ non est edendus: non im-meritò igitur neque apud veteres fuit, neque apud nos est in pretio.

Libro 1.

In halicutico.

Lib. 7. Quicquid dicat apud Athenæum Hicæsius mormylum esse *σοφικώτατον*, id est multùm nutrire. Rectè verò apud eundem Archestratus.

Μὲρμυλος ἀγαλῶδες καὶ ἰχθύς ὑδέποτ' ἐαθλός


Mormylus est prauus piscis, non utilis villo Tempore, litoribus gaudet.

Lib. 3.

Parit æstate, difficiliùs à piscatoribus capitur, eadem enim arte qua lupus vitur, teste Oppiano. Nimirùm effossa arena se occultit ad vitanda retia.


*Τοῖα ὃ τεχνάζει καὶ μὲρμύλος, ἐν τ' ἀν ἐς ἀγρῶν
Φράσῃ) ὠροπεσιῶν, ὃ δὲ δύνει) ἐν Ἰαμφοῖσι*

De Salpa.



CAPUT XXIII.

Libro 7.



Α Λ Γ Η Et *σάλπις* Græcis dicitur, à Latinis idem nomen seruatum est. Pancrates apud Athenæum scribit *βόας πόρκιες*, ab Halizonis vocari, qui locus corruptus est, legendùmque *βόας πόρκιες*. Nam *βόες* dicuntur *αἱ τελείαι*, id est, iam adultæ, *δαμάλας καὶ πόρ-*

πόρκιες, αἱ μὴ πῶ ὑπὸ ζυγὸν ἐλθῆσαι, μηδὲ ὀχηθεῖσαι, αἱ πόρκιες ὃ, αἱ ἔτι ἀτε-
λέστεραι τῶν δαμάλαων, id est, *δαμάλας & πόρκιες*, quæ nondum iugum
passæ sunt, neq; adhuc dorso vexerunt, *πόρκιες* verò adhuc minus adul-
tæ, & iuniores quàm *δαμάλας*. Boues igitur paruas ait Pancrates sal-
pas nuncupari, quia algam in ventriculo, vt scænum boues congerūt.
Hunc Athenæi locum, quo Pancrates dicit salpas nominatas fuisse
boues, si secutus est Phauorinus, cùm scribit, *Σάλπις ἰχθύς ποῖος ὄν καὶ
βένκαλσιον*, id est, salpa piscis quidam est, quem bouem vocāt, si etiam
eundem secuti sunt, qui Græca lexica concinnarunt, apud quos hæc
reperias. *Σάλπις* piscis genus est, qui bos etiam dicitur, satis rectè an-
notarunt, sin salpam eundem piscem esse crediderunt, cum eo qui
bos propriè dicitur ab iis qui de piscibus scripserunt, vehementer er-
rant. Est enim bos ex planis & cartilagineis. Existimant quidã salpam
piscem eū esse, qui à Germanis *stok fisch* dicitur, ea moti ratione, quòd
stok fisch baculo tundatur, priusquam coquatur, quod Plinius de salpa
faciendum esse scribit. Alij alibi pisces principatum obtinēt, coraci-
nus in Ægypto. Zeus idem faber appellatus Gadibus, circa Ebusum
salpa, ob scænum alioqui, & qui nusquam percoqui possit, nisi ferula
verberetur. sed hæc ratio minimè conuincit, *stok fisch* Germanorum,
nostram esse salpam, quòd baculo tundi, salpæ cum multis commune
sit. Etenim *stok fisch* Germanorum linguâ est piscis baculi, id est, piscis
qui baculo verberatur, priusquam coquatur. Quo nomine piscem om-
nem sale conditum, & in fumo, vel in aëre exiccatum appellant, vt
raias, soleas, passeres, rhombos, aliòsque permultos. Quorum mirabi-
lem copiam Antuerpiæ vidi, in aliquot tabernis mercatorum, qui hæc
mihi preparationem narrabant, vt quoniam sicci sunt, & præduri, ba-
culo primùm vel malleo contundantur: deinde aqua aliquandiu ma-
cerati decoquantur. Huiusmodi piscibus, scilicet planis & tenuibus
illic abundant, qui faciliùs exiccari possunt, quos exiccatos in Ger-
maniam conuehendos curant. Non est igitur *stok fisch* piscis species,
vt Germanicæ linguæ periti mihi indicarunt. Non desunt tamen,
qui speciem quandam asellorum exiccatorum propriè *stok fisch* dici
putant, qui salpa nostra esse non potest, oblongus enim & rotundus
est piscis. Salpam igitur ex hac descriptione agnoscemus. Piscis est
marinus, litoralis, squamosus, solitarius, auratæ, vel potiùs boopi
similis, pedali magnitudine, rostro quasi mugilem refert, capite est
paruo & obtuso, lineas multas aureas, à branchiis ad caudam ductas,
habet parallelas, à quarum multitudine *πολύγραμμος*, & ab Oppiano
αἰολόνωτος: à colore verò *ἐρυθρόγραμμος* dicitur. Pinnis, aculeis, bran-
chiis auratæ similis, caudâ, fargo. Oculeis est aureis, superciliis quo-
dam modo virefcentibus, ore paruo, dentibus ferratis. Peritonæum
nigrum habet, ventriculum magnum, & intestina lata, alga, aliisque

Lib. 9. cap. 18.

excrementis fœtidis referta. Hepar rubrum, & in eo vesicam copioso semper felle distentam, splenem nigrum, cor angulatum. Alga vescitur & stercore, vnde *Κελοφάγοι καὶ βδελυραὶ* dicuntur, ab Epicharmo apud Athenæum, id est, sterco edentes, & fœdi execrandiq; odoris, quo loco pro *βδελυραὶ* reponendum duximus *βδελυραὶ*. & obsœnus piscis à Plinio appellatur. Id confirmat Arist. Nutritur salpa stercore & alga, porrum etiam depascitur, capitur etiam sola piscium cucurbitâ. Eandem inter pisces, qui oprimè audiunt, recenset, & semel autumnno parere scribit. Oppianus autor est in scopulis alga & musco refertis habitare, nequaquam tamen dicemus cum verè saxatilibus conferendam esse. Salpa enim est *Κελήρα, ἄσφοδες*, inquit Athen. id est, dura & insuavis, & Arcestratus indicat malū esse piscem. Est proculdubio planè ingratus palato & ventriculo, succum malū gignit, ideo vilis est iis etiam qui cum nouerunt, & à pauperibus solum emitur. Messis tempore melior est, autore Arcestrato, & ex Mitylene, secundum Plinium ex Ebuso. Sunt qui autumnno captam præferāt, sed malè: nam cum pisces omnes vterum ferentes meliores sint, salpa æstate grauida melior dicenda est: parit enim autumnno, & semel duntaxat, vt prius dictum est. Eius nullum vsū in medicina comperio. Nam quod citatur à quibusdam ex Plinio: Salpa siue salpes expurgat vlcera in linteolis concerpitis. Id non de salpa pisce, sed de nomine mulieris obstetricis, cuius etiam eodem capite bis fit mētio, & aliis in locis, intelligendum puto, vt loci huius is sit sensus: Salpe obstetrix salsamentis (de iis enim eo loco verba facit) in linteolis cōcerptis expurgat vlcera. Athenæus etiam ex Nymphodoro Syracusio scribit Lesbiam fuisse Salpen, quæ Pægnia condiderit. His addit, ideo quòd varius sit hic piscis, locrum siue colophonium Mnaseam, qui Pægnia conscripsit, à varietate salpam appellatum. Oppianus scribit salpas alga delectari, & ob id nassis dispositis in locis algosis capi.


Σάλπασσι δὲ ἰμαλέοις μὲν ἀεὶ φύκεοσι μέλιτι

Τέρποισι, κείνη δὲ τῆ ἀργώσσου ἐδωδῆ.

Cætera pete ex ipso autore. Piscis est in nostra Gallia Narbonēsi, qui per appositè *Vergadelle* dicitur, id est, virgis siue lineis distinctus. Virgas enim appellamus tenues & longos ramos siue baculos, quas Græci *ράβδους* nominant, vnde *δύραβδα* duabus virgis siue lineis distincta, & *πολύραβδα*, quæ pluribus, vt salpa, & piscis de quo hîc loquimur. Quem non ineptè virgatum nominabimus à virgis, quas habet salpæ omnino similes, neq; eum à salpa genere differre puto, sed ætate tantum, vt virgatus minor sit, neq; in eam vnquā magnitudinem accrescat, in quam salpa accrescit. Præterea tenuior & rotundior, salpa veluti compressu extensa, spissaq; reliquis omnibus similis. Stagna marina subit hyeme, quo tēpore capitur, & vere, alio tempore minimè.

De Stro


De Stromateo.



CAPUT XXIII.

SALPÆ similem piscem subiungit Athenæus ex *Libro 7.* Philone: *γίνεται ὁ ὄμιος ἰχθύς ἐν τῇ ἐρυθρῇ θαλάσσῃ ὁ ὠρογαγορβυδμνος στρωματίδης, ράβδους ἔχων δι' ὅλης τῆς κοίτης τελευτίας χρυσεύσας*, id est, nascitur salpæ similis piscis in mari rubro, qui stromateus nominatur, vniuerso corpore lineis aureis productis distinctus. Hunc propter similitudinem, nos quoq; salpæ subnectere voluimus, etiam si in peregrinis piscibus sit habendus, quos seorsum libro vno complecti statui. Præterea vt studiosos admonerem, istum piscem si in aliqua maris mediterranei parte reperiatur, nec mari rubro tantum proprius sit, fortasse eum esse qui Romæ *fiatola* nuncupatur, eò à salpa dissidens, quòd lineas aureas breuiiores habeat, nec ad caudam vsque productas.

De Orpho.



CAPUT XXV.

RPHVM Hicæsius apud Athenæum, eiusdem generis esse, cum chromi, pagro, synagride, cæterisque huiusmodi asserit, ob id superioribus annectimus. Orphum verò hîc non depingimus eum, qui à Græcis quibusdam hodie vulgari lingua *ὄρφος* nomine dici-

tur: est enim nostro longè maior, vtpote qui pondere viginti libras æquet, nec sit litoralis. Sed orphū depingimus ex Aristotele, Athenæo, Plinio. ὀρφὸς igitur, & ὀρφῶς Atticè dicitur, Latini veteres Latinum nomen retinuerūt. Gaza cernuā interpretatus est. Paruus orphus orphacine dicitur Dorione autore. Piscis est marinus, litoralis, pagro quodā modo similis, colore ex purpureo rubescente, ideo rubentem appellauit Ouidius. Oculis est magnis, dentibus ferratis, pinnarum situ numeróque & aculeis pagro similis, podice admodum paruo: habet enim rimulam tantum, quam vix animaduertas, nisi ventrem comprimas, seminis meatibus caret. Talis est orphus noster, cui conueniunt omnia quæ Athenæus & Aristoteles orpho tribuunt. Breui è paruo magnus fit, est carniuorus, dentibus ferratis, solitarius, proprium huic est seminis meatibus carere, & hoc quoque quod dissectus diutius viuat: vnde ὑψιμέρων γένος ὀρφῶν, id est, genus tardè morientium orphorum Oppianus dixit. Latet hyemis tempore, litoralis est magis quàm pelagijs, viuit duobus annis non amplius. Mirum est Plinium inter eos orphum reposuisse, qui apud Ouidium tantum, & apud neminem alium reperiuntur, cum LIB. IX. videri possit ex Aristotele in iis numerasse, qui hyeme conditi iacēt in speluncis. Sunt & alij plures quos citat Athenæus, qui orphi mentionem fecere. Oppianus eum saxatilibus adnumerat, sed saxatilem superiorum quorumdam modo intelligere oportet. Archippus apud Athenæum ait orphum sacrum esse piscem, quod fusiùs exponit Ælianus. In myrensi Lyciæ sinu Apollinis templum est, ad cuius sacerdotem vitulinas carnes distrahentem, orphi adnatant, & tanquam sanè conuiuæ ad epulas inuitati carnes comedunt, & immolantes ex eo magna voluptate afficiuntur, quòd pisces sua sacraficatione pascuntur, quod quidem ipsum, res suas bene & fœliciter sibi caluras esse significare persuadent, idcircoq; propitium sibi Deum esse dicūt, quòd suis cibis pisces expleantur: quòd si caudis carnes in terram eiiciant, tanquam sordidas à se detestantes, inde sibi iram Dei portendi arbitrantur. Itaque huiusmodi piscium genus sacerdotis vocem & agnoscit, & si ad eos à quibus appellatur accesserit, adeò incredibilem ipsis lætitiā adfert, vt si contrā fecerit magnum dolorem eisdem inurit. De eiusdem succo & substantia hæc Athenæus. ὀρφὸς ὄχυλος πολύχυλος, γλίχρος, δύσφθαρτος, πολύτροφος, ἔρηλιος, τὰ ὅτι πρὸς τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ γλίχρα. ὄσπετα. τὰ ὅτι ἀρκώδη δύσπετα, βαρύτερα, ἀπαλώτερον ὅτι ἔρανον. φλέμυλος δ' ἐστὶ δραχυλὸς ὁ ἰχθύς, καὶ δύσπετος. Orphus boni & multi succi est, glutinosus, corruptu difficilis: multum nutrit, vrinam ciet, partes circa caput glutinosæ, faciles concoctu, carnosæ difficiles concoctu, quæque magis grauant, tenerior verò cauda, pituitam gignit piscis iste, & difficilè coquitur. Quæ omnia non omnino mihi vera videntur,

Athen. lib. 7.

Libro 7.
Lib. 5. de hist.
animal.

Libro 1.


Lib. 3. cap. 11.

Cap. 16.

Lib. 8.

tur: nam partes circa caput, si glutinosæ sint, qui possunt esse, concoctu faciles: Glutinosa enim hærent inter se tenacius, ob id maiore caloris vi, longiore tempore incidenda, attenuandaque: quare & grauant magis, & difficilè coquantur, vnde fit vt suspicer locum transpositum fuisse & sic legendum. τὰ ὅτι πρὸς τῇ κεφαλῇ γλίχρα βαρύτερα, τὰ ὅτι ἀρκώδη δύσπετα. multam pituitam gignit, qua ratione ἔρηλιος esse opinor, vt multa alia quæ ob solam humoris copiam vrinas cient. Cùm enim glutinosus sit, neque substantiæ tenuitate, neque acrimonia id præstare potest. Ob eandem glutinosi humoris copiam, vniuersè quidem difficilis concoctu rectè dicitur, etsi aliæ partes alijs collata concoctu sint faciliores. Ausonius cernuæ meminit, sed ea fluuiatilis est, nos hîc de orpho marino agimus.

De Caprisco.



CAPUT XXVI.



KA Π Ρ Ι Σ Κ Ο Σ piscis à Græcis dicitur, & μὲς, & à Strabone χοῖρος, qui à nostris, & Siculis *porco*. Est autem piscis marinus, corporis forma pagro quodammodo similis, magis rotundus, compressus. Squamis tam firmè cohærentibus, tamque asperis, vt iis lignum, & ebora poliri possint, veluti squatinæ cute. Ore est paruo, pro corporis magnitudine, sed dentibus acutissimis & validissimis, oculis rotundissimis. Branchiarum operculum nō est osseum neque scissum, sed est rimula tantum orthrægorisci modo, ad quam vtrinque posita est pinna. In dorso tres habet aculeos, robustos, asperos rectos, membrana iunctos. à loco in quo branchiæ coeunt, ossa duo iuncta per ventrem ad podicem extensa, in aculeum vnicum &

Lib. 17.

Lib. 1. ἀλιούρικων

euidentem desinunt, quæ ventrem sic firmant, vt non minus dura sit tota epigastrij regio,quàm dorsum ipsum. Internis partibus auratæ similis est, hepate magis albo. hunc piscem esse qui μῦς dicatur, notæ eadem ab Oppiano traditæ comprobant.


Ἐν ὃ μῦδν χαλεπὸν γένος οἱ περὶ πάλιον
Θαρ(α)λέοι νεπέδων, ἢ τ' ἀνδρά(ν) ἀντιφέρου)
Οὔτι τό(οι) περ ἐόντες, ἐπὶ φερέη ὃ μάλιστα
Ρηῶ, ἔ' αὐνοῖ(ς) ἀεπιήτοτες ἐνδλον ὀδοῦ(ς).
Est quoque præ reliquis seuum muris genus, audet.
Bella inferre viris gens tantula, tergo duro
Fidens, & densis armato dentibus ore.

Lib. 8.

Nullus est omnino piscis ex squamosis qui tam duro tegumento o-
pertus, tamq; firmis dentibus armatus sit quàm hic piscis, adeò vt ex-
pertus ipse sim, ne acutissimo quidem gladio penetrari posse. Ex
quibus colligas piscem hunc planè μύχμου esse, cùm nihil frustra fiat
à natura. His adducor, vt credam eum piscem quem hîc depingi-
mus, μῦν esse Oppiani, qui ab Athenæo dicitur χαπελισκος, & μῦς,
vt hoc in loco non assentiar Hermolao, qui legendum putat ὄς, ni-
si eodem modo apud Oppianum legatur, sed præstat locum Athe-
næi proferre. χαπελισκος καλεῖται μῦν ἔ' μῦς, βρομάδης δὲ ἐπὶ κασικλη-
ρὸς, κίθαρος ὃ ἐπὶ δυασεπλότερος, δέρμα δὲ ἔχει ὄσμου. Capricus vo-
catur etiam μῦς, virus resipit, & durus est, citharòque concoctu
difficilior. quod sequitur δέρμα ὃ ἔχει, &c. indistinctum est in vul-
garibus nostris codicibus: nam post δυασεπλότερος oratio commate
distinguenda, & nomine ὄσμου claudenda. Illud verò ὄσμου non
significat ori gratum: hoc enim superioribus planè repugnaret, sed
bene firmum, durum & robustum, ἀπὸ τῆς φομῶσι, quod inter cæte-
ra significat στελενωι, id est, roborare & indurare. Hunc verò pi-
scem ea esse substantia, succòque quem tradit Athenæus, ego gusta-
tu ipso deprehendi. De eodem Strabonem locutum fuisse existima-
mus, cùm pisces Nili recenset. Τῶν χοίρων ἀπέχεσθαι τῆς κροχιδείας,
τρογγύλων ὄντων ἢ ἐχόντων ἀκύνθαις, ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, φερέσας κίνδυνον τοῖς
θηρίοις. id est, Crocodilos abstinere à porcis, qui cùm rotundi sunt,
& spinas ad caput habeant, periculum beluis afferunt. Quæ adscri-
psi, vt intelligant omnes vel hunc piscem, de quo agimus, vel eum de
quo proximo capite dicemus, verum esse Nili porcum, non ma-
gnum illum qui in hortis Pontificis Romani belueder nuncupatis,
circa Nili statum sculptus spectatur, porcùsque vulgò dicitur, cùm
sit Hippopotamus.

De Apro

De Apro.



CAPUT XXVII.



Α Π Ρ Ο Σ, Piscis nomen est Apud Aristotelem &
Athenæum, à Gaza aper dicitur: nam Latine κάπρος a-
prum significat, non caprum vt quidā aliquando ver-
terunt. An verò piscis quem hîc exhibeo, aper sit, pro-
certo nondum habeo, sed cùm rarus admodum piscis
iste sit, & notas insignes habeat, studiosos celare nolui, sed proposita
pictura inuitare ad rem diligentius expendendam, vt tandem quis sit
piscis iste constare possit. Est autem squamosus, nihilominus tamen
preduro, ac veluti aspera & vilosa cute tecto corpore, ferè rotundo com-
presso, rubefcente, oculis magnis, rostro oblongo, & obtuso suis modo,
sine dentibus. mox à capite secundum dorfi longitudinē, aculeos ha-
bet præacutos, duos, longos, rectos, setas esse diceres, inæquales: nam
primi breuissimi sunt, medij longissimi, postremi mediis minores &
primis maiores. Pinnas duas ad branchias, in ventre duas alias, multis
firmisq; aculeis & à sese disiunctis constantes. A podice tres aculeos,
breues & acutos. Cauda in vnicâ pinnam definit. Athenæus inter βα-
χύδερμα numerat ex Aristotele, quæ nota aptissime quadrat, est enim
duris asperisq; squamis aperto corpore. Dicat aliquis Aristotelem κά-
προν fluuiatilem facere, & in Acheloo amne vocalem: cùm hic noster
marinus planè sit. Id equidem fateor, sed Athenæus hûc Aristotelis lo-
cum mihi suspectum reddit, qui ex Aristotele adfert σκάπρον φθέρυγα
ἢ τ' ποταμίου χοίρον vt fortasse σκάπρον legere oporteat apud Aristotelem
pro pisce alio, vel corruptus sit locus Athenæi, & κάπρον pro σκάπρον re-
ponendum sit. Nemo autē existimet κάπρον & χαπελισκον idem esse: cer-
tissimis enim notis à se discrepant. χαπελισκος dentes & acutissimos &
validissimos habet, vt ex Oppiano docuimus, κάπρος iis caret. Præterea
χαπελισκος ab Athenæo dicitur durus, virus olens, κάπρος verò, ex Ar-
chestrati peritissimi artis opsonatricis sententia summopere laudatur.

Lib. 4. de hist. ani. cap. 9.

Lib. 8.

Lib. 7.



G V L I E L M I
R O N D E L E T T I
D E P I S C I B V S
L I B E R V I.

55

Qui pisces saxatiles propriè dicantur.


C A P U T I.

HA C T E N V S Pisces aliquot squamosos maximè litorales, qua potuimus breuitate & perspicuitate descripsimus, quorum aliqui ab Oppiano, Athenæo, Diocle in saxatilibus numerantur, quos tamen non esse veros saxatiles ostendimus, multumque succi bonitate & præstantia inferiores esse iis quos veros saxatiles esse dicimus, de quibus nunc agemus. Qui autem veri sunt saxatiles, & cur sic nuncupati sunt, explicat Galenus LIB. III. de alimentorum facultatibus. Scarum, merulam, turdum, iulidem, fucam, percam à locis in quibus versari conspiciuntur, pisces saxatiles appellant: non enim in leuibus, aut arenosis, aut terreis litoribus, sed in petrosis promontoriis, & vbi saxa sunt, delitescunt & pariunt. inter hos autem scarus suauitate excellere creditur, secundum hunc merulæ ac turdi: tertio loco iulides, phycides ac perca. Porro alimentum quod ex iis sumitur, non modò ad coquendum est facile, sed hominum etiam corporibus est saluberrimum, & quod sanguinem medium consistentia generet: medium autem voco, qui neque admodum tenuis est, neque aquosus, neque multum crassus. Et mox. Meritò igitur in saxatilibus piscibus nullum est inter congeneres discrimen manifestum, vt qui perpetuò in purissimo mari degant, aquamque dulcissimam & eam quæ ex eiusmodi & marina est mista fugitent. Et paulò post. Saxatilibus omnibus caro inest quàm aliis piscibus mollior, ac fragilior. Et Diphilus Siphnius au-

autore Athenæo: τῶν θαλασσίων ἰχθύων, οἰμὸν περὶ αἰσίου εἶσιν ἄφθαρτοι, ἄχυλοι, συμμιχῆς, κέρφοι, ὀλιγόσοφοι. Ex marinis piscibus saxatiles facillè corrumpuntur, boni sunt succi, abstergètes, leues, modicè nutrites. Ex his qui sint veri saxatiles, & cur ita sint appellati perspicuum est. Nos quoque in Gallia Narbonensi *rochaus* vel *rochiers* nominamus à saxis. *Roc* enim nobis est saxum siue scopulus. Cæterum huiusmodi pisces vt saluberrimi sunt, ita nobis, vt notissimi essent, videtur voluisse natura: etenim tam varia & tam iucunda colorum varietate eos depinxit, vt ad has veluti epulas quibus & secundæ valetudinis, & morbi tempore commodè vtamur, inuitare & allicere videatur. Iisdem labra euentia, mobiliâque tribuit, quibus alij pisces carent. Et quemadmodum venenata nobisque letalia, vel odore graui, vel sapore ingrato, vel aliena horribilive forma donauit, vel tetro horribilique aspectu esse voluit, vt iis deterriti statim abstineremus, & sedulo vitaremus. sic quæ nobis vel salubria, vel ad aliquas vitæ nostræ commoditates vtilia sunt, pulchritudine quapiam, vel notis illustribus ita ornauit, vt ad ea paranda vel vtenda statim incitaremur. Quamobrem Plato rectè dixit, vix fieri posse, vt quòd pulchrum idem naturâ suâ prauum sit: quod si aliter contingat, vt in hominibus, ob deprauatos errores quibus mox imbuimur, quòsque veluti cum lacte nutricis fugimus, ita in animantibus, vel in plantis, ob alimentorum, vel calis, vel solis vitium, vel ob alias huiusmodi causas id euenire necesse est. At cum ita nos ad rerum vtilium vsum inuitarit natura, vulgus tamen imperitum ad eò sensu iudicioque caret, vt sæpe deteriores pisces bonis præferat. Quis enim est ex imperita plebe, qui non buglossum lupo præferat? At buglossum glutinosum succum gignit difficilèque concoquitur, lupo marinus medium consistentia sanguinem. Quis non mullum grandem vel carissimum libenter emat, paruum verò reiiciat? vtrunque verò quis non saxatilibus longè præstare putet? At grandis paruo multò durior, siccior, insuauior est, nec nisi ob hepatis magnitudinem olim à gulosis expetebatur, vterque verò oculos hebetat, venerem extinguit, lepore marino qui maximè venenatus est, vescitur, quibus de causis reiiciendus, & sola friabili carne commendandus, ac hominum gulæ deditorum luxu magis celebratus, quàm vt ob insignem substantiæ carnis bonitatem, & succi gratiam, quibus à multis vincitur, tanta laude dignus merito videri possit. Saxatiles quidem nullo in pretio apud nos fuerunt, nec nisi in aliorum penuria utebantur, sed cum obseruassent plerique me, & sæpissime eos mihi comparandos curare, & vt ægrotis apponerentur iubere, tandem ipsi quoque expetere cœperunt. Hæc de saxatilibus generatim dicta sint, iam ad singulos aggrediamur.

P ij

De Scaro.



CAPUT II.

DE saxatilibus dicturi à Scaro incipiemus, qui vt inter saxatiles omnes principatum tenet, ita primo loco describendus est. Ac primum admonendi sunt lectores Scari duo esse genera, & hunc quidem *σάριον* vocari, alterum verò *αἰολον*, vt profert ex Nicandro Thiatireno Athenæus, quorum vtrique multæ quidem communes sunt notæ, sed sunt etiam propriæ: ob eamque causam separatim de vtroque tractandum putavi, vt res ipsæ scaros aliquando inspecturis notiores sint. *Σάριος* igitur Græcis dicitur ἀπὸ τῆς σαίρης, autore Athenæo, quod significat salire siue tripudiare, hîc potius *νεμεαῖος*, id est, depasci: id enim aliquando significat *σαίρη*, vt ex Theocrito docet Phauorinus. Scarus verò algam herbâsque alias depascitur, vt mox fusiùs dicemus. Græci etiam huius temporis *σάριον* nuncupant. Romanis nostrisque non planè notus est, alij enim ob similitudinem *denté*, alij *sargo*, alij *cantheno* vocant, à nostris piscatoribus pro *sargo* venditur. Piscis est marinus, saxatilis, squamis magnis, tenuibus, colore ex cæruleo nigrescente, ventre candido, *sargo* similis, corporis forma ad rotundam accedente, aculeorum, pinnarumque situ & numero. His notis ab eodem secernitur, maculâ nigrâ in cauda, lineis nigris à dorso ad ventrem ductis caret. dentes planos hominis modo maxillâsque habet, imò propriè solus latos habet, plurâque & maiora in maxillis ossea tubercula, caudam latam in duas pinnas non diuisam. Adhæc oculis est magnis, supercilijs coloris indicati. Binas vtrinque branchias habet, alteras simplices, alteras verò duplices autore Aristotele. Cor angulatum. Hepar in tres lobos

Lib. 2. de hist.
cap. 13.

Lib. 7.

Ibidem

lobos diuisum, à quo fellis vesica pender, sed intestinis alligata. Fel nigri coloris, & splenem, ventriculum paruum cum quatuor vel quinque appendicibus, intestinum conuolutum. Hunc piscem quem hîc proponimus, verum esse antiquorum scarum constanter affirmo. Sed quoniam ex Athenæo, vel Aristotele proferri quædam posse videntur, quæ nos coarguant, locos istos paulò diligentius excutiamus. Sic enim & scarus omnibus notior fiet, & multa quæ ad mores actionesque & succum substantiamve eius pertinent, simul tradentur. Locus est Athenæi LIB. VII. quem ex Aristotele profert. *σάριον Ἀριστοτέλης καρχαρόδοντα εἶναι φησὶ, καὶ μνήρη, καὶ σαρχοφάγον, ἔχον τε στόμα μικρὸν, καὶ γλαττεῖν πρὸς πεφυκῆσιν, καρδίαν ῥιγῶν, παράδυσον, ῥήζαλον ἔχοντε χολλῶ, καὶ ἀπλῆνα μελάνα, τῶν δὲ βραγχίων δ' ἢ μὲν διαπλεῖν, δ' ἢ ἀπλεῖν, μόνος τε καὶ τῶν ἄλλων ἰχθύων μηρυγάζει. χαίρει δ' τῇ τῶν φυκιῶν βοφῇ δὲ καὶ τέτοις θηρώεται, ἀκμῆς δ' ὁ θέρως, id est, Scarum Aristoteles scribit ferratis esse dentibus, & solitarium, & carniuorum, os paruum habere, linguam adhærentem, cor triangulum, subalbum, bilem nigram & splenem nigrum. Branchiarum alias duplices, alias simplices. Solus verò piscium ruminat, gaudet alga, quare & ea capitur, æstate viget. Hæc Athenæus. Quorum initio statim error est insignis. Aristoteles enim LIB. I. I. de hist. animal. hæc scribit *καρχαρόδοντες ὅ πάντες οἱ ἰχθύες, ἔξω τῆς σαίρης*. *Cap. 13.*
Serratis sunt dentibus pisces omnes dempto scaro. Et Plinius de dentibus loquens, piscium omnibus serrati præter scarum, huic vni aquatiliū plani. Quare addenda negatio, legendumque *σάριον Ἀριστοτέλης φησὶν ὅ καρχαρόδοντα εἶναι*. At hæc nota huic nostro maximè propria est, nullus enim est ex omnibus piscibus squamosis, cui latiores magisque plani sint dentes, minúsque ferrati. Præterea carniuorum esse scarum, ex Aristotelis libris, iis saltem qui nunc extant, non colligas, sic enim LIB. V. I. I. de histor. animal. Victus eadem ratione non omnes vtuntur. Quidam enim carne tantum vescuntur, vt cartilaginei, vt congri, channæ, thunni, lupi, synodontes, amia, orphi, murenæ, nulli verò nutriuntur alga, ostreis, cœno, carne. Dascillus cœno & stercore. Scarus autè & melanurus alga, salpa stercore & alga. Hîc apertè Aristotel. discrimina alimentorum quibus vescuntur pisces enumerat, quòd si scarum carniuorum esse existimasset, cur id in scaro potius, quàm in aliis prætermisisset: neque est quòd quis obiiciat id quod mox subnectit Aristoteles. Cephalum ac cestreum solos à carne omnino abstinere, ac proinde scarum carniuorum esse posse. Nam Aristoteles de iis tum loquitur, qui sui generis pisces deuorant, quod minimè faciunt cephalus & cestreus, qua ratione omnes quidem carniuori dici possunt, demptis his duobus cephalo & cestreo,*

Cap. 13.

Lib. 11. cap. 37.

Cap. 2.

qui tum à piscibus sui generis tum ab omnibus aliis omnino abstinent. Sed præstat verba ipsius Aristotelis adscribere. Omnes sese mutuo deuorant, dempto cestreo, maximè autem congrì. Cephalus autem & cestreus soli omnino carne non vescuntur. At quum propriè carniuorum piscem esse dicimus, eum qui aliorum & non sui modo generis piscium carne nutritur accipimus: in quorum numero scarum non repono, non solùm Aristotelis autoritate, sed etiam ratione fretus: nam ventriculum pro corporis ratione paruum habet, qualem non dedit iis natura, qui pisces integros vorant, nec quicquam in ventriculo huius, vel intestinis præter algam, herbâsve alias reperias. Idem confirmat Plinius. Nunc scaro datur principatus, qui solus piscium dicitur ruminare, herbisq; vesci, non aliis piscibus. Necnon Ælianus: Scarus inquit, cum aliis herbis tum alga vescitur. Nullus ergo scarum nostrum reiiciat, quòd pisces alios non voret, quem tamen carniuorum dixit esse Athenæus, cum φυχφάρον dixisse debuisset: præsertim cum scarum subiiciat alga delectari, & ea capi. Quo fit, vt alium etiam Athenæi locum demirer, qui est LIB. VIII. quo scribit scarum recentem suspectum esse, quoniam lepores marinos venatur, illisque pascitur: id quod soli mullo tribuit Plinius his verbis. Vescitur lepore marino vnum tantum animalium, vt non intereat, nullus piscis, & tene rescit tantum, & ingrator viliorque fit. Hac in re magis vt Plinio quàm Athenæo assentiar, facit quod nullus iis in locis degat, in quibus lepores marini reperiuntur & capiuntur, nimirum in locis cœnosis lutosisque, vnde nullus lutarius nominatus est, quæ loca fugit scarus, & in saxis habitat. Sed plura de his cum de mullo agemus. Iam verò quod sequitur, παράλαρον, τριβόλον, planè deprauatum est, quoniam cor album in nullis vnquam piscibus videbit, qui in horum dissectione se exercere volet, nisi supremam illam cordis partem albam, quæ ab Aristotele ἀγλείον φλεβονδρωδες dicitur, pro corde impropiè accipias, qua ratione in omnibus piscibus cor esset album, de qua re fusiùs libro superiore capite de hepato. Quare paucis mutatis legendum ἢ πειρ λαρον. Quid verò sibi velit τριβόλον, nemo, vt opinor, posset hîc diuinare, quid enim tribulo cum piscibus? At si β & λ loca commutarint, optimè legemus τελόλον, & sic legendum esse audacter contenderim: est enim in hoc pisce nota non minima, quòd hepar in tres lobos diuisum habeat, vt superiùs diximus. Quod postremò ponitur solum scarum ruminare, id planè verum est, & ex Aristotelis locis aliquot sumptum. Idem confirmat Plinius & Oppianus.

Lib.9. cap. 17.

Lib.11. cap. 16.

Lib.32. cap. 12.

Lib.2. de hist. animal. c. 17.
 & Lib. 8. c. 2.
 Lib. 9. c. 17.
 Lib. 1. ἀλάσων τινάμ.

Καὶ σκαρον, ὅς δὴ μένος ἐν ἰχθύϊ πᾶσι ἀναύδοις

φθέρ

Φθέρει ἰμαλίῳ λελαγῶ, καὶ μένος ἔδωδω
 Ἄφρον προήσιν ἀπὸ τρυμ, δδ' ἕτερον αὐθις
 Δαμύμδμος μύλοις ἀλασθῶν ἴα φορβῶ
 Incurui scarus incola saxi.

Qui mites inter pisces clamore tremendo
 Intonat, & solus pallentes ruminat herbas,
 Ac veluti pecudes reuocat sub guttura pastum.

His maculis deletis, & loco Athenæi nitore pristino restituto, omnia quæ scaro tribuuntur, quæ sine tædio repeti non possent, nostro planè conueniunt, vt negare nemo possit nos veterum scarum penitus nosse, & hîc representasse. Nostris autem diu incognitum fuisse, non est cur quis miretur, cum Romanis olim, & toti Italiæ serò visus fuerit, vt nec latinum nomen piscis habeatur autore Columella. Scarus, inquit, qui totius Asiæ Græciæque litoribus Sicilia tenus frequentissimus exit, nunquam in ligusticum, nec per Gallias enauit ad Ibericum mare. Itaque ne si capti quidem perferantur in nostra viuaria, diuturni queant possideri. Idem Plinius: scarus carpathio mari frequens, promontorium Troadis Lecton nunquam transit. Inde aduecto Iberio Claudio principe, Optarus Elipertius præfectus classis, inter Ostiensem, & Campaniæ oram sparfos disseminauit. Quinquennio ferè cura est adhibita, vt capti redderentur mari. Postea frequentes inueniuntur Italiæ in litore, non antè ibi capti. Hæc Plinius. In nostro mari capiuntur non procul à Massilia, & maximè circa Stœchadas insulas. Rhodi maximam esse copiam à Rhodiis accepi. Saxatiles bis pariunt autore Aristotele, quod non de scaro tantum, sed de omnibus saxatilibus semel dictum sit. Seleucus Tarfensis ait, citante Athenæo, solum hunc piscium noctu dormire, vnde fit, vt noctu nunquam capiatur, hoc autem ei fortasse propter metum accidere. Idem tradit Oppianus scarum mollem, sic enim appellat, noctu non prædari nec in alios sæuire cæterorum ritu, sed in scopulis suis somnum capere. Scari inter se amant, videturque innatum & mirum ingenium, mutuaque societatis tuendæ studium, quæ ex Ouidio sit declarat Plinius. Mihi videntur mira & quæ Ouidius prodidit piscium ingenia, in eo volumine quo ἀλιδτικόν inscribitur. Scarum inclusum nassis nõ fronte erumpere, nec infestis viminibus caput inferere, sed auersum caudæ ictibus crebris laxare fores, atque retrorsum ita erumpere, quem luctatum eius si fortè alius scarus extrinsecus videat, apprehensa eius cauda adiuuare nixus erumpentis. Hæc prolixè & eleganter describit Oppianus: quæ quia longiora sunt quàm quæ hîc adscribi debeant, ex ipso autore petes. His addit Ælianus. Si scarus nassa inclusus in caput exierit, eum qui foris est caudam illi porrigere vt ea

Lib.8. cap. 16.

Lib. 9. ca. 17.

Lib.5. de hist. Cap. 9. Lib. 07.

Libro 2.

Libro 32. ca. 2.

Lib. 4. Lib. 11. cap. 17.


comprehensa sequatur. Hæc illi quidem faciunt more hominum, qui e. si libros de amicitia non legerint, tamen leges amicitia à natura hauserunt. Præterea piscium omnium salacissimum esse scarum afferit, eamque cupiditatem necis causam esse. Piscatores enim comprehensæ fœminæ summum os ad tenuem funiculum alligant, eamque viuam per ea loca trahunt, in quibus habitant, conficiunt etiam graue plumbum rotundum, longitudine trium digitorum, quo ex chordis appenso trahitur scarus fœmina captiua, alter piscatorum nassa in piscatorio nauigio accommodata os latè diducit, datque operam, vt nassa in scarum conuertatur, ea enim sensim demittitur, lapide ad certam mensuram facto: mares autem non aliter quàm homines visa amica furore libidinis perciti, circa eam concurrantes, alius alium præuerrere & contingere studet, vt solent iuuenes amantes, aut osculum aut vellicationem, aut aliquod aliud furtum amatorium venantes, piscator sensim deducit fœminam recta ad nassam, ac cum ea etiam amantes, libidinisque suæ dant pœnas. Non solum alga, sed herbis aliis vescuntur scari, vt prius dictum est. Nam & coriandrum escam scaris olim obiiciebant, vt ex Leonide citat Ælianus, quo allecti facillè capiebantur. Et Græci aliqui sæpe mihi affirmarunt mirè etiam linozosti (quam mercurialem vulgò dicimus) delectari, eaque capi. Quantum ad succum substantiamve scari attinet, cum non solum saxatilis sit, sed etiam inter saxatiles primas teneat, constat mollis & friabilis esse carnis, vt scribit Athenæus, suauem, læuem, qui facillè concoquatur & distribuatur, quique facilem reddat aluum. Celsus scarum cum aliis aliquot, iis ex quibus salsamenta fiunt, teneriorem quidem esse scribit, sed tamen durum. Videtur etiam è numero saxatiliū eximere, qua in re omnium sententiæ & sensui repugnare videtur. Archestratus verò apud Athenæum scarum valde commendat, eiusque præparationem docet. Intestina scari violam olent, nec magis reicienda quàm aspalacis. Quamobrem rectè Epicharmus scarorum ἰσθὴ δὲ ὁ σκάρ γεμυτὸν ἐκβαλεῖν θεοῖς, id est, ne sterces quidem scarorum fas esse Diis ipsis reicere. Olim iecur erat in pretio, vt in Vitellij patina commemorat Tranquillus scarorum iecinora, & Martialis:

*Hic scarus æquoreis qui venit obesus ab undis,
Visceribus bonus est, cætera vile sapit.*

Lib. 32. cap. 18. Vtuntur etiam, inquit Plinius, ad parotidas scari piscis marini iecinoribus. Editur apud nos assus in craticula, vel in sartagine, vel elixus, vt aurata.

De Sca

De Scaro vario.



CAPUT III.




CARVS ἰσθὸς nullo alio nomine, aut Latino, aut Græco à prima scari specie distinguitur, quàm epitheto, quod alioqui multis piscibus est commune. nam σκέρυγες ἰσθὸς vocauit Epicharmus, & coracium ἰσθὸν vocatum fuisse diximus libro superiore: denique multis aliis saxatilibus epitheton hoc conuenit. Dicitur verò species hæc scari ἰσθὸς, quod Icarus ἐνλας fere concolor sit, melanuro similis, dorso enim caruleo est, ventre candido, ἰσθὸς verò oculis, ventris inferiore parte, in qua podex, purpurei est coloris, cauda coloris indici, reliquum corpus partim ex viridi, partim ex nigro caruleum est, squamæ veluti notis obscurioribus asperæ, ore est mediocri, dentibus latis, in superiore maxilla densis, in inferiore raris & acutis. A dorso ad caudam ferè aculei tenui membrana conexi, & æquis interuallis dispositi. In singulorum summa parte membrana pendet vexilli instar: pinnæ ad branchias sitæ, latæ sunt, ac veluti oui figura. In medio ventris notas duas purpureas habet. Intus ventriculum satis capacem, hepar subalbum, intestina lata & multa, fellis multum, splenem magnum. formosissimus sanè est hic piscis, si quis alius. Carne est tenerima, & delicatissima, nec dubito quin is sit, cui Galenus cæterique medici principatum dederint, nunc nomine tantum notus est, à Græcis solis hodie & celebratus, & penitus cognitus. Quare hortor & moneo studiosos omnes, vt non nominum tantum, sed rerum potius cognitioni sedulo vacent. Romæ semestri spatio vnus tantum mihi etiam sapius, & curiosè forum piscarium adeunti, visus est, quò fit vt hunc non admodum illic frequetè esse credã. Capitur aliquando in nostro mari, è regione Magalone, & non procul à Massilia, & Antipoli: circa Stoechadas insulas sepius: alij cõmuni saxatiliũ nomine rochau nũcupant, alij aiol, alij auriol seruat, vt credibile est, nominis ἰσθὸς vestigijs. Cannariarum

infularum incolæ, vt ferunt, Brechos appellant. A scaris nobilissima Scaurorū familia dicta fuisse creditur. Ab æoli scari colore, potiùs quàm effigie scariten gemmam dictam existimo, ea est fortasse quæ sapphirus dicitur. Vt superior scarus præparatur.

Plin. lib. 37. cap. 11.

De Cynædo.



CAPUT IIII.

ΑΦΗΣΤΗΣ & **Αλφησιγής** Græcis est piscis, qui à Plinio dicitur Cynædus, nostri cōmuni saxatiliū nomine *rochau* vocant: peritiores piscatores *canus*, Mafsilienses *canudo* corrupto vocabulo cynædum volentes dicere. Piscis est marinus, saxatilis, dorso purpureo, ceteris in partibus luteo, corpore strictiore quàm aurata, vel pagrus, mænis figurâ similis, alioqui maiore & spissiore corpore, pedali magnitudine: ore mediocri. labra habet, & dentes ferratos caninis similes, quod omnibus ferè saxatilibus commune est. A ceruice ad caudam spinas tenui membrana connexas habet, non diuisas, vnde *μονάκανθος* ab Aristotele, citante Athenæo, dictus est. Huiusmodi cum sit piscis què hîc proponimus, superest vt eum esse ostēdamus, qui ab Athen. *άλφιγής*, à Plin. cynædus appellatur. Ac primū Athe. proferamus *ἰχθύς ἰσὲς οἱ ἀλφιγαὶ ὅ μὲν ὄλον κηλοιδεῖς, πορφύριζοντες ὃ ἄ τινὰ μέρη. Φασὶ ὃ αὐτὸς ἀλίσκεσθαι σιδύου, καὶ φαίναςθαι ὃ μὲν ἕτερον κατ' ἕραν ἐπόμυροι, ἀπὸ τῆς ἕως ἄ τ' αὐτῶ γατέρω ἢ ἕτερον ἀγολευθῆιν, τῶν ἀρχαίων ἰσὲς τὰς ἀκρατεῖς καὶ καὶ ἀφερεῖς ἕτω χαλῶσιν. Αεῖστοτέλης ἐν τῷ περὶ ζῶων μελέκων εἶναι καὶ κίρρον ἢ ἀλφησιγῆν.* Pisces quidam sunt alphestæ, omnino quidē cerei coloris, purpurascētes tamen quibusdā in partibus: aiunt ipsos binos capi, & videri alteri alterū comitē esse ad caudā. ab eo igitur quod alter alterius nates sequatur, veteres quidā incōtinentes, & in venerē procliues alphestas nūcuparunt. Aristoteles in lib. de animal. vnica & non diuisa spina esse dixit alphesticum & flauum. Plinius

Libro. 7.

Plinius verò cynædi, inquit, soli piscium lutei. Principio ipsa nominis ratio alphestam eundem esse cum cynædo planè indicat: nam vt alphestas Græci appellant pisces se sequentes libidinis causa, eodem quoque nomine libidinosos & incontinentes homines, sic & Latini cynædos pisces: quoniam sunt & cynædi homines molles, effœminati, libidinosi, quique præpostera & nefanda venere vtuntur. Ad hæc cerei coloris sunt, secundum Athenæum, quibusdam in partibus purpurei, quod nostro planè conuenit. Dorsum enim colore est purpureo exaturato, siue violaceo, ceteræ partes cereo colore, quem Plinius luteum appellat. Aristoteles citante Athenæo *κίρρον*, Numenius *ἐρυθρόν*, Græcis autem *κίρρον* significat *ξανθόν*, id est, flauum, autore Galeno libro quinto de sanitate tuenda, cum loquitur de vino pro senibus deligendo. *ἄ μὲν σύστασιν ἀπὸ τῆς λεπιδόταλον ἀίρεϊας, ἄ τ' ὃ τῆς χροῖαν ὄν ἱπποκράτης εἶωθε κίρρον καλεῖν, διωύαστο δὲ ἐν τῷ ξανθὸν ὀνομάζειν ἄλλον*, vt sit substantia tenuissimum, colore quod Hippocrates *κίρρον* appellare solet: poterat autem & *ξανθόν*, id est, flauum appellare. Hactenus Galenus. *Ἐρυθρός* idem dicitur, & salpam quæ lineis aureis distincta est *ἐρυθρόγραμμον* prius vocatam fuisse diximus, talis color est auri vel flammæ ex lignis aridis excitatæ. Quod si aliquando *ἐρυθρόν* rubrum vel rufum interpretemur alios secuti, reprehendendi non sumus: nam id etiam significat *ἐρυθρόν* flauum scilicet exaturatum, quod est rubrum dilutius, vnde Oppianus *ξανθοίτε ἐρυθροί*, qui tamen iudicio omnium rubescunt. talis est optimæ & minimè adulteratæ ceræ color. Dioscorides de corni arboris fructu loquens primùm dicit esse *χλωρόν*, id est, virentem: *πεπραμύμυρον ὃ ξανθόν, ἢ κηλοιδεῖν*, id est, per maturitatem rubescere, aut ceræ colorem representare. Vides vt *ξανθόν* & *κηλοιδεῖν* pro eodem colore vsurpet: quod autem *ξανθόν* rubescens vertit interpretes, id non de rubro exaturato intelligendum est, sed de diluto, quod *ἐρυθρόν* aliquando appellari prius diximus, & alibi etiam Dioscorides scribit, Ceram optimam esse *ὑπόκίρρον*. Talis color est luteus, color nimirum vitelli ouorum. Idem color dicitur etiam nonnunquam *συρρός*. Vinum enim *κίρρον* quod Galenus *ξανθόν*, id est, flauum interpretatus est *κυρρόν ὠχρόν*, id est, rufum pallens LIB. XI. methodi appellat. Quamobrem vehementer errant qui vinum *κίρρον* siue *ξανθόν* putant esse, quod Galli *vin clair* appellant, est enim hoc giluum. Colorem verò *κίρρον* siue *ξανθόν* propriè refert vinum, quod in Gallia nostra Narbonensi provenit diciturque *muscat* & *picardent*. Hæc ideo diffusius explicauī, vt ob nominum varietatem diuersarū; eorundem significationes rerum notitia obscurior nobis nō esset. Quare *κίρρον*, *ξανθόν*, *συρρόν*, *ἐρυθρόν*, & Latine flauum, luteum, rufum, rubrum, seu potiùs rubescens nonnunquā pro eodem sumuntur, vt exemplis veterū comprobauimus, nonnunquā differunt

Lib. 31. cap. 13.


Lib. 1. ἀλίον τικώψ.

Lib. 1. cap. 173.

Lib. 2. cap. 105.

sed ratione tantum maioris & minoris. quod fit, vt propter magnam in colorum quorundam gradibus affinitatem, modò hoc, modò illo nomine, diuersi autores vtantur, etiam in eodem colore designando. Ex his igitur liquet qualis sit piscis istius color, diuersis nominibus ab antiquis expressus, qui non solius est cynædi: cancri enim aliqui & cancelli, & leones parui, qui circa insulam D. Honorati, & in mari Ligustico capiuntur, flauii sunt siue lutei: denique eiusdem cum cynædo coloris, de quibus suo loco dicemus. Quare meritò falsus nonnullis Plinij locus videri possit. Cynædi soli piscium lutei, vel inemendatus, vt legendum sit, Cynædi toti lutei, quemadmodum locutus est Athenæus ὁ μὲν ὅλον κηροφθεῖς, omnino quidem cærei coloris modò intelligas non ita omnino luteos esse, quin aliqua parte purpurei sint, vt initio huius capituli declaratum est. Carne & substantiâ eadem est, quæ cæteri saxatiles nimirum tenera, molli, & friabili, minimèque glutinosa. Ius ex eo ventrem lenit. Coctus in sartagine melior est asso in craticula, vel elixo: hic enim mollior fit, ille quia tener est & friabilis, in tenues partes facilè soluitur. Preparatur sic. Exemptis interaneis sale aspergitur & farina, quæ partes continet & solui prohibet: deinde in feruens oleum iniiciendus. Refrigeratus cum succo mali Arantij editur. Ægrotis salubre alimentum, facilè enim coquitur, & temperatum sanguinem gignit.

De Merula.



CAPUT V.



Vt Apud Græcos κηροφθεῖς & auis & piscis nomen est, ita merula apud Latinos. Peritiores piscatores *Merle* vocant: nonnulli *Tourd*, non distinguentes turdum à merula: alij communi saxatiliū nomine *Rochau*. Merula piscis est marinus, ex sa

saxatiliū genere, tinca fluuiatili similis corporis habitu, colore ex indico nigrescente, maris color magis ad violaceum accedit: fœminæ ex vario nigrescit. os dentibus acutis & recuruis munitum. labris, oculis, pinnis, squamis reliquisque partibus, saxatilibus aliis similis. hepate est magno, à quo fellis vesica pendet, intestinis latis, ventriculo longo, splene paruo, corde angulato, branchiis, aliis saxatilibus similis: vescitur musco, alga, pisciculis, cancris, echinis paruis & integris, cuius rei testes oculati sumus: id enim aliquoties ex eius dissectione deprehendimus. Hæc de merula Aristoteles. μεταβαλλεῖς καὶ οὖς κηροφθεῖς καὶ κηροφθεῖς, καὶ κηροφθεῖς, καὶ ἡ κηροφθεῖς τὸ κηροφθεῖς καὶ τὰς ὄρας, ὡς περ ἕνα τῶν ὀρέων, τὸ μὲν γὰρ ἑάρπος μέλανες γίνονται, εἶτα ἐκ τῆς ἑάρπος λαβὴ καὶ πάλιν. Mutant colorem pisces, qui merulæ & turdi appellantur, atque etiam squillæ, pro anni temporibus vt aues quædam. Vere nigrescunt, postea candorem suum recipiunt. Quem Aristotelis locum sic intelligere oportet, vt turdi & merulæ suum quidem seruent colorem, sed magis exaturatus fit circa ver, æstate verò magis diluitur, minusque niger est, quæ causa est, cur pisces hos candidos fieri scribat. Idem de phycide, & mæna sentiendum. Merula inter saxatiles laudata, inquit Plinius: carne est tenera & molli, facilis concoctionis, parum nutrit, & bonum succum gignit. Elixā febricitantibus saluberrima, si coquatur in sartagine farina conspergenda, vt partes contineantur. Quibus autem rationibus adducti piscem quem hic depingimus, merulam esse existimem, paucis dicemus, vt inde eorum refellatur error, qui alium à nostro pro merula ostendunt. Admonitum autem prius lectorem velim, vt meminerit à veteribus colorem indicum, aut purpureum exaturatum, nigrum vocari, vt purpuram nigram, violam nigram, circæam flore nigro, qui tamen purpureus aut indicus est. Eodem modo nigram merulam dici putet. Iam verò merulam piscem à similitudine coloris merulæ auis nomen accepisse nemo est qui negare possit. At merula auis nigra est. Quare hunc nostrum piscem nigrum saxatilem merulam esse antiquorum constat. Quod autem merula piscis nigro sit colore, testis est Nu-

menius apud Athenæum. Γλάυκος ἢ ὀρφάδ' ἕναλον γένος, ἢ μελάγχρον Κόσσυρον.


Huc accedit quòd hic noster mutat colorem, est enim aliquando nigrior aliquando minus niger. Postremò ex saxatiliū est genere, carne molli & friabili. Aliud merularum genus inuenio quòd dorso est nigro, ventre indico, quibusdam partibus cæruleis, vt pinnis cauda, & circa branchias. Non differt substantia à superioribus.

Q

Lib. 8. de hist. animal. ca. 30.

Libro 7.

D Turdorum generibus.




CAPV VI.


NUNC Ad turdos veniamus, quorum multa sunt genera, varia nomina, tantaque colorum varietas, vt in iis creandis lusisse videatur natura. Turdorum complura esse genera, vt inquit Columella, & eorum varios admodum colores esse ex singulorū descriptione, perspicuum fiet. Pancrates apud Athenæum autor est, multis nominibus appellatum fuisse turdum, & Nicander *πολυδύμενον* vocat: etenim *κίχλιω, σάυρον, αἰολίδα* nuncuparunt, Athenæus ex Aristotele *μελαροφύλον*, id est, nigris maculis insignem, sed potius *ποικιλοφύλον* dixerim, id est, variis notis distinctum, & sic apud Athenæum legisse videtur Phauorinus. *κίχλη* nomen frequentius fuit, vt auis, ita & piscis. *κίχλη* ab Atticis & non *κίχλα* dicitur, ita suadente ratione, inquit Athenæus, fœminina enim in *λα* ante *λα*, alterum *λ* habent, vt *σκίλλα, σκύλλα, κόλλα, βδέλλα, ἀμύλλα*. quæ verò in *λη* desinunt non item, vt *κίχλη, τελελη, ὀμίχλη*. Latini turdum nominant. Nostrates, Prouinciales, Itali, Hispani *turdò*. Galli *vielle*. Iam turdorum qui solo ferè colore differre videntur, omnes species ordine recensamus. Primi generis eum fecimus, qui à pluribus *turdo* dicitur, qui notas etiã insigniores habeat, quibus à quouis nullo negotio discerni poterit. Est autem non admodum dissimilis cynædo, minor paulò & latior, ad auratæ figuram accedens, dentibus recuruis, pinnarum situ, numeroque cæteris saxatilibus similis: labra habet crassa & rugosa, cauda non in duas pinnas sed in vnã latam desinit, quæ maculis nigris & rufis insignis est. In reliquo corpore colore est vario, vnde *αἰολος* dictus. Dorsum fuscum est, venter ex albo liuescit. Pinnæ ad brachias aureæ sunt, ad podicem & in tergo flauæ, nigris cæruleisque maculis aspersæ. oculi magni sunt, rotundi, pars oculis subiecta variis coloribus est illustris.

Part

Partibus internis ab aliis saxatilibus non multum differt. Carne est tenerissima & friabili. Ob insignem teneritatem à multis negligitur. Optimus assus in craticula vel in sartagine coctus. Refrigeratus firmiore est carne. Ex aceto vel mali arantij succo edendus: priusquam coquatur sale conspergendus, vt gratioris sit saporis.




S E C V N D I Generis turdorum is rectè censetur, qui à nobis distinctionis gratia pauo nuncupatur. Hic priori similis est, maior tamen plerunque. Colore ex viridi cæruleo, vel indico, colorem colli pauonis referente in pinnis omnibus, & in cauda. Hinc pauonis nomen posuimus veteres imitati, qui merulas & turdos auium nomina piscibus dederunt, cum liceat cuius rebus anonymis & nouis noua nomina ponere. Carne est molli, friabili, tenera. Viscidi aliquid habere videtur inter saxatiles.




T E R T I I Generis est is, qui *Minchia di Re* à nonnullis appellatur. Superioribus similis, colore verò dispar. Est enim varius admodum, vixque vllus est, qui plures colorum differentias habeat. Viridis est magna ex parte, sed punctis purpureis, cæruleis, indicis,

Q 2

& aliis confusis coloribus conspersus. Pinnæ ad branchias flauæ siue rufæ sunt, aliæ omnes partim cæruleæ sunt, partim virides, partim rufæ. Cauda rufa punctis cæruleis notata. Branchiarum opercula punctis & lineis rufis, sinuosis, certis spatiis distictis distincta. Ad eò variis & iucundis coloribus ornatus est, vt pulchri nomine sit dignissimus. Carne tenera, friabili, delicata aliis non cedit. frequens est Romæ & Antipoli & in Lerino insula.




Q V A R T I Generis turdus varius etiam est, dorso nigrescente, pinna eius virescente. Ventre & lateribus flavescentibus. A branchiis ad caudam lineæ virides ductæ sunt. Pinnarum quæ in ventre infima cærulea sunt. Hunc nonnulli ex piscatoribus nostris *Perroquet*, id est, psittacum vocant, quòd ea sit coloris varietate qua auis illa Indica. Similem succum gignit cum cæteris saxatilibus. Facile concoquitur, quòd tenera sit substantia & friabili.




Q V I N T V M Genus turdi gobionem flauum refert, hoc ab eo discrepans, quòd lineam albam ductam ab oculis ad caudam habet. Deinde maculis nigris, quibus aspersus est gobius, caret. Pinna quoque vnica in ventre neque diuisa, quam habet gobius. Turdus iste colore aureo est, neq; differt ab aliis carnis teneritate.

Sext




S E X T V M genus quinto omnino simile, nisi quòd huic lineæ ab oculis ad caudam ducta, non alba est, sed cærulea rostroque, est longiore & aquilino.




S E P T I M V M Genus à Prouincialibus *cero* dicitur, maximè Antipoli, & nostri speciem vnã turdi *cero* vocant. In saxis degit præsertim litoralibus. magnitudine est cubitali, coloribus variis insignis, dorso aureo, viridibus maculis consperso, ventre candicante, lineis rufis & tortuosis, nullo ordine dispositis notato. Tales ferè cernuntur buxi radices vel iaspides. Labra viridia sunt, branchiarum opercula purpureum quiddam habent. Cauda & pinnæ magna ex parte cæruleæ sunt. Septimum hoc genus esse puto, quòd *κνεῖς* ab Athenæo dicitur, vnde *cero* fecerunt nostri. Suspicius sum aliquando locum hunc mendosum esse, & pro *κνεῖς* legendum *κίχλι*, ea ratione adductus, quòd neminem vnquam ex his qui de piscibus scripserunt, piscem sic nominasse meminisse. Tum quia hoc loco cum de scaro dixisset, comodè *κίχλι*, id est, turdum subiunxisse videretur. His inquam rationibus motus, diu in ea sententia permansi, vt *κίχλι* legendum existimarem. Cum verò quæ sequuntur, accuratiùs considerarem, omnia quæ hîc dicuntur, parum turdis omnibus convenire, animaduerti, quæ causa mihi fuit mutandę sententię. Locus sic habet apud Athenæum *ἡ δὲ κίχλις ἀπαλόβαρος, ἀκίχλιος, ἄσφομα-* Libro 8: *χος, ὃ δὲ χυλὸς αὐτῆς παχὺν καὶ σμικρὸν.* Ceris quæ dicitur teneræ est carnis, aluo facilis, stomacho grata, succus ipsius incrassat & abstergit.

Q 3

Præterea obseruauit Athenæum de multis piscibus mentionem facere, de quibus alij omnino tacuerunt. vt *παρακλαγγος*. de coracino albo. de melanderino. Item Plinium de ichthyocola, de lucerna, de cornuta, de quibus nulli alij meminerunt. Idem fecisse Ælianum constat. Porro multa ab iisdem esse omissa, quæ à nobis diligenti dissectione & experientia, & à peritis piscatoribus percepta, literis mandamus: quod etiam spero multos post me facturos esse. Quare vt ad rem redeam, *κρηεις* legendum non *κίχλη* eamque esse putamus, cuius iconem præfiximus.




OCTAVVM Genus à septimo non admodum differt: est enim eodem ferè modo varium, sed lineas multas habet in ventre sese interfecantes. Carne est aliis similis.




NONVM Genus superiori simile est, nisi quòd lineam candidam habet à branchiis ad caudam, alias multas confusas, obliquas, ut ceris, quæ aurei sunt coloris, alioqui colore est vario, viridi & flavescente. A quibusdam *galian* dicitur, ab aliis *bille*, à nostratibus *menestrier*, hoc est, tibicen: quia variis est coloribus tibicinum ritu, qui versicolori habitu uti apud nos solent. Carne est tenera & friabili.


Deci



DECIMA Turdorum species colore est viridi, extrema operculi branchiarum & pinnarum ventris purpurascunt: oculi rufi: venter ex albo flavescit: ore est paruo labrisque paruis: eiusdem substantiæ est cum aliis.




VNDECIMVM Turdorum genus est, quod *auriol* nostri vocant, quasi *αυριολον*, id est, varium: alij *galian*, alij *durdo*. Est autem inter turdos maximus, ad lupi cubitalis magnitudinem & crassitudinem accedit. Colore est rubricæ, qua nostri pro terra armenia vtuntur, multis nigris & liuidis maculis respersus est, ventre est plumbei coloris, labris magnis. Colorum duntaxat varietate à turdo septimi generis differt.



SED Et hic in turdorum genera referendus mihi videtur, qui vulgò *Vielle* dicitur: neque enim minus varius est quàm ceteri iam descripti. Capite est cæruleo, dorso virescente, linea viridis & tenuis à branchiis ad caudam ducta est, in cuius extremo macula est

rotunda, paulò supra caudam. reliquo corpore est rubescente, pinnae variae, sed maiori ex parte purpureae. Hos omnes turdos appellauimus, tum quia Columella turdorum complura esse genera scripsit, tum quia nomina quibus à veteribus omnes isti distincti sint, non reperio. Postremò nunc alio nomine quàm turdi non appellantur propter magnam inter se affinitatem. Quibus adductus generis turdorum species duodecim constitui.

De Iulide.



CAPUT VII.



OΥΛΙΣ à Græcis dicitur, quæ à Gaza iulia, cuius nominis vice, Græcū retinere maluissim: à Liguribus *girello* siue *girella*, à nonnullis *donzella*. nostris incognita est, quia vix in toto nostro litore reperitur. Piscis est marinus, gregalis, teste Aristot. ex saxatilium genere, autore Galeno LIB. I I I. de facultatibus alimentorum. Dignitatem magnitudinem vix superat. varius est: nimirum dorso violaceo, à capite ad caudam subauream lineam ductam habet, hinc & inde rostri modo dentatam, cui pars quæ subest colore est cæruleo, venter candido flauescente. Squamis tegitur paruis, pinnarum numero, situ, labiis, dentibus recuruis, cauda, aliis saxatilibus similis. rostro est acutiore, oculis paruis, rotundis, podicem habet in medio ferè corpore. internis partibus à saxatilibus aliis non differt, corpore est breuiore strictiorèque. Antipoli & in toto Ligustico sinu frequentissimus est pisciculus, & ob paruitatem vilis. Numenius apud Athenæum *ισλιδά μύρον* appellat, id est, voracem, siue edacem. memorabile est id quod de hoc pisce scribit Ælianus, iulides pisces saxatiles sunt, quibus os sceleratissimi veneni refertum est. Quemcunque piscem degustarūt, inhabilem ad edendum, perniciosumque ei qui postea gustauerit, efficiunt. Piscatores cum squillam quam media ex parte iulides exedissent & confecissent, sine vlllo precio parabilem offendissent, cumque inopia pressi gustare cœpissent, illorū aluos vehementes cruciatus exceperunt. In piscatu vrinatores & natatores infestissimè persequuntur, ac vt terrenæ muscæ mordicus premunt, similiter iulides frequen-

Lib. 9. de hist. animal. c. 2.

Libro 7.


tes

tes, in eos, quos dixi incurrentes, morfu affligunt quas repellere necesse habent, aut ab his demorsu cruciabantur, in quibus repulsandis totus vrinandi & natandi labor perit. Haud dissimilia de iisdem scribit Oppianus. Iulides hominibus saxa rimantibus, ore venena to infestissimas esse: denso enim agmine saxis erumpere & circumdare, nec morfu petere desistunt, quantumuis illi pedibus manibusque excutere à se conentur, easque muscis comparat, quæ messorum fessos & sudore diffuentes cateruatim inuadunt, nec nisi sanguine plenæ abigi possunt.

Αἰ δὲ ἀπὸ πειθαίων μέλα μύρια ὀρμηγεῖται
 Ἄνδρα περιπροθέει, καὶ ἀγροῖα ἀμφιχέου)
 Καὶ μιν ὄδῃ βλάπτει, πονδύμιμον ἄμωθεν ἄμω)
 Κνήσσει φομάτεσσιν ἀμωδέες, ἀμωρὸ δὲ κάμνη)
 Ὑδαὶ δὲ φυλάττει (ἢ ἰσλιδῶν ἀντιβολεῖται,
 Χερσὶ δὲ ὄσιν ἀένος ἐστίν, ἐπιφορμῶσι τε πόδεσσιν
 Σώφ ἀμωβόμιος διερὸν φρατὸν αἰ δὲ ἐφέπον)
 Ἀσπερφεῖς μέγας ἐναλίγγιοι, αἰ ῥά τ' ἐπὶ ἔργοις
 Ἀνέρας ἀμωτήρας ὀπωρῶν μωγέωντες
 Γάτωσ' ἀμωραὶ θέρεος εἴχες ἀμωφάτων).

Cum aliquando Antipoli & fanitatis & voluptatis causa, corpus in aqua marina lauare & pisciculos capere vellem, vidi equidem pisciculos istos non aliter quàm fucos adproperare, & morfu tibias petere ne calce quidem, etiam si pars callosa sit & dura, abstinētes. Idem mihi narrarunt, qui in comitatu erant Gulielmi Pelicerij episcopi Monspeliensis viri in vario doctrinae genere excellentissimi, cum Niceam nauigaret, ad conuentum trium summorum totius Europæ principum FRANCISCI Gallorū Regis, literarum alumni, CAROLI quinti Imperatoris, & PAULI tertij Pontificis Romani. His adducor, vt credam iulidem veterum eam esse quam hinc exhibemus. Cum Pisis Portius magni nominis philosophus eundem piscem affabrè atque egregio artificio depictum mihi ostendisset, sciscitatusque essem quem piscem existimaret, ille iulidem respondit: non, vt aiebat, veterum scriptorum descriptione aliqua persuasus, sed suspicionibus quibusdam & communi consensu. Sunt enim qui iurelam alij iulam nuncupent, quæ magis ac magis opinionem meam confirmant. Huius obiter tantum meminit Aristoteles, inter gregales recensens. Galenus quarto loco inter saxatiles collocat. Oppianus & Artemidorus in libro de somniorum interpretatione inter varios pisces numerant. Plinius nullam omnino mentionem facit. Est carne tenera & fragili. Sed quæ litorum & portuum saxa frequentat deterior est, quæ procul inde viuunt in saxis melior. Ius ex ea aluum subducit. Paratur vt reliqui saxatiles, sed melius farina conspersa coquitur in sartagine.

De Perca.



CAPUT VIII.

QVI De rebus citra *θεοισμῶν* disputant, eos sæpe labi, errare, & de rebus perperam iudicare necesse est. Quod cum in aliis artibus tum maximè in Medicina perniciosum est. Sic enim & venenum pro medicamento, & noxium alimentum pro salubri proponi ægrotis potest: maximè verò in alimentorum delectu imperitos falli cõstat, vt in perca: quam cum & à Galeno & veteribus omnibus commendatam esse sciant, ægris omnibus fluuiatili vt vescantur, imperant, nec marinam cognoscentes, nec à fluuiatili discernentes, quæ tamen succo substantiâque plurimùm diffident: fluuiatilis enim dura est, & glutinosa, marina tenera & fragilis. Duæ igitur sunt percarum differentia: altera marina est, altera fluuiatilis. De marina nunc loquimur. *Πέρκη* à Græcis dicitur, aliquando *πέρκεις*, à Latinis perca. Græci etiam hodie antiquo nomine vtuntur. A nostris *perche de mar* dicitur. Piscis est marinus saxatilis, squamosus, rufi coloris, ore mediocri, dentibus acutis, lineas multas in lateribus habet à dorso ad ventrem descendentes, alias rubescentes, alias nigrescentes, siue purpurascetes. Vnde percas *αἰόλας* vocauit Epicharmus apud Athenæum, id est, varias. Pedali est magnitudine, Branchiis, pinnarum numero, caudâ saxatilibus aliis similis. Ventre est prominentiore. Podex in medio ferè est corpore, à quo pinna longa protenditur. Venter ex albo purpurascit vel liuescit. Vt toto reliquo corpore, ita capite est vario. Ventriculo magno cum appendicibus multis, id quod etiam testatur Aristoteles. Intestinis satis latis, in quibus vermes frequenter reperiuntur. Athenæus ex Aristotole, ἐν τῷ περὶ ζωικῶν scribit τῶν χαμμοποικίλων, πλαγίαις τὲ τὰς ῥάβδαις κεχρημένον πέρκην, καὶ παροιμία δ' ἔστιν ἕπειτα πέρκη μελαμύρον. Ex quibus perspicuum fit nos percam veram hîc depinxisse: vbi per *κεχρημένον* le-

Lib. 7.


Li. 2. de Hist. animal. ca. 17. Lib. 7.

legendum est *κεχρημένον*, id est, percam ex iis esse piscibus, qui lineis variis & transuersis colorati & depicti sunt, estque prouerbium, Sequitur melanurum perca: & alibi, *πέρκησι καὶ γηγῆσι μελαμύρον*, id est, percarum ducem melanurum appellat Numenius: quod fortasse perca prudentiæ tribuendum est, quæ cum melanurum callidum esse præuideat, vixque capi, vt capite de melanuro dictum est, eum vt tutior sit, sequitur. quâquam Erasmus de infida societate parcemiam interpretetur. Percam in veris saxatilibus numerat Galenus: quare molli fragiliq; carne fuerit, optimiq; succi, sed de marina loquitur. Athenæus tamen gobios similes esse perca scribit, qui succi bonitate veris saxatilibus pares non sunt. Ius ex percis aluum mollit. Coërcent carcinomata, percarum capita salfarum, efficacius si cineri earum miscetur sal, & cumila capitata, oleoq; subigantur, inquit Plinius. Optima redditur, si farina conspersa in sartagine frigatur, vel in craticula assatur: nam elixa tota diffuit.

Lib. 3. de fa. cult. aliment.

Lib. 32. ca. 18.

De Channa.



CAPUT IX.

PEVSIPPVS apud Athenæum percam, channam, phycidem similes esse dicit: quam obrem cognita perca, reliquæ facilius cognoscentur. Dicitur à Græcis *χάνη* & *χάνη*, vtrumque enim nomen reperio: nam à verbo *χάνω*, quod significat hio, deducitur. *χάνω*, & per pleonasmum *τῶν*, vel dicitur *χάνω* vel *χάνω*, vel *χάνω* & *χάνω*: vtroque enim genere pro pisce sumitur: à verbo autem *χάνω* deducitur, quod semper ore hiante fit, vnde à Gaza hiatula vertitur. Eandem ob causam ab Epicharmo dictas fuisse channas *μεγαλοχάμμονας* opinor, id est, multum hiantes. à Massiliensibus, nostratibus & Hispanis *ferran* dicitur, à quibusdam *thanna*. Channa piscis est pelagius, autore Aristotele, nihilominus saxatilis similis, & cum saxatilibus ab Oppiano numeratus, lupum corporis habitu referens, & oris scissura. Maxillam inferiorem superiore prominentiorem habet, ob quam causam ore ferè semper est aperto. Dentès acutos, oculos paruos. Pinnis, cauda, aculeis, branchiis, internisque partibus

Lib. 7.

Lib. 8. de hist. anim. cap. 13.

Lib. 1. de hist. anim. cap. 13.

cæteris saxatilibus est similis, sed ventriculo est maiore & laxiore, colore est vario, dorsum ex rubro nigrescit, lineæ à capite ad caudam ductæ rufæ sunt. Cauda maculis rufis notata, item pinna à podice ad caudam. Pinna dorsii rufa est. Inde Aristoteles, citante Athenæo *ποικιλερυθρον μελανον* appellauit, & *ποικιλοχρυσον*, quod partim nigro, partim rufo, siue rubescente colore variata sit. Adhæc cum permultas viderimus & disseuerimus, omnes vuluas habere comperimus, & sæpius ouis, sed non multis plenas, quod omnes fœminæ sint, vt annotauit Aristoteles. Quæ omnia mihi fidem faciunt nos channam veterum hîc proponere: quanuis Massilienses piscem alium isti similem channam vocent, & stagni quod lingua nostra *martegue* dicitur, accolæ pisciculum alium *canadelle*, quod fieri propter similitudinem reor, & hos pisces cum channis confundi, quemadmodum in turdis, quorum plura genera recësuimus, vsuuenit: quos omnes communi nomine *turdo* appellant. De channa Ouidius: *Et ex se*

Concipiens channe gemino fraudata parente est.

Et Aristoteles Pliniûsque locis capite de erythrina citatis prodiderunt, channas omnes fœminas esse, quod omnes vuluas habeant, nullæ seminis vasa, quibus mares à fœminis discernuntur, quod omnes grauidæ capiantur. Verùm qui fieri istud possit, non sine causa quis dubitauerit, quemadmodum & de phoxinis, de quibus Aristoteles LIB. VI. de animalium historia, Formantur oua per coitum in iis, qui venere vtuntur; sunt & sine coitu, ostendunt id fluuiatilium quidam: nam statim atque nati sunt, propè dixerim, & parui adhuc phoxini oua habent. Iam verò perdices non solum hypenemia oua, sed etiam fœcunda concipere aiunt, si quo tempore gliscunt, & ad venem incitantur, aduersæ maribus steterint, vento inde flante. Et equas quasdam in Lusitania sine coitu parere, sunt qui affirmant. Quæ naturali & insigni animalium istorum fœcunditati tribuere oportet. sunt & mulieres tam fœcundæ naturâ, vt primo statim concubitu concipiant, vnde prouerbium, *τις δὲ γρη ὄταν χακὸς ἀνδρὶ παρῆν*. Parit puella etiam si malè adsit viro. Noui equidem matronas integerrimas & castissimas ex senibus & propè effœtis maritis ob naturalem fœcunditatem liberos suscepisse. Ex quibus efficitur, vt minùs mirum videri debeat in mari, in quo fœcundissima sunt animalia, erythrinos & channas ex se concipere, & sine mare oua parere, quæ postea mare diuina & procreatrice sua vi perficit, masculique vicem gerit. qua de re plura legere potes LIB. IIII. Dicet fortasse aliquis erythrinos & channas vtriusque esse sexus, quod de leporibus terrenis credunt aliqui: quod etiam in quibusdam comperiri aiunt, vt in mugilibus, in quibus modò oua, modò lac videri ferunt. (Semen autem lac vocant) idque mihi affirmauit Ioannes Laurentius vir iam senex, & in piscandi

Lib. 4. de hist. anima. cap. 6.

Lib. de piscib.

Cap. 13.

Cap. 3. & 4.

at

arte exercitatissimus, vtpote quam & in nostro litore, & in Hispania, & in Italia exercuerit. Eam nunc in insula quæ *martegue* dicitur non procul à Massilia exercet. At huic opinioni refragatur Aristoteles, qui oua semper in iis reperiri affirmat. Verùm de hac re nihil statuo. Sed liberum cuique iudicium relinquo. Cætera que de channa dicenda sunt persequamur. Channa ex sarchophagis est teste Aristotele, cui & synodonti euenit, vt quû minores insequuntur, venter excidat, propterea quod piscium ventriculus iuxta os positus est, nec gulam habent. Et alibi. Pisces magna ex parte gula carent, vt qui coniunctum statim ori ventriculum habeant, quocirca sæpius euenit grandibus nonnullis, vt dum per impetum insectantur minores, ventriculus in os procidat. Sola igitur causa cur ventriculus in ore channæ & synodontis, & aliorum quorundam sæpe reperitur, non est ventriculi situs ad os, omnibus enim piscibus qui pulmonibus non spirant, quique ob id, & arteria aspera, & gula carent, id accideret. Sed voracitas & tanta cibi appetentia vt ventriculus, cui rectæ sunt fibræ ad trahendos cibos, sursum feratur & tum ob propinquum situm, tum ob laxitatem in os procidat, id quod declarat Galenus LIB. III. de facult. naturalibus, quo etiam in loco Aristotelis sententiam profert, imò verba ipsa adscribere videtur longè quidem diffusius quàm in nostris exemplaribus legantur. Sunt hæc Galeni verba: Ergò ex iam dictis patet, internam gulæ & ventriculi tunicam, cui rectæ sunt fibræ, quæ ab ore in se attrahat, esse institutam, eoque in deglutendo tantum agere, externam verò cui transuersæ sunt fibræ, quo constringat ea quæ continet, ac protrudat talem esse factam, eandem tamen non minus in vomendo, quàm deglutendo operam suam nauantem. Clarissimè subscribit iis, quæ dicimus & quod in channis, & quod in iis qui Græcè *συνδοντες* appellatur, accidit, vt quorum ventriculus interim in ore inueniatur, veluti Aristoteles in lib. de animal. histor. prodidit, reddita etiam causa, præ gulositate id inquires illis contingere. Ita enim scribit. In vehemētiore appetentia, ventriculus omnibus animalibus sursum procurrat, adeo vt nonnulli cum primùm incipere manifestè eum affectum sentiunt, foras reperè sibi ventrem dicant: alij verò cibos quos adhuc mandunt, nec dum satis eos confecerunt, eripi planè inuitis. Ergo in iis animalibus quæ naturâ sunt gulosa, quibusque oris laxitas est multa, ac ventris situs propinquus, veluti in synodonte, ac channa cernitur, nihil mirum est, tum in admodum vehemēti esurie, minorum piscium aliquem prosequuntur, ac iam in eo propè sunt vt comprehendant, si auiditate perurgente venter eorum in os sursum rapitur. Fieri autem id aliter prorsus nequit nisi venter cibos per gulam veluti per manum ad se trahat. Sicuti & nos præ studio aliquando nos totos vnà cum manu extendimus,


R

Lib. 8. de hist. anima. cap. 2.

Lib. 2. de hist. anima. ca. 17.

quò promptiùs corpus quod petimus apprehendamus, ita & ventriculus cum gula, veluti cum manu vnà extenditur. Proinde in quibus animalibus hæc tria simul incidunt, vehemens nutrimenti auiditas, gula parua, & oris laxitas ampla, in his paulum extensionis momentum totum ventriculum sursum in os agit. His verbis Galenus & Aristoteles apertè ostendunt causam rei, quam quærebamus, cur scilicet channis & aliis piscibus ventriculus in os excidat. Hoc loco me etiam inuitum cogit veritas vt lectores admoneam, virum alioqui doctissimum, & mihi amicissimum qui his Galeni libris annotationes aliquas in margine asperit, lapsum esse cum channas, id est, hiatulas, concharum genus esse annotauit, similitudine nominis, vt opinor, deceptus. Sunt enim chamæ conchulæ quibus channæ nomine tantum similes, re valde dissimiles sunt, quippe quæ squamosæ sint, ex pelagiis vel litoralibus piscibus, vt initio huius capituli diximus. Channa tenera est carne, vt scribit Athenæus, durior tamen percâ, paratur vt reliqui saxatiles.

De Phycide.



CAPUT X.



Græcis *φυκίς* & *φυκίων* dicitur, à Gaza *phuca*, à nostris *mole*, fortasse ob carnis mollitudinem, Hispanis *mollere*, Romanis *phyco*. Audio à Neapolitanis quendam ostendi nomine *pittara*, pro phycide, quem Græci huius temporis *phocida*, Veneti *lepo* nominant. Phycis piscis est marinus ex saxatiliu genere, colore rubescente & vario percâm & channam referens, quam ob causam *ποικιλόχρως* dicta fuit ab Aristotele, vt autor est Athenæus. Anteriore corporis parte tincam fluuiatilem imitatur, posteriore soleam ob tenuitatem & pinnarum situm, quibus veluti cincta est. Vnde *ἀκανθοσφῆς*, eodem Athenæo teste, cognominauit Aristoteles, id est, spinis coronatam. Quæ tamen appellatio illi cum multis aliis piscibus communis est. Mutat colorem phycis, reliquo tempore candida, vere varia. Nam summum caput ex nigro rubescit, pars inferior ventrem spectans, tincæ

Lib. 7.

Arist. lib. 8.
de hist. anim.
c. 30. Plin. lib.
9. c. 26.

tincæ colore est. Pars corporis posterior nigrescit. Pinnæ duæ, quæ sunt ad branchias, rubescunt. Ore est magno, dentibus paruis. Labiis caret, vt chæna. Oculis est magnis, aureis. Barba ex vnico pilo ex summo inferioris maxillæ propendet. Paulò infrà pili duo longissimi pendent loco pinnarum ventris. In dorso primùm pinnam habet paruam & diuisam, mox sequitur altera, membrana connexa, quæ ad caudam vsque protenditur: huic similis est alia, à podice magno, & in medio ferè corpore sito, ad caudam vsque. Ventriculus longum habet, appendices quindecim, hepar magnū lactei coloris, à quo longa fellis vesica pender. intestina lata, replicata, branchias magnas. lapides in cerebro, quemadmodum asellus aut lupo. Ex his ego colligo veram phycidem hinc expressam esse: quæ quanquam ad faciendam fidem satis esse possint, tamen multò magis sententiam hanc meam confirmaui, cum in media alga nidificantem vidi, id quod sola phycis facit testibus Aristotele & Plinio. Phycis piscium sola nidificat ex alga, atq; in nido parit. & id certissimùm esse piscatores multi obseruarunt. Quòd autem solam nidificare aiunt in alga, id falsum esse cõperit Gulielmus Pellicerius Monspelienis episcopus, vir in rebus peruestigandis diligentissimus & perspicacissimus, qui gobiones & hippocampos in alga oua ponere & parere animaduertit. Est & hinc corrigendus error illius, qui Oppiani *ἐλιθιακά* versibus Latinis expressit. sic enim Oppianus LIB. I. *ἐλιθιακά*.

Καὶ κίχλαι ραδιναί, καὶ φυκίδες, ἕως ἀλιήες
Ἄνδρὸς ἑσωνυμίου θηλυφρονος ἠυδ' ἀξίλο.

Sic verò interpres: Turdique cirentes,
Phycides Eunuchi vero de nomine dictæ.

Quàm ineptè contra mentem Oppiani tributum sit phycidi eunuchi epitheton, sciunt omnes, quibus phycis penitus sit cognita: nam & parit, & partus huic maiori curæ est, quàm reliquis, quippe quæ nidum in alga sibi paret & struat: quí igitur eunuchi nomen rectè competere potest? Quare ne per somnium quidem id Oppiano in mentem venit. sed recensens pisces, qui circa saxa, vel in saxis versantur, phycidibus subnectit eum quem initio libri huius *ἀλφιστῶ* à Græcis, à Plinio cynædum nominari ostendimus, quem per periphrasim cum aliis saxatilibus numerat Oppianus, vt sit is sensus:

Phycides, & cui

Piscator mollis nomen dedit esse cynædi.


Nunc supersunt duo expendenda, sit ne idem piscis *φυκίς* & *φυκίδιον*. *φυκίω* & *φυκίς*. Ac primùm *φυκίδιον* nihil aliud esse quàm paruum phycidem nomen ipsum indicat: vnde Gaza LIBRO VI. de historia animal. pusillam phucam vertit, neque iis assentior, qui phycidion eum piscem esse putant, qui à nobis *capelan* dicitur, ideo

Lib. 8. de hist.
animal. c. 20.
Plinius lib. 9.
cap. 26.

quòd is veluti phycis è mento pendentem barbam habeat. Sed qui diligentius verba Aristotelis expendet, falli istos iudicabit: sunt autem *Ibidem.* hæc Aristotelis verba. Pisces qui oua edunt, semel pariunt anno, præter pusillas phucas, quæ bis pariunt anno. Differt autem mas phycis à fœmina, quòd & nigrior sit & squamis amplioribus. Atqui is qui vulgò *capellan* nominatur, piscis est læuis, & minimè squamosus. Ex quibus necessariò efficitur phycidion siue diuersa sit à phycide species, siue eadem, non posse esse eum quem *capellan* dicimus. Ergo phycidion à phycide ætate tantùm, & magnitudine differre puto. Deinde *Lib. 8.* *φυκίνα & φυκίδα* diuersos pisces facere videtur Athenæus, cuius hæc sunt verba. *καὶ τῶν περὶ αὐτῶν ὁ φυκίλῃ καὶ ἡ φυκίς ἀπαλατίζετο ἰχθυῖδια ὄντα, ἀέρωμα καὶ ἀφθαρά ἐστιν.* Ex saxatilibus phycen & phycis tenerrimi sunt pisces, virus non respicientes, & corruptu faciles. Phycis inter saxa degit, non solùm alga vel musco, sed etiam carne: nam squillas appetit autore Aristo. & in eius ventriculo non squillas modò, sed & lorigines, & pisciculos alios inueni. Phycis eadem bonitate est, qua cæteri saxatiles autore Galeno, simili quoque modo præparatur.

Lib. 8. de hist. anim. cap. 2. Li 3. de alim. sculi.

De Anthiæ prima specie.



CAPUT XI.

ANTHIARVM diuersa genera apud veteres auctores reperio, manifestam vel integram descriptionem nullam, sed notas quasdam duntaxat, & harum nonnullas inter se pugnantes, vt ex sequentibus perspicuum fiet. Adhæc de anthia alij ita scripserunt, ac si vnica esset piscis species. alij quatuor species constituerunt. Ex quibus fit vt nominibus abundemus, rerum verò notitia nobis desit. Nihil est autem in omni genere perniciosius quàm nominum tantùm peritum esse, rerum verò ipsarum inscium. Quamobrem quanta maxima potui diligentia, anthiarum species diu peruestigauit, easque quæ mihi notæ sunt, hîc exhibeo, ei qui certiora & meliora inuen

inuenerit, magnam habiturus gratiam. *Ανθίας* dicitur à Græcis & *ἰερός ἰχθύς* teste Aristotele. quo loco, inquit, anthias sit ibi nulla beluam esse, quo indicio vsi spongiarum piscatores vrinantur, & ob id sacrum piscem hunc nominant. At hæc appellatio illi cum multis aliis communis est. Nam Pompilus, delphin, mullus, & plerique alij pisces sacri dicti sunt. Dicitur & *καλλιχθύς*, id est, pulcher piscis, & *καλλιόνυμος*, id est, pulchri nominis. At vranoscopus Athenæo & Plinio testibus sic cognominatus est. Vocarunt alij *ἔλλοπα*, sed est etiam piscis alius, *ἔλλωψ*, qui squamas ad os versas habet. Hicetius à quibusdam *λύχου* dictum fuisse ait, nisi quis pro *λύχου*, legendum esse censeat *λοχου*. Est enim species anthiæ alba, neque enim nomen *λύχου* cuiquam piscium tributum reperias. nam qui à nobis Latine lupus dicitur, non *λύχος*, sed *λύβραξ* dicitur à Græcis. Postremò dicitur ab Aristotele *ἀυλοπίαις*, quem locum non satis expressit Gaza. *τὴν δὲ ἢ καὶ ὁ ἀυλοπίαις (ὅτι καλεῖται ἀνθία) τὸ θέρει.* id est, parit etiam ætate aulopias, quæ vocant anthiam. Oppianus verò *ἀυλωπὸν* quartam speciem anthiarum facit. Sed de nominibus satis. Nunc eum anthiam quem primi generis esse suspicor describamus. Is est colore similis pagro, vel cynædo, scilicet rubescente, vnde Oppianus *ξανθὸν* appellat, eadem significatione qua *ξανθὸς ἐρυθρίωνος*. Pinna statim à capite ad caudam ferè vnica, rufa, cuius aculeus primus longus & robustus, ad branchias pinnae duæ rufæ. In ventre duæ aliæ multò longiores & tenuiores eiusdem coloris à podice ad caudam ferè alia etiam rufa. Cauda rufa in duas pinnas longas desinens, caput rotundum, non compressum, variunt: rostrum non prominens. is est qui à nostris *barbier* dicitur. Oppianus scribit Anthiarum genera in saxis habitare, ea tamen aliquando deferere explendæ gulæ gratia, voraces enim & gulosos esse, dentibus tamen carere. eius verba sunt.

*Ἐξοχα γὰρ πᾶσι πάντας ἀδηνάγος οἴστρος ἐλάμνη
Κεῖνος καὶ κωδονώερ ὑπὸ τρυγῆ, χῶρον ἔχοντες*

Quæ sic conuerto:

*Supra alios omnes ciet insatiata libido
Ventris, non etiam munito dentibus ore.*

Νωδὸς enim inquit Suidas, est ὁ μὴ ἔχων ὀδόντας. At his repugnant quæ ex Aristotele profert Athenæus lib. v i i. *Αριστοτέλης δὲ καὶ κερχάρδοντα εἶναι τὴν καλλιχθύν, ἀρχοφάγοντα καὶ σωμαγελαζόμενον.* Aristoteles ait anthiam (nam ex præcedentibus liquet *καλλιχθύν* hîc pro anthia sumi) ferratis esse dentibus, & carniuorum & gregalem. Carniuoros dentibus præditos esse constat, cæteros qui luto, stercore, aqua viuunt minimè. Quare si Oppianus qui anthias voracitate alios superare scribit, eosdem etiam intelligat carniuoros esse, vt reuera sentire vide

tur. LIB. III. cū scribit anthias capi percis & coracinis in antra, in quibus latitant demissis, ipse secum pugnare videretur, nisi quis aliam Oppiano interpretationem affingat vt per *νωδένπερ ὑπὸ φόμα χύρον ἔχοντες*, regionem oris internam dentibus vacuam, id est, palatum & linguam, quibus infixi sunt dentes in multis piscibus, ceterum in maxillis ferratos inesse dentes reliquorum saxatiliū modo. Quæ interpretatio mihi curiosior quàm verior videtur esse: nam idem Oppianus scribit LIB. III. anthiis *φόμα* esse *ἀσπιδον*, id est, inermis. Vteruis verum dicat, is quem depinximus ferratis est dentibus & paruis. Est & alius scrupulus qui non minùs nos torquet: nam Ouidius de anthia hæc prodidit in halieutico suo.

Anthias his tergo quæ non videt vititur armis,

Uim spinæ nouitque suæ, versusque supino

Corpore. lina secat, fixumque intercipit hamum.

Idem Oppianus LIB. III. Plinius autem & alij capto anthiæ non id tribuunt, sed aliis non captis. Eius hæc verba sunt. Anthiæ cū vnū hamo teneri viderint, spinis quas in dorso ferratas habent, lineam secare traduntur, eo qui tenetur extendente, vt præcidi possit.

Et Ælianus vt homines fidi & commilitones veri, perinde pisces inter se vlciscuntur, quos anthias nominant, ex his quilibet cū prouerit conuictorem suum captum esse, celerrimè adnare festinat, ac dorso sui nixu ad eum inhærescit. Idem Plutarchus in libello cui titulum fecit, An terrene bestia aquatilibus sint prudentiores, scribit anthiam captiuo anthiæ succurrere, reiectumque in humeros funiculum surrectis aculeis refecare, spinæque suæ asperitate refringere. Plinius ferratam spinam anthiæ tribuit, alij non ferratam, sed asperam & acutam, quam Oppianus *δξύπρωρον* appellat. At ferratam spinam siue aculeum in paucis piscibus obseruauit, vt in pastinaca, & eo quem elephantem vel ibin vocant. Noster verò anthias non ferratam sed asperam & acutam spinam habet. Quanam arte capiantur anthiæ, fusius

Lib. 9. cap. 59.

Lib. 3. ἀλιον-
τικωμ.


Lib. 9. cap. 59.

Lib. 3. ἀλιον-
τικωμ.

disces ex Plinio & Oppiano. Hicesius apud Athenæum scribit anthiam esse *χευδρώδη, καὶ ὀχυλον, καὶ ἄεκιρλλον, καὶ ἄεβμαχον*. Qui locus aperte mendosus est, quid enim significare potest *χευδρώδης*? Neque *χοιδρώδης*, id est, cartilagineus dici potest: nam anthiæ ex cartilagineis non sunt. Puto igitur legendum *ἐρυθροδῆν*, vel *ἐρυθρον*: est enim erythrino vel pagro colore similis, & eiusdem cum his generis esse autor est Hicesius. Est igitur anthias rubescens siue rufus, boni succi, excretu facilis, stomacho non gratus. Quæ notæ huic nostro anthiæ competunt.

De An-

De Anthiæ secunda specie.




CAPUT XII.



ANTHIAE Rubescenti subiungit Oppianus, anthiam *ἀργεῖον*, id est, album & splendidum. Quis autem is sit, me nondum planè scire fateor: nam quem capiti huic præfixit, suspicione quadam tantum motus anthiam album esse puto: vtpote quo candidiorem splendidiorémque nullum vnquam vidi. Est enim læuis & sine squamis, quem nostri *capelan* nominant, à raso, opinor, & glabro, & ob id candido sacerdotum capite, quos *capelans* lingua nostra appellamus. Est autem pelagius piscis non saxatilis, ad asellorum genus accedens, sed paulò latior. Molli est & tenera carne, bonique succi. Anno 1545. tanta huius piscis captura fuit in nostro litore, vt duos totos menses pisca- tores nullum ferè aliud piscis genus ceperint, magno suo incommodo. Cū enim piscis hic neque sale conditi, neque exiccatus seruari possit, cogebantur effossa terra obruere, ne fædo corruptorum piscium odore à litore arcerentur.

Lib. 1. ἀλιον-
τικωμ.

De Anthiæ tertia specie.



CAPUT XIII.




ANTHIAE tertium Anthiæ genus Oppianus nigrum facit, *δ' ὃ σίτον αἶμα κελαῖνολ*. Anthiæ tertij generis sunt atro sanguine fusci. Quod non ad piscis sanguinem sed ad totius corporis colorem referre oportet, quem per atrum sanguinem nigrum siue

Lib. 1. ἀλιον-
τικωμ.

purpureum exaturatum, siue indicum intelligit. Qui color à Gallis dicitur *violet obscur*. Affirmare auisim huius generis piscem esse eum, quem hîc exhibemus. Est enim saxatilis, totus purpurei coloris vel indici, corporis forma scaro vario similis, corpore longo, cauda crassa, ferratis & acutis dentibus. Labra habet, oculos admodum rotundos, purpureos & rubros. Podicem magnum, è quo intestinum rubro viridique distinctum excidit. Partibus internis cæteris saxatilibus similis est. Est carne tenera, fragili, sicca, optimique succi.

De quarta Anthiæ specie.



CAPUT XIII.

Lib. 1. ἀλιον
τικώφ.

QUARTA Anthiæ species Oppiano dicitur *ὠλωπός* & *ἀλωπός*. *ὠλωπός*, quòd bonis sit oculis, & optima vilis acie. *ἀλωπός* autem cur dicatur, non perinde apud omnes constat: sic verò Oppianus,

Ἄλλες δ' ὠλωπές τε καὶ ἀλωπότες χαλέεσσιν
Οὔνεκα τοῖς κατ' ἄσπερθεν ἑλισσομένη καὶ κύκλον
Ὀφρύς ἠερέεσσα πτερόδρομος ἐτεφάνω).


Quæ sic vertit interpretes.

*Euopos atque aulopos hoc nomine dicunt,
Nanque supercilium circum referatur in orbem.*

Quæ cum prima fronte satis obscura sint, significare mihi videtur, ideo aulopos dictos, quòd oculi in orbem veluti supercilio rotundo, obscuro vel nigro cincti sint & coronati: quòd fit ut caui & sint & videantur oculi. *Ἀλωπός* igitur *καλοφθαλμους* intelligit, id est, caui sive profundis oculis, quibus præditi acutè cernunt: contra, quibus oculi prominent: vnde & *ὠλωπὸι* dicti sunt, quòd acie oculorum valeant. Neq; mihi probantur quæ hoc in loco scholiastes annotat, nimirum *ἀλωπές*, *μύκρες ἔχοντας ὀφθαλμούς* *διὰ τὸ αὐλά*, id est, qui oculos longos habeant tibix instar. Quauis interpretationem hanc appro

approbet & sequatur Cælius Rhodig. qui LIB. XII. lectionum antiquarum scribit aulopis oculos esse, cuiusmodi sunt pagurorum, nec non astacorum, quibus proprium est forinfecus oculos protrudere inspectandi causa. Quæ demiror quomodo in mentem venerint docto & variæ eruditionis viro, cum nemo vnquam aut viderit, aut obseruarit, aut audierit vllum esse ex squamolis piscem, cui sint oculi prominentes, vt locustis & astacis, quos cum velit, possit protrudere & recondere. Quare priorem interpretationem, doctis omnibus longè magis probatam iri spero, qua caui & veluti corona nigra cincti dicuntur aulopi oculi, & ideo acutè cernentes: alteram verò quæ prominentes oculos tribuit, falsam & planè reiiciendam. Hæc nota quam diximus, cum huic, quem oculis subiicimus, maximè conueniat (habet enim supercilia nigra oculos ambientia) quin anthias sit quarti generis non dubitamus.

De Exocæto.



CAPUT XV.

QUANTQVAM Plinio rarus videatur exocætus Lib. 9. cap. 19. (nam miratur Arcadia, inquit, exocætum suum) tamen visum est eum cæteris saxatilibus subnectere, tum quòd omnium sententia saxatilis sit, tum quòd in nostro litore nonnunquam reperiatur, & in saxis stertentem aliquando viderimus. Multi sunt pisces, qui peculiare locis quibusdam esse dicuntur, qui tamen in aliis etiam locis reperiuntur. Sic scarum dixit Columella nunquam per Gallias enauisse ad Ibericum mare, qui tamen in nostro mari reperiatur: sic exocætum non solum in Arcadia, sed in nostro etiam mari videas. Duo illi à veteribus posita sunt nomina: nam *ἐξώγαλιος* & *ἀδωνίς* dictus est, testibus Plinio & Oppiano. Nullum huius vulgare nomen comperi, sed Lib. 9. ca. 19.
Lib. 1. ἀλιον
τικώφ.
Ibidem. communi tantum saxatili nomine nuncupatur. Exocætus ab eo quòd in siccum somni causa exeat, vt scribit Plinius. Oppianus.

Ἄλλοι δ' ἐξώγαλιον ἐφήμουν, ἕνεκα χεῖρας
Ἐγὼ δ' ἀλὸς τὴν, μύκρος δ' ἐπὶ χεῖρον ἀμείβει.
Multi exocætum dicunt, quòd profilit undis

In litus, sicca ponens tellure cubile.

Libro 8.

Athenæus, Τένονα μὲν εἰληπε διὰ τὸ πολλὰ κίς τὰς ἀναστάσεις ἐξω τῶν ὑγρῶν ποιεῖσθαι, quod sæpe extra aquam quiescat. Piscis est semipedali magnitudine, forma terete, ὑπόωρρος secundum Athenæum. ξαυθὸς secundum Oppianum, id est, colore aureo, partibus quibusdam virescente, aliis magis rubescente. A brachiis ad caudam lineam candidam, continuam habet. Corpore similis est mænis iam fœtis, aut gobionibus. Paruas habet branchias: qua de causa Plinium dixisse crediderim circa Clitoriū vocalem tradi, & sine branchiis, quod fieri non potest: sed qui branchias breues, imperfectas, nec valde manifestas habent, iis carere existimantur, veluti hippocampo propter paruitatem & situm deesse videntur. Cur diutius in sicco viuat, in causa est quod aëris magna copia, à qua suffocari possit, affatim non trahatur ob branchiarum structuram. Qua de re fusiùs diximus LIB. IIII. cum de respiratione ageremus: vocalem autē esse fabulosum est autore Pausania, qui asserit se captos quidem exocœtos vidisse, vocem verò nullam audiuisse, cum tamen illic, vbi capiuntur, ad solis vsque occasum commoratus esset, q̄ eo maximè tempore vocales eos esse pisces distant. Hos ποικίλως appellat Pausanias, id est, varios: qua in re Athenæo non aduersatur, qui ὑποπύρρος vocat, neq; Oppiano, qui ξαυθὸς. Nam Athenæus, qui ὑπόωρρος appellat, eisdem lineam albam à branchiis ad caudam tribuit, qua ratione varij etiam illius sententiâ dici possunt. Idem Athenæus ex Clearcho multa notatu digna de exocœto profert, quæ Leonicus vtriusq; linguæ peritus, & in philosophicis feliciter versatus in libro historiarum suarum Latina fecit, his verbis: Exocœtus piscis est, quem nonnulli Adonidem appellant, ideo sic nominatus, quoniam somni causa sæpius ex humore in siccum exeat, colore autem est subrufo, & ab ipsis branchiarum initiis, ad extremam vsque caudam virgulam vtrinque albicantem continenter habet, formaverò est rotunda, minimèq; expansa, & magnitudine haud ferè ab similibus mugilibus iis, qui litorei appellantur, quos octonum maximè digitorū longitudinem planè adimplere percepimus, & ad summam pisci illi perquam similis esse videtur, quem hircum vocant, nisi quod illi ventre supino nigricans quædam subest macula, quam hirci barbam appellant. Est autem exocœtus ex saxatiliū genere piscium, & circa scopulos ferè & lapidosa degit litora, qui pacato tranquillòq; mari in summis elatus vndis, & illarum sensim applausu in nudis expositus cautibus, in sicco diutius conquiescit, seque ad solis radios subinde conuertens immobilis manet. Cæterum postquam tantum eo loci, quantum sibi satis visum est, conquieuit, rursus mare versum cylindri more volutatur, donec ad primas delatus vndas extremum litus abluentes, reciproco illarum abscessu


Libro 8.

Libro 8.

in

in mare delabitur. Verùm dum in siccum quo diximus modo exit, litorales maximè aues præcauere dicitur, quæ tranquillis præsertim diebus circa summa æquorum ludibundæ natant, & secundum extrema litora depascuntur. Huiusmodi sunt cerylus, trochilus, & creci similis elorius, quas sicubi conspiciatus fuerit exocœtus, non sensim, vt diximus, cum nullus subest timor, ad marinas volutatur vndas, sed crebrò festinans saltu in pelagus sese demergere prope- rat. Hactenus Athenæus de exocœto, cui omnes attributæ notæ, cum maximè in hunc nostrum nec in nullum alium, quem vidisse aut audisse contigerit, competant: non dubito quin veri exocœti iconem hîc expresserimus.

De Gobione.



CAPUT XVI.



GOBIONVM Multæ sunt differentiæ: quocirca nihil mirum, si diuersi autores diuersa de his scripserint, & rerum ipsarum distinctio difficilior inde facta fuerit. Horum igitur, vt aliorum omnium differentiæ, sumuntur à loco viuendique ratione, à substantia, à magnitudine, à colore. A loco quidem & vita, quod gobiones quidam litorales sint teste Aristotele, teste etiam Galeno libro tertio de facultatibus aliment. Gobio litoralis est piscis, ex eorum etiam numero, qui parui perpetuò manent. Alij sunt saxatiles, vt Athenæus ex Diocle profert, cui Galenus etiam subscribit. Præstantissimus autem ad voluptatem, coctionem simul ac distributionem, & succi bonitatem est is gobius, qui in arenosis litoribus, aut saxosis promontoriis viuunt. His verbis perspicuè distinxit Galenus litorales à saxatilibus. Nam inter veros saxatiles nullum manifestum discrimen ipse constituit, vt qui perpetuò in purissimo mari degant. Quare quum litorales saxatilibus præstare dicit, hos ab illis apertè secernit. Sunt eodem Galeno autore, qui in fluuiorum ostiis, aut marinis stagnis viuunt. Præterea fluuiatiles gobiones facit Dorion apud Athenæum. & Ausonius:

Lib. 8. de hist. anim. cap. 33.

Libro 7. Ibidem.

Gobio non maior geminis sine pollice palmis.

Substantiâ differre liquet ex iis, quæ modò ex Galeno citauimus. Hiccius apud Athenæum albos nigris præfert. Flauorum verò caro sicciore est & macra. Porro alij albi sunt, alij nigri, alij flauescen-tes siue pallidi, quos virides non rectè appellant, vt mox docebi-mus. Postremò alij magni nimirum flauescen-tes, alij parui albi, alij inter hos medij nigri. Primùm de marino omnium maximo, & ve-rè saxatili. *Κωβίος* nomen est omnium commune, Latine gobio siue gobius, siue gouius. Numenius in *ἀλιόλογος* suo *κώβος* gobiones ap-pellauit, & Siculi testibus Nicandro Colophonio & Appollodoro *κώβωνος* vocabant. Et gobij *χλωροί* dicti sunt etiam *καυλίνας*. A no-*stris boulerotz*, à Massiliensibus *gobi*, à Venetis *paganelli* nominan-tur. Is, cuius *ε* iconem capiti huic præfiximus, saxatilis est, palmi lon-gitudine, toto corpore rotundo, non compresso & spisso, squamis rotundis tecto, colore vario. Etenim *χλωρός* est, & dicitur, id est, fla-uescens siue pallidus, maculisque nigris conspersus, oculis sursum po-tius quàm deorsum spectantibus. Ad branchias pinnas duas habet, in ventre non duas cæterorum modo, sed vnicam non diuisam, qua no-ta gobij maximè à reliquis piscibus internoscuntur. A podice aliam. In dorso non vnicam, veluti alij saxatiles, sed duas, quarum prior minor est, altera ad caudam vsque extenditur. Caudam latam ha-bet non diuisam. Labiis caret. Dentes habet paruos, os magnum, ven-triculum satis capacem cum multis appendicibus, hepar album, & in eo fel. Gobij ad litora inter saxa pariunt oua lata & friabilia, simili-ter & alij, quoniam tepidiora sunt litora, & plus alimenti suppeditant, & tutiora ne fœtus à maioribus absumantur. Quare in ponto circa Thermodoontem fluuium plurimi pariunt, tranquillus enim locus est, tepidus, & aquis dulcibus abundans. Gobiones aliquando etiam in alga nidificare dictum est prius. Iidem alga, musco & reli-qua euanescente materia viuunt, vt Aristoteli placet. Gobij, qui *χλω-ρός* dictus est, de quo hîc loquimur, caro, inquit apud Athen. Hiccius, friabilis est & macra, succum paucum & tenuem suppeditat, ma-gis autem nutrit propter magnitudinem. Diocles ait saxatilem go-bium mollis esse carnis. Et Athenæus: Gobij *χλωροί* sicci sunt & ma-cri. Præparatur aliorum saxatilium modo. Hæc de gobionum dif-ferentiis & prima eorum specie, qui *χλωροί* vocati sunt: quibus finem faceremus, nisi scrupulus eximendus esset, qui nonnullos impulit, vt crederent, eum quem depinximus gobionem *χλωρόν* non esse. Tota autem difficultas in nominis *χλωρός* significatiōe vertitur. Cùm enim Galeni, Dioscoridis, & aliorum veterum interpretes *χλωρόν* vi-ride conuerterint, hic verò noster gobius minimè viridis sit, sed fla-uus siue pallidus, concludunt eum gobionem *χλωρόν* esse non posse.

Quibus

Athe. lib. 7.

Lib. 6. de hist. animal. ca. 13.

Lib. 8. de hist. animal. c. 2. Lib. 7.


Lib. 8.

Quibus respondemus, *χλωρόν* non semper viridè, sed ex flauo vi-reiscens, vel ex viridi flauescens significare: qualis est color in segeti-bus messis tempore, infelici & macro solo natis, aut humoris penu-ria laborantibus, ex viridi enim flauescunt. Eundem colorem exem-plis aliis illustrauimus libro secundo. Deinde *χλωρόν* non solum in hac significatiōe, sed etiam pro pallido vsurpari autor est Galenus in commentariis in librum secundum Hippocratis de ratione victus in morbis acutis. *Ἀλλὰ μὲν καὶ ἐκκίρεται δόκειν τὴν ἀσπλάγχνα τοῖς ἐνδεῶς διατηθεῖσιν φησὶ, καὶ ἔρειν θερμὸν καὶ χλωρόν. Θερμὸν λέγων δηλονότι, τὸ σιωπῆτος θερμότερον. Χλωρόν δὲ, καὶ τῶν ἐπὶ τῆς ἀσίας ἐλλύων ἔθος, ὃ ἐστὶ καὶ νῦν διασωζόμενον. Ἐχρῆς γὰρ τινὰς ἰδόντες ἐρωτῶσι τὸ ἀγρίον, διὰ τί ἔτω γερόνα-σι χλωροί, μηδὲν διαφέρειν ἢ γέμνοι χλωρόν ἐπιπέιν ἢ ὠχρόν. Ἐώρακέναι δὲ τὸν δὲ τινα χλωρότερον ἔσωτ' ἔφασι, τὸ ὠχρότερον ἔτω δηλοῦντες. ἐστὶ δὲ ὠχρόν χρῶμα κατ' ἀλήθειαν τοῖσιν ὡς τὸν ὄψον, καὶ τὸ τὸ χλωρότερον ὠχρῶς, ὁξωμοδῆτος καὶ τὸ προσωρολίον τὸ πρώτης συλλήψεως. καὶ γίνεσθαι τοῖσιν ἐπιμυγνυμένης τῶν ὕδατων ἀπεκτιώματι, τὸ ὠχρῶς τε, καὶ αἰκράς καὶ ξυμθῆτος ὀνομαζομένης χολῆς ὅτι γὰρ τὸ ἐρυθρὸν χρῶμα ἔσθ' ὅτι λευκότερον ἀποκεχώρηκε τὸ ξυμθῆτον, τοῖσιν τῶν ὠχρόν. Hactenus Galenus, qui quauis *χλωρόν* interpretetur *ὠχρόν*, adhibito etiam exemplo bilis flauæ cum aquo-fo excremento permixtæ, quæ permixtio colorem viridem non effi-cit, sed flauis & nigri permixtio, tamen Latinus interpres à vulgari significatiōe non recessit, & *χλωρόν* viride conuertit, non satis aptè gradum coloris quem Galenus declarat, exprimens. Rectius Linacer qui LIBRO VIII. methodi med. CAPVT II. locum Hippocrat. ex LIB. I. de ratione victus in morbis acutis à Galeno citatum sic interpretatus est. *Κρεμύται δόκειν αὐτοῖσι τὰ ἀσπλάγχνα, καὶ ἔ-ρειναι θερμὸν καὶ χλωρόν.* Suspensa illis viscera videntur, & calidum pal-lidumque mingunt. Sic igitur Galeni locus conuertendus fuit. Quinetiam suspensa esse viscera iis videri ait, qui parcius cibum sumpserunt, eosque calidum & pallidum meiere. Calidum intel-ligens solito calidius *χλωρόν* verò, id est, pallidum secundum quan-dam Asiaticorum Græcorum consuetudinem, quæ etiam nunc ser-uatur: quum enim pallidos aliquos vident, causam quærunt cur ita *χλωροί* facti sint, nihil interesse rati, an *χλωρόν* dicant an *ὠχρόν*, id est, pallidum. Vidisse autem aiunt aliquem seipso *χλωρότερον* pallidio-rem volentes dicere. Est autem pallidus color reuera, qualis est ignis color. & *ὠχρῶς* vocatæ, cuius prior syllaba in pronuntiatiōe acui-tur, & fit is color bile quæ pallida siue amara siue flaua dicitur cum aquoso excremento permixta. Quantum enim à rubro colore ad candidum abscedit flauus, tantum à flauo pallidus. Vides, vt Ga-lenus *χλωρόν* pro *ὠχρῶς* fumi dicat, & ne qua in *χλωρός* significatiōe sit ambiguitas, *ὠχρόν* id esse docet, quod à flauo ad candidum re-*

cedit. Eiusdem τὸ χλωρὸν significationis ignorātia multos impulit, ut crederent nos optima myrrha carere, omnemque quæ ad nos aduehitur vnā cum medicamentis, quæ eam recipiunt, esse reiiciendam, quod nulla subuiridis reperiatur. Sic enim Dioscoridis interpres Ruellius ὑπόχλωρον conuertit. cum subflauam dixisse debuisset: talis enim myrrhæ laudatissimæ color est. Dioscorides libro primo cap. de myrrha. Πρωτὴν δὲ ἢ βωγλοδυτικὴν καλεῖται, ἀπὸ τῆς γενέσεως αὐτῆς χύρας, ὑπόχλωρος καὶ δημοτικὴ ἔχει, διαυγής, id est: omnium prima est quæ troglodytica appellatur, accepto cognomine à loco in quo prouenit, subflaua, mordens ac splendens. His accedit Phauorini testimonium. Χλωροὶ ταῖσιν ἐστὶ τῶν ὀχρῶν. εἰς καὶ τὸ ὀχρὸν παρὰ γεῶς τινὲς φασὶν ἐκ τῶν χλωρῶν, μεταθέσει τῶν ω, καὶ ἀπελάσει τῶν λ, ἀποτέλεσμα δὲ τοιαύτης ἐν πολεμῶ χλωροῦτος φησὶ, id est, χλωροὶ idem quod ὀχροὶ, id est, pallidi. quare etiam dictionem ὀχρῶν, ex dictione χλωρῶν deductum esse nonnulli affirmant, transposita litera ω, & sublata λ, effectus huius in bello palloris est fuga. His satis comprobatum esse arbitror χλωρὸν pro eo gradu coloris sumi, qui aliter pallidus, siue flauescens, vel subflauus à Latinis dicitur, aliter à Græcis ὀχρῶν vel ὑπόξανθος. Et ea significatione gobionem χλωρὸν à veteribus dictum fuisse contendo, qualis est hic, cuius iconem oculis subieciimus. Non tamen negarim pro viridi & herbaceo colore, sed diluto etiam à veteribus nonnunquam usurpari, ut Aristoteles in libello de coloribus usurpasse videri potest. cuius verba ideo libentiùs abscribam, quod ex iis facile colligi possit, cur χλωρὸν non solum pro viridi, sed etiam pro pallido siue subflauo sumatur. Ἐν πᾶσι δὲ τοῖς φυτοῖς ἀρχὴ τῶν ποῦδες ἐστὶ τῶν χρωμάτων: καὶ γὰρ οἱ βλαστοὶ, καὶ τὰ φύλλα, καὶ οἱ καρποὶ γίνονται κατ' ἀρχὰς ποῦδες. ἴδιαι δ' ἀντι τῶν καὶ ἐπὶ τῶν νοσήτων ὑδάτων, ὅπως ἐν παλαιῶν χρωμάτων συστῆσι τῶν ὑδάτων, πάλιν ἀποξηραίνονται γίνονται τῶν χρωμάτων ποῦδες. καὶ λόγον δὲ συμβαίνει καὶ τῶν πρώτων ἐν πᾶσι τοῖς φυτοῖς τῶν σωμάτων τῶν χρωμάτων: ὅτι γὰρ ὑδάτα πάντα χρωματίζονται, κατ' ἀρχὰς μὲν γίνονται χλωρὰ κεραυνόμυρα ταῖς τῶν ἡλίου ἀγλαῖς καὶ μικρὸν δὲ μελαινόμυρα, πάλιν μεγάλω. τῶν χλωρῶν, γίνονται ποῦδα. τῶν γὰρ ὑγρῶν, ὡς περὶ εἰρήλαι, καὶ ἐπὶ ἐπιλοπαλαίμυρα, καὶ κατὰ ξηραίνονται μελαίμαι, καὶ ὡς περὶ ἐν ταῖς δεξαμεναῖς κατὰ μέρη. Καὶ γὰρ τῶν ὕδατων ὅσα μὲν ἐστὶν αἰεὶ καὶ ὑδάτος, ταῦτα μὲν ἀπαντα γίνονται μελανα, διὰ τὸ καὶ ἀλλὰ μὲν ξηραίνονται διαφυγόμενοι τῶν ὑγρῶν. ὅσα δὲ ἀπαντὰ μὲν ἡλιουται, τῶν μὲν ποῦδες γίνονται διὰ τὸ ξηρὸν τῶν μελανι κεραινοῦ, τῶν δὲ μᾶλλον τοῦ ὑγροῦ μελανομένους. τῶν ποῦδες γίνονται κατὰ χροῦς, καὶ πορραῖδες. εἰς καὶ πάλιν οἱ βλαστοὶ πολὺ μᾶλλον εἰσι τῶν νέων μελαμεις, οἱ δὲ ξηρότεροι διὰ τὸ μήπω τῶν ὑγρῶν ἐν αὐταῖς μελαίμαται. Plura sequuntur quæ ad id quod volumus demonstrandum pertinent, sed quia vereor ne in his citandis prolixior sim, ad ea studiosum lectorem remitto. Primum igitur quum dicit plantas omnes initio ποῦδες esse, id est herbacei colo-

coloris, id de colore herbaceo diluto, nec dum exaturato, sed in quo flauus aliquid insit. intelligi liquet ex iis quæ consequuntur, quum dicit ramulos recentiores veteribus flauiores esse, causamque cur id fiat exponit. Item ex eo quod ait humidum nisi splendore & radius solis illustretur, illisque permisceatur, candidum manere, nisi inueterascens, & siccescens prius nigrum redditum sit, ob eamque causam omnia ex plantis quæ supra terram sunt, primum χλωρὰ fieri, quæ sub terra, alba ut radices. Hunc primum plantarum colorem aquarum exemplo declarat, quæ diutius loco vno morata initio fiunt χλωρὰ solis radiis permixta, paulatim verò nigrescunt, rursus τῶν χλωρῶν commixta fiunt herbacei coloris. Quod si aquas χλωρὰs virides interpretari libet, non admodum repugno, modò flauitie diluta viriditas intelligatur: nam cum dixerit τῶν χλωρῶν permixtum nigrum fieri ποῦδες. idem aquæ exemplum persequens mox subiunxit, τῶν ποῦδες fieri διὰ τὸ ξανθὸν nigro permixtum, id est, herbaceum colorem fieri flauo cum nigro commixto: maiore verò nigrore admixto fieri ποῦδες κατὰ χροῦς, καὶ πορραῖδες, id est, herbaceum exaturatum, & porracei coloris, ut differat ab herbaceo diluto de quo prius. Quæ differentia in ratione maioris minorisque tantum consistit. Iam verò coloris τῶν χλωρῶν gradum flauo colori affinem esse alio loco eiusdem libelli ad finem ostendit Aristoteles docens frumentum & omnia quæ à terra existunt, postremum fieri flaua. humor enim, ait, nondum nigrescens, ideo quod citius exiccetur, coloris mutationem facit: nam quod nigrescit τῶν χλωρῶν commixtum fit herbacei coloris. Imbeciliore verò humore & semper magis ac magis euanescente, rursus paulatim fit color χλωρῶν, id est, ex viridi flauescens, postremò flauus. Quare cum τὸ χλωρὸν significet viride flauescens siue viride flauitie aliqua dilutum, & non exaturatum, deflexa est ad pallidum & subflauum significatio, factumque ut Græci τῶν χλωρῶν pro pallido usurpauerint, quemadmodum ex Galeno docuimus. Neque solum τῶν χλωρῶν colorem significat, sed etiam quia eorum quæ à terra existunt prima Germina, ramuli, folia, statim χλωρὰ sunt, id est, ex flauo viridia, ἀπὸ τῶν προσφατῶν καὶ νεῶν sumitur, id est pro recenti & nouo. Sic dicitur χλωρὸς τυρὸς caseus recens, cui opponitur ξηρὸς, id est, siccus, Coëgit me inueteratus error prolixius περὶ τῶν χλωρῶν dicere, ne ob vocolæ vnus malè intellectæ significationem, in rerum cognitione cæcutiamus.

De Gobione nigro.




CAPUT XVII.

KOBIOΣ Μέλας gobio niger, à nostris *boulerot*, à Venetis *go* dicitur. digiti est magnitudine & crassitie, corpore ferè rotundo, non compresso, priori similis ni minor esset, & nigri coloris maximè parte anteriore. Loco binarum pinnarum quæ cæteris sunt in ventre, vnicam habet nigram, barbam esse diceres. Quæ nota facit vt credam hunc esse pisciculum, quem Athenæus ζάρον vocat, id est, hircum, cui ἐξώγιλον confert, his verbis. Ὁ δὲ σιώνολον ὀμοιοῦστος ἐστὶ τῶν χαλκιμύων ζάρον ἐχθυδίω, πάλιν τὸ ὑπὸ τῆς φομάχου μέλαρος, ὁ χαλκίσι τῆς ζάρου πώγωνοι. Exocætus omnino similis est pisciculo qui hircus dicitur, præter nigrum illud quod ventriculo subest, quod hirci barbam vocant. Quod hic Athenæi hircus, non possit is esse qui ab Aristotele mcæna mas dicitur, quum scæmina foetu impleri incipit, perspicuum est ex his quæ libro quinto capite de mcæna diximus: neq; enim mcæna barbæ nigræ simile quid habet, sed duas in ventre pinnas, cæterorū piscium modo, neq; rotundo est corpore sed lato & compresso. At si similis sit hic hircus exocæto, rotundo corpore esse debet. Quare distinctionis gratia, alium Aristotelis, alium Athenæi ζάρον esse dicemus. Viuit gobius niger in litoribus & stagnis marinis. Quamobrem semper ferè sordibus obsitus capitur.

Lib. 8.

Lib. 8. de hist. animal. ca. 30.

De Gobione albo.




CAPUT XVIII.

KOBIVS Albus qui à Græcis dicitur καβιδός. λευκός omnium minimus est, non ita quidè candidus, vt cum aliorū multorum piscium candore possit cõtendere, sed quod cæteris gobionibus cãdidior sit. De his Athenæus. οἱ δὲ καβιδοὶ ἀναλγῆσι τῆ περὶ τῶν ὄντων μικροῖ καὶ λευκοῖ ἀποκαλοῦντο εἶσιν

εἶσιν, ἀλγρωμοί, ὄλχυλοι, ὄσπεπιοι: οἱ δὲ χλωροὶ (καλοῦνται δὲ καυλίνας) ξηροὶ εἶσι καὶ ἀλιπεῖς, id est, gobiones percis similes sunt, ex quibus parui teneri sunt, virus non respicientes, boni succi, concoctu faciles. Subflauo verò (vocantur etiam caulinæ) sicci sunt & macri.

De Scorpio & Scorpæna.



CAPUT XIX.

KΟΡΠΙΟΣ à Græcis, scorpius vel scorpio à Latinis dicitur, à Massiliensibus *scorpeno*, à nostris *Rascasse*. Græci quoque huius temporis σκάρπιον vocant. σκάρπιος dici videtur ab Aristotele scorpius scæmina. Veruntamen an iidem sint Aristoteli an diuersi σκάρπιος & σκorpis dubitat Athenæus. Ἐν περὶ πλῶ ζώων ὁ Ἀριστοτέλης σκάρπιος καὶ σκorpιδας ἐν διαφόροις τόποις ὀνομάζει: ἀδελφὸν δὲ εἶ τὰς αὐτὰς λέγει. Aristoteles in LIB. V. de animalibus: scorpius & scorpidas diuersis in locis nominat: incertum autem an eosdem esse intelligat. Scorpionum autem & scorpænam Athenæo diuersos esse pisces certum est. Σκάρπιον καὶ σκorpιδας πολλάκις ἡμεῖς ἐφάγομεν, καὶ ὅτι διάφοροι, καὶ οἱ χυμοὶ, καὶ ἀιχρῶσαι εἶσιν ἕδεις ἀγνοεῖ. Scorpænas & scorpios sæpe edimus, & eos succo coloreque differre nullus ignorat. Et Hicæsius, vt idem citat, ait τῶν σκorpιδῶν ὁ μὲν ἐστὶ πελάγιος, ὁ δὲ τενναγῶδης: ὁ μὲν πελάγιος πυρρὸς, ὁ δὲ ἕτερος μελανίζων, διαφέρει δὲ τῆ γλώσσει καὶ τῶ ζοφίμω ὁ πελάγιος. Scorpionum hic pelagijs est, ille lutarius (τένναγος enim propriè dicitur γῆ ἐπιπόλαιον ὕδωρ ἔχουσα, ἢ πηλώδες ὕδωρ, inquit Phauorinus, id est, τένναγος terra est supernatantem aquam habens, aut cœnosa aqua) pelagijs rufus est, alter nigricat. Saporis suauitate & alimenti copia præstat pelagijs. Et Plinius in piscium catalogo tanquam diuersos nominat. Scorpis piscis dictus est non à scorpis terreni formæ similitudine, sed quod

Libro 7.

Cap. 9. 10.

Libro 7.


Lib. 12. cap. 11.

Libro 7. sit *πληκλιος*, vt ex Aristotele citat Athenæus, vbi perperam *πληκλιος* legitur pro *πληκλιος*, id est, quod pungat & feriat venenumque effundat scorpionij terreni ritu. Est enim capite, pro corporis magnitudine, maximo, multis & venenatis aculeis horrente, ore magno, dentibus paruis, sed densis. In inferiore maxilla trianguli figuram expressam habet. In superciliorum loco apophyses duas cartilagineas, molles. Pinnas latissimas & robustissimas. Quæ enim ad branchias sunt, medium ferè corpus occupant, quæ in ventre paulò minores, quæ à podice, magna est & latissima, acutissimis aculeis nixa, quæ in dorso nouem firmissimis aculeis constat. Cauda in unicum & latam definit. Squamis tegitur paruis, cortici serpentum quàm squamis similibus. Branchias quaternas habet. Ventriculum magnum, apophyses in intestinis octo, hepar candidum, in eo fellis vesicam viridem, splenem nigrum, intestina lata, cor magnum. Maiore ex parte colore est rubescente siue rufo. Etenim à Plinio rufus dicitur, vt ab Hicelio *κυρρος*, & *κυρρος* à Diphilo. à Numenio *επιθρος*. ab Epicharmo verò *πικελος*, quod maiore ex parte rufus sit, aliqua ex parte nigrescat. Scorpionum inter duræ carnis pisces Philotimus connumerat: idque approbat Galenus, qui in libello de attenuante victu, in saxatiliū penuria eundem substituit. Quum, inquit, saxatiles desunt, asellos, mullos, & alios eiusdem generis pelagios possumus exhibere, & eos potissimum qui cum sinapi manduntur, cuius generis est scorpionus. Athenæus ex Diphilo. *Σκorpionοι δὲ διπελάγιοι καὶ κέρροι βορμώτεροι τῶν πελαγίων τῶν ἐν τοῖς ἀγλαίοις, τῶν μεγάλων.* Scorpionij pelagij & rufi magis nutriunt quàm lutarij magni, qui litorales sunt. Si scorpionus paulò diutius mortuus asseruetur, tenerior redditur: quod omnibus quæ dura carne sunt euenit. Calore enim naturali qui partes continet & regit, euanescente, & colore externo in carnem agente & colliquante, humidior ea efficitur, fitque ad putrefactionem via. Quæ verò humidiora, eadem sunt molliora, & contrà quæ sicca, dura. Idem de omnibus quæ sicca sunt carne, intelligi oportet. Elixus scorpionus editur ex aceto. Assus minus probandus ob duritiem. Ius ex eo aluum subducit, testibus Dioscoride, & Plinio. Iocinoris doloribus scorpionus marinus in vino necatur, vt deinde bibatur, inquit Plinius. Et scorpionus marinus necatus in vino, vesicæ vitia & calculos sanat. Lapis qui inuenitur in marini scorpionis cauda pondere oboli potus, ad eadem etiam valet. Qui Plinij locus mendosus est: nullus enim piscibus lapis est in cauda, sed in capite tantum. Quare pro cauda, capite legendum. Contra panos valet scorpionus in vino decoctus, ita vt foueantur ex illo. fel scorpionis marini vnguium scabritiam extenuat. Idem cicatrices tollit. Dioscorides verò scribit marini scorpionis fel conuenire ad

suffu

suffusiones oculorum, albugines & hebetudines. Iam diximus piscem istum *πληκλιον* esse, quod indicat Plinius quum scribit. Sic & scorpionus lædit, dum manu tollitur: tot enim aculeos habet in capite, vt sine noxa tractari non possit, nisi cauda arripiatur, vel duobus tantum digitis medium corporis apprehédatur. Ob id accidit plerumque vt piscatores nostri à scorpionibus pungantur, & ex punctæ partis inflammatione dolor magnus oriatur. Puerum ab hoc pisce miserè ictum, dum eum in sinu recondere vellet, curauimul nulla dissecto & imposito cum eiusdem scorpionis hepate, adhibito ad vulneris ambitum lentisco confuso. Quod ideo commemorare volui, vt scorpionis ictuum antipharmacum à veteribus tradita vera esse, & à me experientia comprobata omnibus indicarè. Principio nullum ferè venenatum est animal, quod veneni sui antipharmacum in se non contineat. Cum enim partes diuersæ sint, diuerso quoque temperamento inter se aduersari necesse est. Deinde duplex antipharmacum genus esse comperio. Antipathiam, & similitudinem substantiæ: vt hepar venenatorum animalium vulneri impositum similitudine substantiæ venenum retrahit, maximeque confert ea parte qua fel continetur. Carnes verò impositæ idem præstant per antipathiam, vt viperarum caro morsui viperarum medetur. Terrenus scorpionus totus ictibus suis remedio est. Sic nullus marini draconis, aranei ac scorpionis morsibus medetur, si crudus atque dissectus admoueat, autore Dioscoride. Quod, vt dixi, experti sumus. Ex his omnibus liquidò constat nos veterum scorpionem descripsisse, nisi quis nobis locum Athenæi opponat quo inter cartilagineos scorpionum recensere videtur his verbis. *εἰσι δὲ σκorpionοι συμπλεκτικοὶ, δὲ κερκεῖται, πολύχυλοι, πολύβοφοι, χονδρώδεις γὰρ εἰσι.* Scorpionij abstergunt, faciliè excernuntur, multi sunt succi, copiosè alunt: sunt enim cartilaginei. At locus mendosus esse omnium qui de piscibus scripserunt, testimonia conuincunt: nullus enim est qui scorpionum inter cartilagineos reponat: spinis enim non cartilagine constat. Quare non *χονδρώδεις* sed *σαρκώδεις* legendum esse crediderim: constat enim multa & firma carne, quam ob causam copiosè nutrit. Nunc de scorpæna, quæ à scorpione corporis forma minimè differt, sed colore duntaxat. Nam cum scorpionum alij rufi sint, alij nigricantes vt ex Hicelio citat Athenæus, quibus mox subiungit scorpænam colore tantum & succo dissimilem esse, efficitur vt scorpænam eam esse credamus quæ nigrescat, quæque insuauior sit, minusque boni succi & litoralis, lutoque gaudens ex veterum sententia. Massilienses contra eum qui niger est, *scorpeno*, qui flauus est, *scorpena* vocant. Scorpænam ex precedenti schemate agnosces.


De Scorpioide.



CAPUT XX.

S Quem hîc exhibemus, vulgò à nostris *lebre de mar*, id est, lepus marinus dicitur, quia rostrum terreni leporis *προτομή* admodum simile habet, sed lepori marino veterum omnino dissimilis est, vt suo loco docebimus. Quamobrem scorpioidem nò ineptè, vt opinor, appellabimus: est enim capitis forma scorpionis marini similis, totidémq; supra oculos apophyses molles habet: sed dētibus differt, quos ferratos quidem habet, sed tenues & densos admodum, & in superiore maxilla duos exertos, cuiusmodi galeritæ sunt dentes. Præterea differt à scorpione & galerita pinnæ dorsi magnitudine, duabúsque maculis nigris eiusdem pinnæ. Cutis læuitate galeritæ similis est, & carnis substantia, non autem scorpionis. Litoralis est, mucos vescitur & aqua.

De Galerita.




CAPUT XXI.

RÆTER Iam dictos pisces in saxis multos alios viuere comperio, quorum nonnulli neq; figuram, neque naturam saxatiliam referunt, vt canicula illa *cato rochiero* vulgò dicta, q; in saxis viuat, vt locustæ, murenæ. Alij etiam si in saxatilibus non habeantur, tamen naturam formamque saxatiliam imitantur, qualis est, qui à nostris

per-

perce pierre & coquillade dicitur, Galerita, alauda, de quibus nunc dicemus. Ac primùm de galerita quæ hætenus Græco vel Latino nomine caruit. Sed vt inter aues duæ alaudarum species sunt, vna cristata, altera minimè, sic piscibus anonymis solaque cristata dissidētibus galeritæ & alaudæ nomen posuimus, veteres imitati qui sæpissimè in piscibus nominandis auium & aliorū animalium nomina mutuati sunt. Galerita igitur Græcè dicitur *ἡλόρον ἔχουσα*, à nostris *coquillade*. sic etiam appellant alaudam cristatam: pisciculus est in litorum saxis degens scorpioidei similis admodum corporis specie. Digni est magnitudine aut paulò maiore, tenui corpore, læui, lubrico, sine squamis, ore paruo, dentibus anterioribus ferratis, posterioribus exertis, oculis paruis, cæruleis. In vertice dum viuut erecta est crista, mollis & cærulea. Pinnæ ad branchias latæ sed breues, in ventre parue & tenues. Cauda vnica pinna constans breuis & rotunda. Podex non procul à branchiis distat, à quo pinna ad caudam protenditur, alia à ceruice ad caudam continua. Corpus colore est fusco, multis tamen maculis partim rotundis, partim oblongis & tortuosis notatur. Peritonæum ex nigro viride est. Cor angulatum. Hepar ex albo rubet, à quo fellis vesica pendet, perspicuitate & coloris iucunditate smaragdum referens. Intestina lata sunt, coloris lutei, satis diu extra aquam viuut ob paruam branchiarum scissuram. Carne est molli, sed ob paruitatem negligitur.

De Alauda non cristata.




CAPUT XXII.

V Superiorem galeritam appellauimus, ita hunc pisciculum alaudam non cristatam. Superiori enim planè similis est, si cristam in capite surrectam excipias. Possis etiam optimo quidem iure simiam appellare, quia capite simiam refert: est enim capite paruo & rotundo. Vel si nostrorum appellationem sequi velis, qui *percepierre* nominant, non absurdè empetrum vocaueris: nam vt empetrum herba marinis locis prouenit, & maximè saxosis, imò etiam nudo è saxo sæpe existit, ita pisciculus hic in petrarum cauernulis degit, & illuc

confugiens, se in abditissimis earum rimis occulit, vt piscantium insidias effugiat, vnde nostri *percepierre* nomen posuerunt. Est igitur pisciculus galeritæ siue alaudæ cristatæ similis, capite paruo & rotundo, ore paruo, oculis paruis, dentibus anterioribus serratis, posterioribus longiusculis, acutis exertis: pinnulas duas habet ad branchias, duas in ventre, aliam statim à capite ad caudam continuam, item aliam à podice ori satis propinquo ad caudam vsq; ductam. Cauda in vnicam desinit saxatiliu modo. Maculæ multæ mediæ corporis parti aspersæ sunt. corpore est læui & lubrico. Aqua, musco, paruis atherinis, & aphyis vescitur. Carnis substantia & mollitudine galeritæ ferè par & nullius apud nos precij. Piscatores mordet, vnde iulidem esse aliquandò sum suspicatus, sed cum minimè venenatum esse eius morsum comperissem, veràmque iulidem tandem cognouissem, vtrunq; piscem rectè mihi videor distinxisse.

De Pholide,



CAPVT XXIII.

SUPERIORIBVS Et maximè alaudæ similis est piscis qui antipoli à mucò *bausa* dicitur. Paulò maior est alauda dorso fusco, ventre pallido, cute læui & sine squamis, sed maculosa: pinnis aliisque partibus à superioribus non dissidens. Hunc piscem esse existimamus qui ab Aristotele pholis dicitur libro nono de histor. animal. Cap. 37. Quæ autem pholis appellatur mucum quem ipsa emittit sibi obducit, ita vt in eo quasi cubili quiescat. Sic piscis iste quem exhibemus perpetuò totus mucò obductus est, vnde *bausa* cognominatur: nam *baue* lingua nostra & Prouincialium mucum significat. Mollissima est carne & glutinosa. Squamarum loco prouida. rerum natura mucò inuoluit, veluti multos alios non squamosos lubricos efficit, vt lubricitas nationem adiuuet.



G V L I E L M I
R O N D E L E T T I
D E P I S C I B V S

LIBER VII.

55

De Aphyis generatim.

CAPVT I.

SVNT Ex piscibus, de quibus antea diximus nonnulli satis magni, vt vmbra, aurate, coracini, lati, nonnulli parui, vt turdi, gobiones, phycides, iulides. His nunc minimos subnectimus, qui paruitatis causa minimè negligendi sunt: in paruis enim rebus saepe multa magna admiratione digna spectantur. Quis enim echeneida pisciculum non miretur, quo, Aristotele & Plinio testibus, carinis adherente naues tardius ire creduntur, inde nomine imposito: quam ob causam amatoris quoque veneficiis infamis est, & iudiciorum ac litium mora. Quis non phoxinum fluuiatilem pisciculum ouis semper grauidum? Omitto antherinas, cobiten, aphyarum genera, aliq; permulta, quorum nonnulla sine mare & foemina ex aqua & limo, quædam ex semine nata, ad aliorum piscium alimenta, vsq; nostros à natura cõdita sunt. Verùm in tenui labor, vt ait poëta: nam præterquàm quòd pisciculorum differentia & naturæ multiplices sunt (differunt enim vita, quoniam alij marini, alij palustres, alij fontani, alij fossiles, differunt & partibus & moribus) ipsæ etiam res tam minutæ, minutam diligentiam curiosamque, & attentionem postulant. Incipiam autem ab aphyis quæ minimæ sunt. Dictæ verò sunt aphyæ *ὡς αἰ ἀφύεις ἄσπι.* τὸ λέγει δὲ ἀφύεις teste Athe. Sic enim legere malo quam *δισφύεις*, vt in vulgaribus codicibus legitur, id est, nominatè sunt aphyæ, quasi non nata. Quemadmodum enim a Græcis priuandi particula est, ita & *δύς* sepiissime, id quod infinitorū nominum compositio

Lib. 2. de hist.
anim. cap. 14.
Lib. 9. cap. 25.


Libro 7.

Lib. 6. de hist.
anim. cap. 15.

ostendit. At si quis vulgatam lectionem secutus *δισφύεις* dictas existimet, id est, bis natas, quod temporis spacio Aphyæ pereant & denuo nascuntur autore Aristotele, is simul cogitet non *ἀφύεις* sed *ἀφύρας* potius appellandas fuisse à renascendo. Nec sentit Aristoteles ex iis quæ interierunt, alias renasci. Verum aliquando interire, & quodam tempore non reperiri: deinde ex eadem semper materia, scilicet ex terra arenosa vel limo alias nasci. Quare aphyas potius *ἀφύεις*, *καὶ δισφύεις*, id est, veluti non natas rectius dici censeo. Quæ enim proprie dicuntur aphyæ *ἀνωξείεις* sunt *καὶ ἀγνοίαι* auctore Aristotele, id est, nec accrescunt nec procreant, de quibus mox fusius. Plura aphyarum genera constituerunt veteres, quarum nonnullæ ex semine nascuntur non diuersorum piscium vt nonnulli putant: semina enim non commiscetur, pisciumq; genera diuersa coire à nemine visum est, inquit Aristoteles, squatina sola quæ *ρίνη* dicitur: hoc facere creditur & *βάτος*, id est, raia: est enim piscis qui *ρίνοβατος* appellatur, sed ex semine eiusdem generis vt gobionum, mænidium, mugilum. De his deinceps dicemus.

Lib. 6. de hist.
anim. cap. 11.

De Aphyæ vera.



CAPUT II.

Lib. 31. cap. 8.

AX Aphyis ea verè aphyæ dicitur, quæ ab Aristotele *ἀφύεις*, ab Athenæo *ἀφύεις*, à nonnullis *ἀφύρας*, à spuma maris, vnde oritur nominata est, vel à candore si Suidæ credamus, qui etiam *ἐργασίαι* à multis dictam fuisse scribit; necnon Oppianus libro quarto *ἐλισσικόν*. Apuam Latini vocant, inquit Plinius, quoniam is pisciculus è pluuia nascitur. A Liguribus non nata appellatur. Pisciculus est admodum exiguus, vix vnquam minimi digiti longitudinem æquans, sæpius candidus, aliquando rubescens, nigricantibus oculis. Neque gignit, neque gignitur, sed ex spuma & originem & nomen habet, vt dictum est. De huiusmodi aphyæ hæc Aristoteles. Nascitur aphyæ in vmbrosis & tepidis locis, quando ex serenitate terra, calefcit,

vt


vt circa Athenas in Salamine ad Themistocleum, & in Marathone. Interdum etiam quum aqua multa è cælo effluerit, nascitur in spuma excitata ab imbri. Vnde illi nomen *ἀφύεις* à spuma. Fertur etiam nonnunquam per summa maris, & in spuma conuoluitur, vt in stercore vermiculi. Eadem Athenæus. Aphyarum, inquit, plura sunt genera, quæ *ἀφύεις* dicitur, è semine non nascitur, vt scribit Aristoteles, sed ex superfluitante in mari spuma, imbribus multis collectis. Eadem etiam omnino Suidas. Aphyam Veneri sacrâ esse, auctor est Athenæus, quia ipsa quoq; ex spuma genita est, vnde *ἀφροδίτης* nomen inuenit. Apud eundem ab Apollodoro meretrices duæ Stagonium & Anthis sorores Aphyæ dictæ sunt, quod candidæ essent, graciles, & oculis prægrandibus. Aphyam etiam *ἀφύρας* scribit Aristoteles ex terra arenosa nasci, quæ tempore interit & renascitur. Quam hîc depinximus ea proculdubio est, quæ ex spuma nascitur; nulla repugnante nota in Ligustico litore frequens, in spuma conuolui cernitur, noménq; non nata ei aptissimè quadrat. Inde etiam in alias regiones asportatur, id quod de sui temporis piscatoribus scripsit Aristoteles, qui vt deportare possent, sale conspergebant: breue enim tempus durat aphyæ ista, caput tantummodò & oculi restant. Præterea adeò mollis, tenera, tenuisque est, vt citissimè percoquatur. Idem apud Athenæum Clearchus Peripateticus ait ex Archestrato, qui aphyam, quod paruo igne egeat, iubebat in calidam patellam iniici ac mox vbi stridere cœperit, auferri. vnde parcemia, *ἰδὲ πῦρ ἀφύρας*, ignem vidit aphyæ, quasi vidisse modò sufficiat ad decoctionem. Vel *ἀφύρας πῦρ*, aphyæ ad ignem, dicitur, inquit Suidas, *ἐπὶ τῶν τέλους ὅξυ λαμβανούσων*, id est, de iis quæ celeriter intereunt, aut absumuntur, siue quæ facillè ac citò conficiuntur. Ferebatur & illud apud Græcos *ἀφύρας τῆς ἑλπίδος*. Aphyarum honor oleum, quoniam in oleo coquebatur. Chrysippus Philosophus autore Athenæo scripsit aphyam Athenis vilescere ob copiam, & mendicorum esse opsoniū, alibi in pretio esse, multò etiam deteriorè. Lynceus Rhodiacas aphyas laudat. Archestratus aphyam omnem præter Atheniensem & Rhodiacam vituperat. Aphyæ omnis humidum alimentum præbet, statúsq; gignit. Nicomedi Bithynorum Regi, auctore Suida, cum aphyarum edendarum desiderio teneretur, proculque à mari abesset, Apicius ille gulosus pisciculorum figuram imitatus, vt aphyas veras apposuit. Erat autem huiusmodi earum apparatus. Rapum scæminam in longiuscula & tenuia frusta speciem aphyæ referentia secuit, quæ in oleo cocta sale & papauere asperfit, sicq; hac eum cupiditate liberauit. Oppianus scribit timidū & imbecillum aphyarum genus, omniū prædæ expositum esse, ob id in perpetua formidine viuere, & sese in globos cõglomerare, & ita se implicare, connecterq; vt dissolui vix possint, sæpe etiam horum aceruo-

T

rum occurfu nauium curfus retardari.

Ἔστι δέ τις νεπόδιων ἀφλός καὶ ἀκίτης ὄμιλος
 Ἀβλαχέης ἀφύης ἀδωνὸν γένος, αἱ καλεοῦν
 Ἐγγραύλας, ἀγαθὴ ὁ βόλις πάντεσιν ἕασι
 Ἰχθύσι, αἱ δὲ σφι ἐνὶ φρεσὶ φύλα δίδηεν.
 Πάντα δὲ ὑποβορέασι, κυμαλλήλας ὁ χυθεῖσαι
 Σωρηδὸν μίμναι, ἔσθραβι ἐμπεφύασι
 Ἡὐτ' ἀνακαίοιο βίβω δλεσμοῖο φέρουσαι.
 Reliqua ex ipso autore petenda.

De Aphyæ Cobite.



CAPUT III.

Lib. 6. de hist.
 animal. c. 15.




ARISTOTELES Explicata aphyæ natura tum ea quæ ex terra arenosa, tum ea, quæ ex spuma nascitur, hæc subiungit: Ἡ δὲ ἀφύη γένος ἰχθύων ἐστίν, ὁ μὲν καλεῖται κωβίτης, κωβιδίων τῶν μικρῶν καὶ φάλων οἱ καλεῖται δλιώσι εἰς ἧ γλώ, id est, reliquæ aphyæ piscium sunt fœtus, quæ quidem cobites dicitur gobiorum paruorum & prauorum qui terram subeunt. vbi κωβίτης gobionaria vertitur à Gaza, qui locum hunc Aristotelis peruertit his verbis. Reliqua apua fœtura piscium est: quæ enim gobionaria dicitur, gobiones paruos, ignobiles, qui terram subeunt creat. Imò creatur hæc aphyæ species à gobionibus paruis & vilibus, non autem gobiones creat. Quod miror à Masfario citante hunc locum in commentariis suis in librum nonum Plinij, animaduersum non fuisse. Nam ipsa Aristotelis verba perspicuè interpretationem Gazæ falsam esse conuincunt. Necnon Athenæus, qui ex mente Aristotelis de eadem re ita scripsit: ἐπέρα ὅ ἐστιν ἀφύη κωβίτης λεγομένη, γίνεται δὲ αὐτὴ ἐκ τῶν μικρῶν καὶ φάλων τῶν ἐν τῇ ἀμμῶ διασπορευμένων κωβιδίων, id est, alia autem est aphyæ cobites dicta, gignitur autem ex paruulis & vilibus gobiis, qui in terra degunt & versantur. Item Suidas, Ἡ λεγομένη κωβίτης γίνεται ἐκ τῶν μικρῶν καὶ φάλων τῶν ἐν τῇ ἀμμῶ φερομένων κωβίων. Ergo aphyæ cobites est, quæ ex gobionum femine procreatur, nunquam ad gobionum magnitudinem accedens, alioqui gobionibus marinis simillima est. Corpore est rotundo, pellucido, dorso latiusculo, colore candido, nigris aliquot maculis asperso, cauda varia, oculis quodam modo supra caput positis. Pinnæ eedem sunt illi quæ gobionibus, maximè illa gobionibus

Cap. 57.

Libro 7.

nibus peculiaris, barbæ instar propendens ex ea ventris parte, in qua binæ sunt in aliis piscibus. Hepar lactei coloris, & in eo fellis vesica. Splen rubet. Intestina & peritonæum ex albo nigrescunt. Cor ex albo rubescit. Nostri *loches de mer* appellant. Est enim iis pisciculis, quos Galli *loches* vocant, tam similis vt vix ab his distinguatur. Differunt tamen corporis figura. Est enim hæc gobionum instar corpore rotundo non cōpresso, illi verò corpore depresso & longiusculo. Cùm verò nullus sit omnino pisciculus, qui propius ad formam gobionum accedat, quàm qui hic à nobis exhibetur, certum est aphyam cobitem esse, quæ grauis est, & difficilè coquitur, veluti reliquæ aphyæ.

De Encrasicholis.




CAPUT IIII.

INTER Aphyas numerantur encrasicholi ab Aristotele, Athenæo, Suida. Verùm hi ex aphyæ cobite encrasicholos gigni scribunt, ille ex aphyæ, quæ in Atheniensium portu nascitur. Vt vt res ista habeat, encrasicholos eos esse existimamus, quos nostri cum Prouincialibus *Anchoies* appellant. Dicuntur etiam Æliano *λυγρομοι*, & Ἐγγραύλας, quam tamen postremam appellationem primo aphyarum generi ab Oppiano & Suida tributam fuisse diximus. Encrasicholi verò nominati sunt ὡς ἐν τῷ κρῶτι ἢ χαλῶν ἔχοντες, id est, quòd in capite fel habeant. Ab oris forma *λυγρομοι*. Pisciculi sunt digiti magnitudine aliquando paulò maiore, sine squamis, rostro acuto, ore maximo, habita corporis ratione, eiusque scissura magna, vnde *lycostomi* nomen. Dentibus carent, sed maxilla vtraque ferræ modo aspera. Branchias paruas habent & duplices, pinnas totidem. Cor oblongum & acutum, hepar rubrum, maculis rotundis conspersum. Ventrìculi appendices multas & nigras. Venter est mollissimus, quam ob causam statim absimitur, quis scatent rubentibus, pro corpore magnitudine sanguine abundant, & carnosus satis sunt: vnde fit vt delicatiores, molliores, suauioresque sint. Spinis carent, excepta dorsì spina, quæ tenuis admodum est, vt dentibus negotium vix facessat. Sale conditi asseruantur, & in garum vertuntur, quod ne corrumpantur,

non nisi truncato capite condiuntur, cum quo fel vna cum hepate, cæterisque visceribus & intestinis tollitur. De hoc pisciculo loqui Lib. 31. cap. 8. Plinium autumant, quum garum fieri ex mutilato pisciculo scribit. Quo loco alij minuto, alij minimo pro mutilato legunt. Quod veros encrasicholos exhibeamus, testes sunt locupletissimi, qui Græciam hodie incolunt: affirmant enim quos *Ancholes* dicimus, encrasicholos etiam hodie in Græcia vocari. Ex his optimum conficitur garum, si sale conditos Soli exponas, donec caro dissoluta fuerit. Hinc optimum remedium ad deiectam appetentiam recreandam, ad crassæ pituitæ attenuationem, citandamque aluum. Huius gari vice sæpissimè ipse domi hoc modo parandos iubeo. Primùm pisciculos, vt assolet, conditos & illotos cum aceto, oleo, & apij foliis in patinam iniici, deinde suppositis prunis tamdiu agitari, dum omnino in liquorem abeant: id oxelæogarum meritò nuncupari potest, præstantissimum condimentum, & ad ea quæ paulò antè dicta sunt, efficax. Quæ parandi ratio longè melior videtur, quàm quæ veteribus in vsu fuit: nihil enim vitij aut putredinis oxelæogarum nostrum contraxisse potest, cum sæpe supputri garo origano sit opus, iuxta veterum prouerbium. Putre falsamentum amat organum, quod hodie quoq; Romæ obseruari videmus. Nunquam enim encrasicholos vendunt falsamentarij sine organo. Magna istorum pisciculorum copia in Prouincia capitur noctu è nauiculis igne accenso. Magna item Baionæ, sed hi maiores sunt, illi suauiores & molliores. Crudi etiam cum oleo & felino eduntur.

De Aphyæ phalerica.




CAPUT V.

Lib. 6. de hist. animal. c. 15.

APHYÆ Phalericæ meminit Aristoteles, ex qua μεμβραδας gigni ait, alij αράδας, alij βεβραδδας legunt. Ego aphyas phalericas sponte nasci puto, vnde verò phalericæ dictæ sint docet Suidas, cum ait ἀφύας φάληρας τὰς μεγάλας, φάληρας ἢ λιμὴν Ἀθηναίων, id est, aphyas phalericas esse magnas. Phalereus autem portus est Atticæ: Possent etiam fortasse à candore nominari: nam Græci etiam τὰ φάληρα, λευγὰ ἔ ἀφελήοντα vocant, id est, alba & spumea. Erit autem meo quidem iudicio, aphyæ phalerica ea quæ à nobis *nadelle* vel

vel *melete* dicitur. Piscis est sardinis similis, minor & tenuior, sed latior. Squamas in mari habere certum est, sed statim excidunt remanentibus earum vestigiis, usque squamis, quæ ventrem firmant, & asperum efficiunt, vt in alosis & sardinis videre licet. Mollis est, & adeò pinguis pisciculus iste, vt si aliquandiu digitis tractetur, liquefiat, aut si magna copia in nauicula vehatur supernatantem pinguedinem colligant piscatores, qua olei vice ad lucernas vtuntur. Maxima huius copia præsertim autumnò capitur, estque meritò vilissimus: vidimus tamen piscatores duos vnus diei capturam quinquaginta aureis coronatis vendidisse.

De Aphyæ Mugilum.



CAPUT VI.

DONIT Aristoteles aphyam aliam mugilum Lib. 6. de hist. anim. cap. 15. scætum. Sunt qui ex limo & arena proueniunt etiam ex iis generibus, quæ per coitum & ex ouis oriuntur, quod tum locis aliis palustribus, tum verò apud Gnidum factum olim memoratur. Stagnis enim canicula vigente exiccatis, & limo arido, vbi primùm imbribus restagnare loca inciperent, pisciculi nascebantur generis mugilum, quod per coitum procreatur, magnitudine manarum paruarum, nec in his aliquid vel oui, vel feminis continebatur. Quinetiam in nonnullis Asiæ amnibus, qua effluunt in mare pisciculi quidam magnitudine intestinorum hepseti (naricarum vertit Gaza) eodem modo proueniunt. Sunt qui omne mugilum genus sponte oriri opinentur, sed non rectè: nam & oua eorum scæminæ, & semen genitale mares habere cernuntur. Verùm genus quoddam eorum est, quod non coitu, sed ex limo arenave enascatur. Quare aphyam mugilum nihil aliud esse puto quàm mugilum speciem eam quæ sponte sine maris & scæminæ coitu nascitur ex terra arenosa vel limo, cuiusmodi ea est, quam habemus, quæ nascitur in fossis, non procul à vicino nobis eoque antiquissimo oppido Latera vocato. Eiusdem generis est quæ in Lado nostro capitur, & *Athelan* nuncupatur, quam non dubito hyemis tempore è stagno marino fluuium subire.

De Aphyā Mænidum & Mullorum.

CAPUT VII.

VT Mugilum ita mænidum est aphyā autoribus Aristotele & Athe. quæ ex eorundem sententia mænidum fœtus est, sed fortasse veriùs dicemus hanc quoque aphyā sine mare & fœmina nasci sponte, & ita appellari, quia mænidum speciem referat, cuius iconem non apposui, quia ex mænide antè depicta satis intelligi potest, quemadmodum & mullorum aphyā ex ipsius mulli pictura quæ suo loco exhibebitur. Hanc verò mullorum aphyā ab Athe. cōmemoratam reperio, quam vocat *τεργλίτω ἀφύω*, quā hīc adiungēdam esse duxi, ne qua aphyæ species prætermitteretur. Parui igitur mulli præsertim in stagnis marinis ex putredine oriūtur, quos mullorū aphyas esse rectè dixerimus, vt *τεργλίτω* à veris mullis, qui *τεργλα* dicūtur, differāt.

Libro 7.

De reliquis Aphyis.

CAPUT VIII.

SI Pisces omnes, qui ex terra vliginosa vel limo, vel pluuia vel quoquo modo sponte nascūtur, aphyæ dici debēt, multò plura aphyarū genera ponenda sunt. Nam in stagnis dulcium aquarum penitus exiccatis imò aratis & satis videmus pisces multos spōte nasci, item in riuulis, vt paruas anguillas, paruas lāpetras, paruos cyprinos, tincas, atherinas aculeatas. Sed de his in opere de fluuiatilibus agetur.

De Belenno.



CAPUT IX.

Libro 7.
Lib. 1. ἀλιολ-
τινών.Lib. 4. de hist.
anim. cap. 8.

PISCIS Βέλενος dicitur ab Athenæo, qui ab Oppiano βλένος. Βαλών ab Epicharmo, quòd breuis sit, opinor pro corporis crassitudine. Pisciculus est ei qui à Tholosatibus *Peis de menage* vel *grauan* dicitur, similis. Ei verò qui à Gaza cothus nominatur tam similis, vt idem planè videatur. Pelagius est & rarissimus, corporis specie rannam piscatricem refert, colore & carnis substantia aphyā cobiten. Est igitur capite magno, rostro acuto, ore paruo. Pinnam in ceruice


vra-

vranoscopi modo habet nigrā, qua caret cothus fluuiatilis. duas alias inferiores ori proximas, squamis caret, ventre est cādido, reliquo corpore fusco, cauda non omnino rotunda: nam vtrinque depressa est. Hanc meam sententiam confirmat Athenæus: *ἐστὶ δὲ*, inquit, *καθιδὸς τῶν ἰδέων παρὰ τὴν λήκος*, id est, specie similis est cotho siue cothio: nam vtrouis modo legi posse puto, nisi malis *καβιδὸς* legere: huic enim satis est similis, sed cotho, de quo nunc loquimur, multò similior: vix enim quis belennum à cotho discernat, nisi qui nouerit hunc in fluuiis, illum in alto mari degere. Ex Epicharmi verbis, quæ refert Athenæus apparet vilem fuisse pisciculum, nec immeritò: est enim humida carne, planè insipida, corpore valde breui: quippe cū caput toto reliquo corpore maius sit. *ἀγε δὲ τείρας τὴν καρχαρίστος βαλόνας*. ibidem Athenæus autor est apud Atticos prouerbiū fuisse, *μὴ μοι βάλων καρχὸς ἰχθύς*, ne mihi bæon malus piscis, nec prouerbij vsum indicat. Blennorum cinis cum ruta vesicæ vitia & calculos sanat, inquit Plinius.

Lib. 7.

Ibidem.

Lib. 32. cap. 9.

De iis qui *Ἐψίλοι* vocantur.


CAPUT X.

ἘΨΙΛΩΝ nomen multorum tenuium, & exiguorum pisciculorum commune est, vt aphyarum, atherinarum, gobionum, paruorum mullorum, sepio-larum, paruorum loliginum, paruorum cancrorum, enerasicolorum, vt ex Dorione docet Athenæus. Vocabant etiā antiqui *Ἐψίλοι* pisciculos post Nili inundationem in fossis relictos. Efferebant autem plurali numero sapius quàm singulari: & *Ἐψίλοι ἀπὸ τῆς Ἐψίλῃ*, id est, à coquendo siue elixando nominarunt, quòd multi simul coquātur, nec propter paruitatem seligātur. Hęc quanuis vera sint, fuerit nihilominus minimè absurdū dicere τῶν Ἐψίλων nomen pisciculi vnus propriū etiam fuisse, quod indicare videtur Athenæus: *ἢ δὲ ἀφύη βαρεία ἐστὶ τὸ δούπεστος, ὡν λάλων καρχαρίτω καβιδὸς* (vbi legendum *καβιδὸς*) καὶ ὁ Ἐψίλος δὲ μικρὸν ἰχθύδιον τῆς ἀφύης γένος ἐστὶ, id est, aphyā grauis est, & difficilis cōcoctu, alba cobites vocatur, & hepsetus paruus pisciculus eiusdē generis est. Hunc pisciculū esse opinor, qui à nostris *iuol* dicitur. Pisciculus est digiti magnitudine, argētei coloris, corpore pellucido, dēpta ea virga, quæ à brāchiis ad caudā extēditur, oculis depressis, magnis pro corporis paruitate, ore ita scisso & conformato, vt inferior maxilla protensa maior sit superiore, sitq; veluti oris operculū.

Lib. 7.

Lib. 8.

De Atherina.



CAPUT II.

Lib. 6. de hist.
animal. ca. 17.




AΘΕΡΙΝΗΝ Vel ἀθερίνω, ut apud Aristotelem legitur, ἐκ τῆς ἀθέρειξ vel ἀλεουασμοῦ τῆς ν, ἐκ τῆς ἀθέρ, Gaza aristas conuertit: nam ἀθέρεικες sunt aristae, & ἀθέρεις simpliciter spicae vel aristae dicuntur. Proprie tamen summæ sunt hordei spicae, quæ ceu cuspides habent, quæ nulli sunt vsui, sed inter metendum pereunt. Vel ut ex Æliano profert Phauorinus, spicae sunt degeneres, quas spicilegi colligunt à messore neglectas: vnde ἀθέρειξιν significat ἀγρυ καὶ φρονεῖν, ἀφροσύνη, & similia, id est, valde despiciere & negligere. Ἀθέρεινω pisciculum dici putat idem Phauorinus, ideo quòd ἀθέρειξται πὸς καὶ ἀλίη διὰ τὸ ὑπελές, id est, quia negligitur ob vilitatem. Fortasse non ineptè dictam putes ab aristas, quæ per metaphoram pro spinis sumuntur, quas multas habet atherine, & duriores quàm sardinae, aphyæ, & reliqui huiusmodi pisciculi. Romæ etiam hodie idem nomen seruat: nam *Latharina* vulgò nuncupatur. In litore nostro rarò capitur, diciturque *Melet*, Massiliae & in stagno quod *Martegue* vocatur, frequentissimè & *Saucler* nominatur. Atherina pisciculus est marinus, litoralis, reperitur & in marinis stagnis aphis similis, dodrantali magnitudine, parui digiti crassitudine, dorso spisso, ventre leuiter depresso, ore paruo, sine dentibus, oculis magnis. Colore est vario: nam venter argenteus est, dorsum fuscum, circa caput ex flauo rubescit sardinarum modo. Locus, qui inter oculos est, calatus videtur. Pinnas habet quatuor, duas ad branchias, duas in ventre, aliam à podice, præter has alias duas in dorso. Omnes candidæ sunt. Cauda ex duabus pinnis constat. Pro linea in medio corpore à branchiis ad caudam protéta, spissum quid habet sub cute, quod non possum aliter quàm fasciã per similitudinem vocare, quæ quum cocta atherina editur, euidentissima est, & quum lumini obiicitur: quia reliquo corpore pellucida est, hac parte opaca. Atherina ex his qui autumnæ æquinoctio pariunt, prima parit in terra, autore Aristotele, atterens aluum arenæ. Carne est satis sicca, media scilicet, & optima saporisque grati, quicquid dicat Phauorinus, qui pro vili pisciculo habet: quòd si cum spinis edi posset, multò suauior foret. Quum ali-

Lib. 6. de hist.
animal. ca. 17.

aliquando Auenione essem, atherinisque frequenter vescerer, vnum id ad suauitatem & saporis gratiam illis deesse expertus sum, quòd spinæ inter edendum negotium facessant, à quibus spinis aristas similibus, atherinas nominatas fuisse suspicati sumus. Nostri piscatores ideo atherinam *melet* appellant, quòd eius aphyarum generis, quod *melete* nuncupari diximus, mare esse credant, sed falso: nam aphyæ huius generis sponte sine mare & foemina nascuntur. Atherinarum verò genus & mare & foemina constat. Præterea quauis utcumque similes sint, tamen atherina solidiore est spissiorèque corpore, aphyæ verò illa mollissimo depressoque. Vero similis fuisset, encrasicholorum mare dixisse, quos pisciculos esse ostendimus *Anchoies* appellatos, ad hos enim propius accedunt: qua de causa pro encrasicholis saepe venduntur: sed qui propius inspexerit, facile discernet. Nam atherinis squamæ sunt frequentiores & duriores, os minus, caro sicior, encrasicholis mollior. Quare ex atherinis garum bonum confici non potest: quia non possunt ita dissolui & contabescere, veluti garus piscis vel encrasicholus. Atherinæ nullus est in medicina vsus, agris tamen medici Massilienses apponi iubent, neque id absurdè: etenim satis sicca, non glutinosa est carne, quare neque difficilè coquitur, neque flatu gignit.

De Sardinis.



CAPUT XII.

RERVM cognitione, quas in vniuerso orbe Deus optimus maximus ad vitæ nostræ vel necessitatem, vel commoditatem condidit, ut nihil præstantius, ita nihil difficilius est. Difficultatem verò parit maximè ipsarum abstrusa & penitus abdita natura, nonnunquam etiam ipsarum similitudo, vel homonymia, vel vocis affinitas, ut aconiti speciem pro veratro nigro surpant multi, marum pro origano, chamedrym vel allium syluestre pro scordio, & ne longius abeamus, chelonem pro cephalo, sparum pro aurata, sargum pro melanuro, ζάρον alij menam marem, alij pisciculū alium exocæto similem vocant. Alij banchum cū baccho, sarginum cum sargo, glaucū cum glaucisco, lamiam cū amia, aliosq; quamplurimos confundunt. Idem ali-

nobis in trichide, trichia, thrissa euenit, quorum non nominis solum sed etiam rationis nominis & rei affinitas effecit, ut alij pro eodem pisce hæc usurparint, atq; modò hoc, modò illo nomine in eodem pisce designando vsi fuerint: cum alij ex trichide trichiam nasci dicant, ut

Lib. 6. de hist. animal. c. 15. Aristoteles: aliam verò ab his esse thrissam, quanquam sit aliquid his omnibus commune. Rei obscuritatem auget Gaza, qui trichidas sardinas, trichias sardas couertit: cum sarda apud veteres longè alius piscis esse videatur. Ac primùm quantum ad Aristotelem attinet, non possum non summopere mirari, qd scribat ex phalerica aphyra membradas, ex membradibus trichidas, ex his trichias gigni. Cum ipse annotauerit pisces ex diuersa speciei piscibus non nasci, dempro rhinobato, qui ex squatina & raia gignitur, ut dictum est CAP. 1. huius libri.


Ibidem Deinde verò Gazam, qui trichias sardas conuerterit, cum sarda sit ex lacertorum marinarum genere, eiusdem magnitudinis cū colia, qui scombro maior est, teste Athen. vel, ut Plinius scribit, pelamys longa.

Libro 3. Libro 32. c. 11. De his igitur quid sentiam, breuiter & perspicuè exponam. Τερχιδας, τερχιδας siue θεριδας ἀπὸ τῶν τερχίων dictas opinor, ob spinarū copiam & paruitatem: nam capillorum tenuitatē referunt, qua de causa sine pernicie eduntur: & trichida ac trichiam eundem planè esse piscem, thrissam verò ab eo differre, de qua proximo capite. Aut si qua sit inter trichida & trichiam differentia, eam solum ætatis & magnitudinis esse, ut trichis minor sit, trichia maior: id quod multis piscibus vsuuenire constat, quibus pro ætate & magnitudine varia posita sunt nomina, non solum ab antiquis, sed etiam à piscatoribus nostris, ut in aurata & coracino priùs annotauimus. Idem in Gallia nostra Narbonensi, Prouincia, Italia à vulgo obseruari videmus, in eodem pisciculo quem *sardine* & *sarde* appellant eo tantum discrimine, ut hic maior sit, ille minor. Hanc vulgi appellationem puto secutum fuisse Gazam, ut cum videret ab Aristotele trichiam à trichide distingui, illam sardam, hanc sardinam vulgi more appellauerit. Dicit aliquis vtrumq; vocabulum antiquum esse, & à Latinis usurpatum, id quod equidem

Lib. 8. cap. 17. fateor: nam Columella sardinam dixit, quanquam eo loco non sardina sed sardinia lagatur, & sarda apud Athenæum & Plinium reperitur. At intelligi volo videri Gazam trichida & trichiam duobus nominibus Latinis expressisse, quæ ut vocum similitudine, ita significatione eadem esse putabat cū vulgaribus, cum res àliter habeat. Nam alterum scilicet *sarde* non idem significat quod sarda, quæ pro pisce longè diuerso à veteribus usurpatur, ut paulò antè dictum est, & suo loco fusiùs ostendetur. Ego verò trichida & trichiam pro eodem pisce accipio, qui *sardine* vulgò dicitur, nisi ætate & magnitudine differant, quæ differentia duplex nobis nomen peperit, ut *sarde* dicatur, quæ maior sit, *Sardine* quæ minor. Dorionem, cuius librum de piscibus

bus sapissimè citat Athenæus, autorem habeo, qui trichida etiam trichiam appellat. Atque adeò Athenæum ipsum, qui trichiarum exempla ex veteribus proferens ipsas apertè cum trichidibus confundit. Sed hæctenus de nomine, nunc de re dicamus. Sardina pisciculus est marinus, aphyæ phalericæ omnino similis, nisi paulò maior & spissior esset, à parua alofa, ore, branchiis, oculis, pinnarum numero, situ, squamis, cauda minimè discrepās, sed in hoc tantum quòd alofa sit latior. Sardina igitur squamas magnas tenues habet, colore est vario, nimirum capite aureo, ventre albo, dorso cum viridi caruleo, utroq; splendido rutilantèq; dum viua è mari extrahitur, vnà cū vita viridis euanescit caruleo manente, eòq; hebescente & splendorem suum amittente. Intestina habet parua & recta, alosarum intestinis similia. Felle caret: quamobrem nõ exenterata in craticula vel sartagine coquitur, vel in olla cum oleo elixatur. Vere pinguescit. Linguam mordet, maximè si paulò diutius asseruetur. Sale conditæ sardina in annos duos seruantur, fitq; ex his garum sed minus laudandum ob squamarum copiam & spinarum, à quibus caro difficilè separari, vixque in muria dissolui potest. Si sardina nostra ea sit, quam Aristoteles trichida vel trichiam vocat, ut reuera esse existimamus, scrupulum nõ tenuem nobis iniiciet locus Aristotelis hæc scribentis: Οἱ δὲ τερχῆοι μὲν τῶν ἰχθύων *Lib. 8. de hist. animal. c. 13a* εἰσπλέοντες μὲν ἀλίσκοι, ἐκπλέοντες δ' ἐχθρόων. ἀλλ' ὅταν καὶ ληφθῆ τις περὶ εὐζόουσιον, οἱ ἀλιεῖς τὰ δίδυμα περιμαθαίρουσι, διὰ τὸ μὴ εἰσθῆναι ἐκπλεῖν. ἄγχιον δ' ὅταν ἔσται μόνος ἀναπλέουσι εἰς τὸ ἴστρον, εἴθ' ἢ χίλιον ἢ ἑξαπλέουσι εἰς τὸ ἀδελῆον. ἤμειον δ' ἢ καὶ γὰρ ἑμβραίνῃ τὸν ἀδελῆον. ἐκπλέοντες μὲν γὰρ εὐκ ἀλίσκοι, εἰς τὸ ἀδελῆον, εἰς πλέοντες δ' ἀλίσκοι. Quæ sic conuertit Plinius: In trantium pontum soli non remeant trichie, sed hi soli Istrum amnem subeunt, ex eo subterraneis eius venis, in Adriaticum mare defluunt, itaq; & illinc descendentes nec vnquam subeuntes è mari visuntur. Nullus veterum scripsit, nullus etiam recentiorum aut piscatorum aut scriptorū memoriæ prodidit, viditve aut ab aliis audiuit sardinas nostras amnes subire. Quocirca locus Aristotelis mihi suspectus est: item Plinij, ut fortasse pro τερχῆοι vel τερχῆοι legendum sit θερῆοι, quas vere ad flumina properare magna frequentia illicq; pinguescere constat. Eiusdem loci pars postrema deprauata etiam est: nam pro ἐκπλέοντες μὲν γὰρ εὐκ ἀλίσκοι εἰς τὸ ἀδελῆον, εἰσπλέοντες δ' ἀλίσκοι, reponendum, ἐκπλέοντες μὲν γὰρ ἀλίσκοι εἰς τὸ ἀδελῆον, εἰσπλέοντες δ' εἰς τὸ ἀδελῆον εὐκ ἀλίσκοι. Id ostendit Plinij conuersio. Idem rectè animaduertit Gaza, qui ista sic expressit. Exeuntes enim semper capiuntur, subeuntes nunquam. Deniq; res ipsa necessariò sic legendum esse docet. Ait enim Aristoteles hic cōtra fieri quàm in ponto, quem subeuntes capiuntur, exeuntes autem non videntur. Ex Adria verò exeuntes videntur & capiuntur, subeuntes minimè: quia ex Istro per subterraneos meatus Adriaticum mare subeunt.

De Membrade.



CAPUT XIII.


Lib. 6. de hist.
anima. ca. 15.

Lib. 7.



MEMBRADAS Ex aphyâ phalerica gigni scripsit Aristoteles. Quo loco ἀράδας habent vulgares codices. Athenæus etiam autor est antiquos variè dictionem hanc extulisse. Nam Phrynichus βεβράδας dixit. Epicharmus βεβραδνας. Attici βεμβράδας. Quo modo nominentur, constat vel aphyæ speciem esse, vel certè pisciculos viles, quos Phrynichus teste Athenæo χρυσοκέφαλος βεβράδας cognominavit, id est, aureo capite. Et Aristophanes πολυχρωτός, id est, cano corpore. Quantum coniectura assequi possum, hi sunt pisciculi, quos Galli *celerins* vocant. Sunt enim candido admodum corpore, capite verò auri colorem æmulante, sardinis valde similes, vel qui Agathopoli magna copia sæpe capiuntur, paruis alosis similes, vocanturque illic *calliques* vel *laschez*, Massiliæ *harengades*. In qua sententia permanebo, donec alius certiora & veterum autoritate confirmata proferat.

De Thriffa.



CAPUT XV.

Libro 7.



HΘΡΙΣΣΑ variè à Græcis nominata est autore Athenæo: nam Archippus & Mnesimachus θράττων appellauerunt, quo nomine Atticorum nullus usus est, inde θ θραττίδιον. Dorotheus Acalonites θέττων. Græci θ in φ mutando φείσσην vocant. Aufonius & Gaza pro Græca appellatione, vulgari, vt opinor, vsurpata: atque hos secuti alij Alo.

alofam. Galli *alose*, Burdegalenses *coulac*. Massilienses *halachia*. Romani *laccia*. Hispani *saboga*. Docti quidem φείσσην clupeam interpretantur, nescio qua ratione inducti, cum de clupea solus Plinius ^{Lib. 9. cap. 15.} hæc scripserit, de artilo Padi loquens. Hunc minimus appellatus clupea, venam quandam in faucibus eius mira cupiditate appetens morsu exanimat. Et ante hunc Ennius cuius versus extat apud Apuleium. *Omnibus vt clupea præstat mustella marina.*

Ex his quomodo confirmari possit clupeam nostram esse alosam non video, maximè cum clupeam minimum esse piscem Plinius dicat: Alosa verò nostra cubiti magnitudinem aliquando superet. Massarius nō alia ratione motus idem sensisse videtur quàm quod Veneti alosam *chiepam* nuncupant, quæ vox à clupea deducta esse videtur. Alosa piscis est marinus, gregalis, sardinis capitis figurâ, oris scissura, squamis, pinnarum situ, numero similis, sed maior & latior. Spinæ habet permultas, & inter vescendum valde molestas, vtpote quæ sine incommodo edi non possint, quemadmodum sardinarum, aphyarum phalericarum, & membradum spinæ. Vere & æstate fontes dulcèscque amnes petit, illicque pinguescit, molli suauisque carne redditur, & Athenæus inter pisces Nilum subeuntes recenset. ^{Lib. 7.} Quocirca quò longiùs à mari capiuntur alosæ eò meliores sunt. Itaque Burdigalæ & Lugduni, multò magis succulentæ palatòque gratiores venduntur quàm Massiliæ: marinæ enim exuccæ sunt, aridæ cum quadam acrimonia à qua fitis excitatur. Oppianus scripsit nullam esse alosis stabilem in mari sedem. ^{Lib. 1. ἀλιστινίωφ.}

Χαλκίδες ἂν θρῶσαι τε καὶ ἀβραμίδες φείσσην
 Ἀθροαὶ ἄλλο τε δὲ ἄλλον ἄλδος πόρον, ἢ πᾶσι πείτρας,
 Ἡ πελάγη, δολιχοῖσι τ' ἐπέδραμον ἀρχαλοῖσι
 Αἰὲν ἀμφοτέρωθεν ξενίω ὄδῳ ἢ τ' ἄλῃ
Chalcides & thriffæ passim, abramidesque feruntur,
Atque cateruatim percurrunt aquoris undas,
Et curuis habitant scopulis, & litora visunt,
Alternantque vias ponti, curruntque per aquor
Hospitium mutant semper, pontoque vagantur.


Thriffas Ægyptias cantu delectari autor est Ælianus. ^{Lib. 12.} Qui Mareotim lacum incolunt, inquit, Thriffas illic cantu & pulsibus testarum concrepantium consonantibus piscantur. Etenim tanquam saltatrices, saltantes in piscatoria ad se comprehendendas explicata instrumenta incidunt. Idem ipse proculdubio in alosis nostris sum expertus: quum enim in Aruerniæ oppido Maringuesio essem, & in fluuij ripa sæpe animi causa deambularer, ad testudinis sonos alosas vidimus adnatantes & saltantes, id quod noctu manifestius appareret. Abundat autem fluuius ille tanta & salmonum & alosarum co-

libro 7. pia, vt supra mille & ducentas vno retis iactu captas viderim. His adducor vt credam deprauatū esse Athenæi locum, in quo Aristotelem citat περι ζωνίων. Τριχίδα ἢ λεγόμενον, ὅτι ἴδεται ὀρχησθὶ καὶ ὠδῆ, καὶ ἀκέραια ἀναπαύει ἐκ τῆς θαλάσσης. Quippe cū de thrissa, thrichide, & trichia verba fecerit, & veterum de his testimonia protulerit, his adiungit Aristotelis autoritatem de eo pisce, qui saltu cantūque gaudeat, & eo audito è mari exiliat. Sic igitur locus, meo quidem iudicio restituendus est. ὀρχησθίδα ἢ λεγόμενον, ὅτι ἴδεται ὀρχησθὶ καὶ ὠδῆ, καὶ ἀκέραια ἀναπαύει ἐκ τῆς θαλάσσης. Quæ ad Thrissam referenda sunt quæ ὀρχησθίς, id est, saltatrix dicta sit. Alosas subire flumina eorūque fontes appetere diximus, sed audito tonitru ad mare properare piscatores testantur. Ausonius eas pro vilibus habet.

Stridentēque focus opsonia plebis Alosas

Verū ob copiam quibusdam in locis vilescunt quemadmodum res aliæ etiam laude dignæ, magis que spinarum copia molestæ sunt quàm insalubres. Nam quum pinguerunt & suaves sunt, & succum mediocriter bonū gignunt, quicquid facile distribuatur. Quū aliquando in conuiuio de polyporū, luporum, pagurorum prudentia differeretur, Hieronymus Vida vir bonus, & doctus poëta, dixit nullum sibi videri piscem alosa prudentiorem qui non nisi obesus nobis apparet, maximè que idoneo tempore, quum carniū esu nobis omnino interdicitur, faceta ironia: cū imprudentissimos esse pisces meritò dicamus, qui non nisi quo tempore optimi sunt, illis que minimè parcimus, à nobis conspiciantur. Post thrissas fortasse aliquis chalcidas & abramidas requiret: sunt enim similes admodum, easque coniungunt Athenæus & Oppianus. sed cū fluuiatiles sint, in opere de fluuiatilibus de his dicitur.

De Harengo.




CAPUT XVI.



HARENGI Nomen barbarum est, neque vlla est, quod sciam, huius appellatio siue Latina siue Græca. sunt qui non rectè halecem vocent. Quid autem sit halec vel alex libro quinto declarauimus. In penuria igitur Græci Latinique nominis, notissimo

&

& vulgatissimo vtemur. Harengus ex thrissarum est genere, qui in oceano tantum reperitur, minoribus thrissis, & sardinis maioribus plane similis, dorso caruleo, ventre albo & falcato, squamis acutis & tenacius hærentibus munito alosa modo, reliquis facile deciduis. Inferiores partes alosæ similes habet. Aqua viuit. Gregalis est piscis. Tam magni sunt aliquando harengorum greges, vt præ multitudine capi non possint. Sed post autūni æquinoctium in acies se diuidunt, locaque mutant, & gregatim per oceanum vagantur. Quò fit vt multi simul capiantur. Condiuntur, & in muria seruantur. Alios modicè salitos suspensosque in fumo exiccant. Illos harengos albos, hos nigros Gallicè *forez* appellant: siue harengos nocturnos, vel à nigrore, vel quia quæ noctu fit captura felicior, & iis diutius seruandis accommodatior meliorque iudicatur. Citissimè extra aquam moriuntur, ob magnam branchiarum scissuram. Pingui sunt & molli carne. Tam sunt alosis paruis trattisque paruis similes, vt eas in craticula coctas, butyroque immersas Normanis apponi iubens eis imposuerim credentibus harengos esse: adeò figura, sapore, spinis similes sunt, vt vix discerni queant, nisi à diligenter animaduertentibus. Sunt tamen harengi dorso spissiore, maculisque carent, quas alosæ paruæ habent. Quare vehementer errat, qui in mediterraneo mari harengos nasci asserit, seque Romæ vidisse in foro: nam formæ similitudine decipitur. Qui enim harengi specie, non solum Romæ, sed etiam Massiliæ & Venetiis videntur, harengi non sunt, sed trattæ paruæ, harengis & sardinis adeò similes, vt eas pro harengis facile accipiant etiam Galli, quibus hi notissimi sunt. Sed his notis distinguuntur. Trattis & alosis spinæ multò asperiores ventrem firmant, harengis minus asperæ: quam ob causam si paulò diutius asseruentur, disrupto ventre intestina procidunt. Præterea spinæ in his tenuiores, & edendo minus molestæ, in alosis & trattis & chalcidibus multò molestiores.






G V L I E L M I
R O N D E L E T T I
D E P I S C I B V S

LIBER VIII.

De Sphyræna prima specie.



C A P U T I.



Lib. 9. de hist.
animal. ca. 2.

Libro 3. c. 11.

DA V L A T I M A pisciculis ad magnos pisces veniemus. Dicemus autem deinceps de Sphyræna & acuum generibus, ac lacertis iisque similibus. Σφύρα, alij, maximè Attici κέσρα, appellant. Latini sudim. Nostri Spet. Itali Spetto. Africani Scaumè. Græci huius temporis σφύρα. Gaza non rectè malleolum conuertit, cum Plinium autorem haberet, qui & sudim interpretatus est, & interpretationis causam reddidit. Eius hæc sunt verba: Sunt præterea à nullo autore nominati. Sudis Latine appellata, à Græcis Sphyræna, rostro similis nomine, magnitudine inter amplissimos rarus, sed tamen non degener. Sudis teli militaris genus est, & paxillus acutus, qui in terra defigendus præurebatur, vel ut robustior esset, vel ut tardius putresceret. Virgilius:

Sudibus duris agitur sudibus ve præustis.

Eadem de causa κέσρα ab Atticis dicebatur. Nam κέσρα teli genus est

et Persico bello inuentum, aut stimulus siue stylus apud Sophoclem & Aristophanem. Idem significat σφύρα accentu in priore syllaba posito, ut differat à plurali σφύρα pro malleolis. Phauorinus. Κέσρα ἀμυντήριον ὄπλον, σφύρα, ἢ εἶδος ἰχθύος. Igitur à σφύρα, quæ teli genus significat deducitur σφύρα. Idem etymum secuti sunt omnes. Nam Hispanis & Italis *spetto* dicitur, id est veru, & à nostris detracta litera *spit*. Est enim piscis iste longus, & acuto rostro: Qua de causa Speusippus acui assimilauit. Ex his liquidò apparet Gazæ error, qui malleolum interpretatus est: similiter aliorum multorum qui cum quem Massilienses *peis iouziou*, id est, piscem iudeum appellant. Sphyrænam esse credunt, cum zygæna sit non sphyræna, quæ zygæna à figura libellæ T Græcorum simili nomen habet, eamque, piscem iudeum à Massiliensibus vocari verissimè scripsit Petrus Gyllius, quod capitis tempora tanquam cornicula emineant, more iudeorum qui sic olim Massiliæ induebantur. Sed de zygæna suo loco. Ad Sphyrænam redeamus cuius duo sunt genera, ut autor est Oppianus & experientia comprobatur.

Athen. lib. 7.

Lib. 1. ἀλιού-
τιμῶν.

Σφύρατιος ἀλιότηρ διδυμῶν γένος, ἀμφοτέρω τε
Σφύραται δολιχαί.


Utraque piscis est marinus, lucio vulgò *brochet* dicto corporis figura tam similis, ut qui proprium nomen ignorant Romæ & in Montepelio, *brochet de mer*, id est, lucium marinum appellent. Est igitur Sphyræna primi generis corpore longo, tenui, rostro prominente & acuto. Maxilla inferior superiore maior, in acutum desinens superiorem excipit, sicque ambæ coeunt, ut dicas rostri vel oris nullam planè scissuram esse, quam tamen maximam esse oportuit, tum ob rostri tenuitatem, tum ob piscis voracitatem. Dentes illi sunt acutissimi, in os recurui ut muræna, in superiore maxilla quatuor, in palato duo dentium ordines. In media inferiore maxilla dens vnus in foramen in media superiore maxilla exculptum recipitur, omnium inferioris maxillæ dentium maximus. Rostrum foris cælatum est, eiusdem extremum nigrum. Oculi sunt maximi: ante hos foramina vel ad audiendum, vel ad olfaciendum destinata. A capite ad caudam per medium ferè corpus linea ducta est ex squamis contexta, reliquum corpus à squamis nudum esse videtur. Sphyræna colore Asellum æmuletur. Est enim ventre albo, dorso nigricante vel potiùs cinereo. Linea prædicta flauescit initio, & oris interna pars. Brachiæ satis apertæ sunt. Pinne quatuor, duæ ad branchias, reliquæ in ventre, exiguæ, hæ ad natationem conferunt. In dorso eriguntur duæ. prior quinque aculeis constat, altera sine aculeis est; quemadmodum ea quæ ad podicem est. Ventriculo oblongo est cum multis appendicibus, intestinis longis, hepate albicante, carne candida, suauis, dura siccaq; , sed quodammo-

do friabili, & aselli carnem vtcunq; referente, cui & lupo præcipuan
autoritaem fuisse Cornelius nepos, & Laberius poëta minorum trad-
dêre. Quare non possum non mirari Hicesium de quo hæc Ath-

Libro 7. Σφυράνας φησιν ἰκέσιος βοφιδάρας εἶναι τῶν γόγρων, ἀπὸ θεῶν δὲ
Libro 8. γεῦσιν, καὶ ἀσβόμες, ὠχυλίαι δὲ μέσως. Et alibi Athenæus. αἱ σφύραιναί τῶν
γόγρων εἰσι βοφιδώτεροι. Quibus apertè ratio repugnat. Qui enim sphy-
rænæ plus alimenti præstare possent congris qui ex cartilagineorum
sunt genere, dura, sicca lenta glutinosaque carne? vnde δυσχετέρας
φωτέρας esse dixit Philotimus, quod approbat Galenus. Omnes autem
non solum pisces sed & carnes & quæcunque alia quibus vescimur,
propter duritiem & succi contumaciam difficilius conficiuntur, et
difficilioris sunt concoctionis, ita plurimum nutriunt. Non est igitur
vera hæc Hicesium sententia, nisi sphyrænæ alium hic piscem subti-
tuas: nam alioqui locus totus integer non est, neque ἀπὸ θεῶν ἢ γεῦσιν,
καὶ ἀσβόμες, ὠχυλίαι δὲ μέσως legendum, sed ἀπὸ θεῶν ἢ γεῦσιν, καὶ ἀσβόμες,
ὠχυλίαι δὲ μέσως, id est, gustui iniucundas esse, & ori ingratas, succi bo-
nitate mediocri. Cæterum non fuerit alienum confirmare hanc ve-
ram esse sphyrænæ quam proponimus. Ac primum eundem esse
piscem qui σφύραινα & κέστρα dicatur, satis docet Athenæus ex Dorio-
ne. Δωριῶν σφύραιναν φησιν, ἢ καλεῖται κέστραν. Ἐπιχάρμος δὲ ἐν μέσῳις, κέ-
στρας ὠνομάσας, εἶπε σφύραινας ὀνομάζει ὡς ταύλον ἕσας, καὶ οἱ ἀπὸ τῶν ὡς ἐπὶ
δὲ πολλὸν ἢ σφύραιναν καλεῖται κέστραν, ἀνάτωις δὲ τῶν ἢ σφύραινας ὀνομάτι ἐχρή-
σαστο, id est, Dorion sphyrenam ait quam vocant cestram. Epichar-
mus autem in musis cestram cum nominaverit, non iam sphyrænæ
dicit, utpote quæ eadem sint. Et Attici sæpius sphyrænæ vocant ce-
stram, rarò autem sphyrænæ nomine vsi sunt. His accedit Plinij te-
stimonium qui sphyrænæ sudim conuertit à nomine simili rostro,
quod perinde est ac si diceret à rostro acuto sudim nomen inuenisse.
Deinde sphyrænæ acui similis est autore Speusippo apud Athenæum:
Libro 7. ἀσπίδης ὡς περατολήλαι ἐκτίθειαι κέστραν, βελόνην, ἄσπεδα. Est verò
sphyrenæ, acus modo rostro acuto & longo. Postremò longo est cor-
pore. vnde Oppianus δολιχὰς appellat, id est longas. Et Aristoteles
Libro 2. de hist. animal. ca. 15. καὶ τῶν μακρῶν ἐγγέλους καὶ βελόνης, καὶ σφύραινας. Ex longis anguilla, acus,
sphyrænæ. Mendosi enim sunt vulgares codices, in quibus pro σφύραι-
ναι legitur ζύγαινα. Nam zygæna in cartilagineis numeratur: quæ & si
magnus sit piscis, longus tamen non dicitur, cum ij duntaxat longi
dicantur, qui pro corporis longitudine tenues sunt admodum: alio-
qui omnes ferè magni, etiam longi dicerentur. Omnia verò quæ mo-
do demonstrauimus in sphyrænæ nostram competere nemo nisi
planè cæcus non videt.

De sph


De Sphyrænæ parua, siue Sphyrænæ
secunda specie.



CAPUT II.

QUAM Sphyrænæ speciem alteram esse diximus ex
Oppiano, eam esse putamus quæ à nobis *hautin* nomi-
natur. Est enim corporis specie superiori valde similis.
Rostro est tenui & acuto, corpore oblongo, à squamis
nudo, ore paruo, sine dentibus, oculis magnis pro cor-
poris magnitudine: cute argentei coloris, carne & ossibus pellucidis.
Cauda antequam in pinnam terminetur latefcit, & vulgò hodie à pi-
ctoribus vsurpatam cordis effigiem refert. Pinnas duas habet ad bran-
chias, inferiori ventris loco affixas veluti in fluuiatilibus: paruas
alias à podice, quas sequitur alia ad caudam vsq; continua. Alia est in
dorsi medio sine aculeis. In corpore medio rectissima à branchiis ad
caudam linea ducta est. Hæc sphyrenæ superiore minor est: nam pal-
mi magnitudinè non superat. Candidior est, rostro breuiore, minus
cælato. In ventre inest vesica oblonga aëre plena. Ventriculus & pe-
ritonæum nigricant, carne est molliore quàm superior, & ad saxati-
lium carnem accedente.

De Acus prima specie.



CAPUT III.

GRÆCIS βελόνη piscis dicitur, & ραφίς. Dorion
citante Athenæo. βελόνην φησιν ἢν καλεῖται ῥηφίδα. Ari-
stoteles in his qui nunc extant libris βελόνην sem-
per vocat. In LIB. autem περὶ ζῴων, vt scribit
Athenæus, ραφίδα etiam nominauit. Similiter Oppia-
nus ραφίδες δὲ ἐπὶ τῆσιν ἀραγαί. ἀβλαπής etiam nuncupata est. Athenæus.


Ραφίς ἢ βελόνη, καλεῖται γε καὶ ἀβλενής, δύσπεπτος, ὑγρὸς, ὄχυλος.
 Lib. 32. cap. 11. Gaza acum interpretatus est. Plinius aculeatum vocat. Belone, inquit,
 Lib. 9. cap. 51. quos aculeatos vocamus. Alibi acum. Acus, inquit, siue belone vnus
 piscium dehiscente propter multitudinem vtero parit. Qui nunc
 Græciam incolunt corrupto vocabulo βελονίδα. Nostri *Eguille*. Itali
arguzella. Hispani *aguilla* vel *aguia pescado*. Veneti *acicula*. Normani
orphiez. Habet etymum à rostri longitudine, tenuitate & acie, quòd
 ideo simile est acui vel sagittæ: vnde ὄξυρυγχί ραφίδες ab Epicharmo
 At lib. 7. cognominatæ sunt. Ἀβλενής verò quòd sine mucò sit: βλόνα enim
 mucum significat: hic autem piscis carne est planè sicca, & sine hu-
 more lento, glutinoso & mucoso, quo multi longi pisces oblitati sunt.
 Duas acum differètiâs obseruauimus: vnâ, quæ apud nos frequens
 est admodum, & vulgo notissima, de qua prius tractabimus: alteram,
 quæ acus est Aristotelis, à nostra vulgari diffidens, de qua proximo ca-
 pite. Acus vulgaris piscis est longus, læuis, marinus quidem, sed inter-
 dum etiam in marinis stagnis reperitur, rostro est acuto, longo, tenui.
 Maxilla inferior superiore est longior, in mollem quandam substan-
 tiam degenerans. Dentes in vtraque maxilla parui frequentésque.
 Caput est triangulare, viride. Oculi magni, rotundi, lutei. Ante hos
 meatus ad audiendum vel ad odorandum trianguli figura. Branchiæ
 quatuor duplices. Pinnæ duæ paruæ ad branchias. Duæ aliæ breues
 sub ventre, quas sequitur alia longa, aculeis constans & membranâ
 ab umbilico ad caudam progrediens. hac superior alia est magnitu-
 dine ferè par. Cauda breuis est in duas pinnulas terminata. Podex in-
 fima parte situs, non admodum conspicuus. Acus hæc ventre plano
 est, reliquo corpore quodam modo quadrato, ob lineam vtrinque pro-
 tensam è squamis contextam, reliquis partibus læuibus, & sine squa-
 mis. Dorso est cæruleo, ventre candido, spina dorsi viridi, cæteris par-
 tibus interioribus longis, vt ventriculo, intestinis sine appendicibus.
 Hepate oblongo, & in eo vesicula fellis oblonga, corde angulato.
 Æstate venter ouis multis refertus conspicitur. Quare illam æstatis
 tempore parere crediderim, sed ferè & sine vlla ventris scissura. Car-
 ne est dura & sicca, quam ob causam difficilius coquitur, succum ta-
 men bonum gignit. Mirum igitur si Athenæus de hac nostra acu lo-
 cutus non sit. Ραφίς ἢ βελόνη, καλεῖται γε καὶ ἀβλενής, δύσπεπτος, ὑγρὸς,
 ὄχυλος. Cùm minimè humidam esse experientia constet, sed siccam.
 Lib. 8. Oppianus de hac nostra acu videtur locutus fuisse, cū tradit eam den-
 tibus retia erodere & incidere. Dentes enim paruos habet & frequètes.

Καὶ μὲν δὴ ραφίδων τοῖος νόσος αἰδ' ὅτε χάλπον
 Δικτύς ἐκασροφύγῳσι, πόνος δὲ ἐκλοοθε γένων',
 Αὐτίς ἐπιτρῶφῳσι, λίνω δὲ ἐπιμνήσσει
 Δήγμῳτ' ἐπιπῶσι, δ' δὲ φίσσι δύνειαι εἰλω.

ἰχθῆρ'

ἰχθῆρ' ἐμμελέως τῶν τῶν ἐκλοοθε ὀδόντας.
 Præterea eam quam exhibemus βελόνη siue acum meritò dici-
 tum figura, tum nationum omnium consensus appellationesque re-
 stantur, à qua diuersam fateor esse eam, de qua scripsit Aristoteles,
 quippe cui notæ multæ quæ huic nostræ insunt, minimè competant.
 dentibus enim caret acus Aristotelis teste Athenæo. Adhæc rimam
 Lib. 7. habet in ventre. Postremò hyeme parit. Quare distinctionis & perspi-
 cuitatis gratia priorem belonem appellabimus vulgarem siue com-
 munem: alteram belonem Aristotelis, de qua iam dicamus.

De Acus secunda specie, siue de Acu Aristotelis.



CAPUT IIII.

LOCIS Aliquot, quos postea citabimus, βελόνης me-
 minit Aristoteles. Ea verò est, quæ à nostris *Trompette*
 dicitur. Ab Italis quibusdam *Diavolo*. Sunt qui ser-
 pentem marinum esse credant, sed falsò, vt docebi-
 mus. Piscis est longus, tenuis, cubiti longitudine, di-
 giti crassitudine, oculis, branchiis hippocampo planè similis, nec-
 non rostro, quod tubam æmulatur, vnde à nostris nomen positum.
 A capite ad podicem exagonus est piscis, à podice ad caudam qua-
 dratus. Podex in medio ferè corpore, à quo rima oblonga progredi-
 tur, in qua oua reponi certissimè est. Ego cùm huiusmodi acum hye-
 mis initio cultello aliquando dissecarem, in rimâ oua permulta repe-
 ri, fidèq; dignissimis viris ostendi. Proximo anno quum nõ procul ab
 Aquis mortuis locus in mari turri ædificandæ destinatus, vndis va-
 cuaretur, illicque maris purgamenta diligentius perlustrarem, duas
 acus reperi coloris diuersi: erat enim altera viridis, altera pulla, in
 quibus cùm rimam illam inspicerem, oua vidi in ea exclusa, mul-
 tosque foetus iam perfectos, quorum alij maiores erant ac moueban-
 tur, partésque omnes perfectas habebant: alij minores: alij tam exigui
 & tenues, vt oculi duntaxat & rostrum cernerentur. Cuius rei testes
 habeo oculatos, & locupletissimos doctores medicos, atq; alios fami-
 liares, quibus eam rem tum demonstraui. Pinnas duas habet hæc acus
 exiguas, ad branchias. Aliam in medio dorsi vix conspicias, nisi dum

viuit, & in aqua mouetur. Longitudo corporis cum tenuitate aliarum pinnarum vicem gerit. Cauda in simplicem & tenuem pinnam terminatur. Gulam habet, qua plurimi pisces carent. Ventriculo est paruo, oblongo, hepate magno, intestinis gracilibus rectis, non in spiras contortis. Non squamis, sed serpentum modo integitur cortice pulchrè cæato & duro. Ob tenuitatem parum carnis habet: eamque ob causam à mensis reiicitur. Sed à plerisque venustatis gratia exiccata seruat. Hanc βελόνην esse seu ραφίδα, de qua scripsit Aristoteles, constanter affirmamus. Nam teste Athenæo LIB. 7. ζωνιδίου ἀρόδου esse dixit, id est, sine dentibus, quod huic nostræ quadrat: quippe cui non modò nulli sint dentes, sed ne vlla quidem oris scissura, verùm foramen solum veluti in extremo tubæ, tam paruum, vt tum propter eius paruitatem, tum propter rostri longitudinem angustiamque, ne minimus quidem piscis hauriri possit, sed hæc veluti per fistulam ex aqua alimentum trahit. Iam verò rima sub ventre, quam Aristoteles acui tribuit, quæ etiam ei, quam exhibemus, proculdubio inest, omnem controuersiam dirimit. Eius hæc sunt ver-

Lib. 6. de hist. animal. ca. 13.

ba: Ἦν ὁ χαλσίπυρος βελόνην, ὅταν ἦδην ὄρα ἢ τὸ ἰσθμὸν διαρρήγνυ, καὶ ἔτω τὸ ὠδὸν ἐξέρχεται, ἐχθὴ γὰρ ἰσθμὸν ὅς ἰσθμὸς ἔστω διάφραγμα ὑπὸ τῆς γαστέρας, ἃ ὁ ἦσον, ὡς περὶ οἱ πτερόεντες ὄφεις. ὅταν δὲ τεκῆ, ἔσθ' ἢ (συμφύει) πάλιν τῷ ὠδῷ. Quæ sic conuertit Gaza: Qui autem acus vocatur, vnus tempore pariendi vtero dehiscente oua emittit: habet enim hic rimam quandam sub imo ventre, vt cæciliæ serpentes. A partu autem viuit,

Lib. 9. cap. 53.

& vulnus callescit. Item Plinius: Acus siue belone vnus piscium dehiscente propter multitudinem vtero parit. A partu callescit vulnus, quod & in cæciliis serpentibus tradunt. Paulùm digredi libet in πτερόεντες ὄφεις siue πτερόεντες, quas cæcilias serpentes interpretatur Gaza, opinor, Plinium secutus & Columellam, qui cæciliæ serpentis meminerunt. Plinius quidem loco iam citato. Columella verò libro sexto. Est etiam mortifer iis serpentis ictus, est & magnorum animalium noxium virus: nam & vipera & cæcilia sæpe cum in pascua bos improvidè supercubuit lacessita onere, morsum imprimit. Et paulò post: Cæciliæ morsus tumorem suppurationemque molitur. Hanc vt à Græcis, ita à Latinis appellatâ puto à debilitate visus: nam

Lib. 9. cap. 48.

πτερόεντες etiam vocatur teste Æliano: sicuti alia etiam serpens ab hebetiore auditu κωφία. Sed redeamus ad acum, de qua rursus Aristoteles:

Lib. 6. de hist. animal. cap. 17.

Ὁ φήγονον δὲ ἐστὶ καὶ χαλσίπυρος βελόνη. ἃ πολλὰ ὄντων τὸ τῆς πτερόεντος διαρρήγνυται ὑπὸ τῶν ὠδῶν ἰσθμὸν δὲ ἔστω πολλὰ ὡς μεγάλα. καὶ ὡς περὶ τὸ φαλάγγρα δὲ περιεκέχυται; ἃ περὶ τῷ βελόνην ἐκτίθει γὰρ πρὸς αὐτῷ καὶ τὴν θύνη φέλουσι. Sic Gaza: Acus verò appellata serò foetificat, complurésque eius generis disrupto ac dehiscente vtero pariunt, non tam multitudine ouorum quàm magnitudine. Et modo

do phalangiorum proles parentem offusa circumdat, quippe quam discedere statim proles amor non sinat, & si tetigeris, fugiunt. Quæ ideo adscripsimus, vt conuersionem Gazæ conferat diligens lector cum verbis Aristotelis. Intellet enim postremam sententiam corruptam esse, atque Gazam aliter legisse quàm nos in vulgaribus nostris codicibus. Quæ enim congruunt verba ista, quippe quam discedere proles amor non finit cum iis. ἐκτίθει γὰρ πρὸς αὐτῷ? Hæc sunt Aristotelis testimonia, quæ necessariò conuincunt eam esse belonen siue acum, quam depinximus. Quæ serpens marinus dicitur nullo modo potest. Id quod eiusdem Aristotelis autoritate confirmo. Sunt & marinæ serpentes terrestribus forma similes, nisi quod magis congru simile caput habeant. Magnitudine igitur, figura corporis, capite congru simili distinguitur serpens marina ab acu. De serpente autem marina plura suo loco dicemus. His quæ proposueramus confirmatis, non absurdum fuerit causam inuestigare, cur acui dehiscat venter. Ac primùm non sine causa mirum videri possit Plinium loco antea citato, id ad ouorum multitudinem referre: cum quæ de acu scripserit, ex Aristotele mutuatus videatur, qui tamen causam rimæ sub ventre non multitudini ouorum, sed magnitudini adscribat, quum ait acum serò foetificare, complurésque eius generis disrupto ac dehiscente vtero parere, non tam ouorum multitudine quàm magnitudine. Rursus si magnitudinem ouorum rimæ causam esse putes, cur in hippocampi ventre rima non fit, cuius & plura & maiora sunt oua quàm acus? Ælianus aliam adfert causam. Marinæ acus, inquit, quod sunt prætenues, minimè tortuosum & sinuosum vterum foetumque capacem habent, idcirco catulorum suorum non sustinentes incrementum disrumpuntur, non igitur pariunt catulos, sed expellunt, atque eiiciunt. At permulti sunt squamosi, quibus sinuosus non est vterus, multi longi & tenues, qui rima ista carent. Quare corporis tenuitati adiungendam causam aliam esse cenfeo: nimirum corticis duritiem. Nam vsque adeò duro cortice integitur acus, vt gladio acuto secari vix possit. Quod fit, vt venter distendi nequeat, quemadmodum hippocampi venter, qui mollis est. Emittit itaque acus oua sua, atque in illa rima tanquam in alio sinu fouet, donec excluderit. Idem in crusta inectis quibusdam videre est, veluti in locustis, squillis, & cancris omnibus. Quæ omnia in appendicibus ad caudam positis oua sua racematim compacta seruant, & fouent donec excludant. Qua nota discernuntur foemina à maribus. Natura itaque sagax & prouida in acu rimam post podicem dilatat, donec pepererit, quæ post partum ita coit, vt coalescere videatur. Quanquam fieri possit, vt coalescat, vt Aristote-


Lib. 2. de hist. animal. ca. 14.

Lib. 6. ca. 53.

Lib. 11. cap. 29.

les & Plinius existimasse videntur. Hoc qui Angliam peragrarunt, & facilius credere, & aliis certius persuadere possunt. Illic enim ichthyopolæ lucios cultro dissecant, vt pingues esse empturis ostendant, quos non emptos rursus in viuaria coniiciunt, in quibus vulnus coit & coalescit. Quod naturæ rerum periti tincis attribuunt, quia iis se lucij affricant, vt illarum mucum vulneri illinant, atque ita eius labra in vnum conducuntur. Sed idem in acu euenire non potest ob cutis tenuitatem & siccitatem. Verum sic rimæ oræ committuntur, vt propius etiam inspicienti coaluisse videri possint.

De Sauro.



CAPUT V.

Libro 7.


Lib. 9. de hist. anim. cap. 2.



S P E V S I P P V S apud Athenæum sphyrænam, belonen, saurida similes esse ait. Duobus igitur prioribus explicatis de eo, qui *Caveis* vel *Cæupos* dicitur, tractabimus. A Gaza lacertus nominatur, à quibusdam ex nostris *aiguille*, ab aliis *becasse*. Piscis est marinus, pedis magnitudine, acubus breuior & crassior. Rostro acutiore sed breuiore & sursum recuruo. Huic, loco dentium maxillæ sunt ferratæ. Branchiæ quaternæ, quibus & oculis & ante hos foraminibus, ventrisque squamis ac lineis, quæ ventrem ferè quadratum efficiunt firmantque, acubus est similis. Reliqua verò corporis parte à podice ad caudam, caudaque ipsa scombris par, siue partis huius, caudæque figuram, siue eiusdem pinnulas spectes. Ventriculo est oblongo, intestinis gracilibus, longis, in gyrum non conuolutis. Hepate longo, rubescente, in eo fellis vesica est. Fel & splen nigricant: Carne pinguiore est quàm acus, nec à scombris diferente. Quare cum & carnis substantia, & posteriore corporis parte scombris, qui etiam lacerti dicuntur, similis sit, rostro verò & priore corporis parte acubus, existimaui acubus subiungendum esse, & ob similitudinem saurum nuncupandum. Rarus est admodum piscis, & à piscatoribus nostris veluti nouus aliquando ad me delatus.

De Trach

De Trachuro.



CAPUT VI.


T P Á Χ Ο Υ Ρ Ο Σ Idem esse creditur qui & *Cæupos*, cui opinioni vulgaris appellatio cõsentit. A nostris enim *saurel* vel *sieurel* dicitur. A Romanis, *sauro*. Ab aliquibus nostrum *gascon*. A Santonibus *cicharon*. A Gallis *maquereau bastard*, id est, scombrus spurius. Aristoteles trachuri nusquam meminit: sed *σαυρος* tantum, quem gregalem esse scribit, quod trachuro quoque conuenit. Nam æstate in nostro & hispanico litore, multi simul magnâ copia cum scombris capiuntur. Athenæus diuersis locis de sauro & trachuro loquitur, vt diuersos existimasse videri possit. Oppianus proculdubio diuersos fecit *τραχύρων τ' ἀγέλαι*. Et paulò post *σαυροί τε σκέπανόν τε*: illic enim varios & differetes pisces recenset. Siue eundem cum sauro, siue diuersum trachurum existimes haud equidem ponam in magno discrimine: nam vt res habeat, verum trachurum nos certè depingimus. Piscis est marinus, gregalis, minoribus lacertis seu scombris colore similis, corpore minus spisso, rotundóque, sed paulum compresso. Squamis caret. In medio corpore lineam habet à capite ad caudam deductam multis ossiculis ita horridam vt ferra esse videatur, non rectam quidem, sed media sui parte inflexam & obliquam, in cauda eminentiorem, asperiorémque quàm in alijs partibus, quæque ob id caudam veluti quadratam efficiat. Ab hac caudæ asperitate nomen traxit. Rostro est minus acuto quàm scombrus, oris scissura media, maxillis asperis, oculis magnis & virescentibus. Pinnis quatuor natat, duæ maiores ad branchias sitæ sunt, duæ aliæ minores in vêtre. Aliæ duæ in dorso eriguntur, prior aculeis membrana connexis constat, posterior mollioribus veluti pilis & lógioribus. Postrema est à podice ad caudam cõtina, duobus statim à podice aculeis nixa. Podex in medio ferè est corpore. Cauda similis caudæ acus vulgaris. Trachurus carne est sicca durioréque quàm scóbri. Rectè igitur, Galeno etiam approbante, Philotimus inter pisces duræ carnis reposuit. Illud non

Lib. 9. de hist. anim. cap. 2.

Lib. 1. ἀλιολογία.

omittendum vehementer errare eos qui trachurum eum esse credat, qui etiam trachinus dicatur. Nam trachinum eum esse ex Plinio demonstrabimus, qui araneus vel draco nominatur.

De scombro.



CAPUT VII.

ΣΚΟΜΒΡΟΣ à Græcis, à Plinio & Latinis omnibus scomber siue scombrus dicitur. A nostris *veirat* quod vitri instar splēdeat, vel *peis d'auriou*, id est, piscis aprilis, quod eo potissimum mense capiatur. A Gallis *maquereau*, à Malsiliensibus *auriol*, ab Italis *lacerto*, à Venetis *scombro*. Ab Hispanis *cauallo*. Græci huius ætatis corruptè *Χαλδρον* pro *χαλιαν* vocant, de quo mox. Sombros etiam lacertos nonnulli vocant, à figuræ musculorum nostrorū siue lacertorum, potius quàm terrenorum lacertorum similitudine: nisi quis ob viriditatem, quæ in scombris exigua est, eos terrenis lacertis comparare malit. Scomber piscis est marinus, gregalis teste Aristotele, qui ad cubiti magnitudinem accedit. Squamis caret, corpore est terete, denso, carnosio, vtrinque in acutum desinente. Rostrò enim acuto est, cauda acutiore, tandem in duas pinnas valde à se distantes terminata. Thynnum ore refert, siquidē oris scissura magna est, rostri margines acuti & tenues. Inferior maxilla in superiorem recipitur & clauditur pyxidis modo. Oculis est magnis, aureis. Dorsum in aquis sulphurei coloris est, extra & mortuo cærulei. Lineis nigricantibus, obliquis insignis est, ventre lateribusque argenteis. A podice pinnam vnam habet paruam, suprapositam alteram in dorso similem, quas ordine certis que interuallis aliquot aliæ pinnulæ subsequuntur. Quod huic proprium non est, sed cum amijs, thunnis, pelamydibus commune. Alia est dorsi initio pinna. Ad Branchias aliæ duæ. In ventre duæ. Ventriculus cum gulâ longus, in acutum desinens ad podicem vsque protensus innumeras appendices habet. fellis vesicula ab hepate albicante pēdet, intestinis adhærens. Coeunt thunni & scombri autore Aristot. mēse Februario post idus, pariunt Iunio ante nonas, edunt oua sua condita quasi vtriculo, idque in ponto, vt arbitror, quia paruulos nunquam cōtigat nobis

Lib. 9. de hist. anima. cap. 2.


Lib. 6. de hist. anima. cap. 17.

nobis vidisse. Cū thunnis pelamydibus & amijs in pontum ad dulciora pabula gregatim cum suis ducibus commeant omnium primi: thunnis enim cū sint imbecilliores tenuioresque, frigoris calorisque iniurijs magis sunt obnoxij. Quamobrem frigidiora calidioraque loca citius relinquunt, maximè austro vehementius flante. Ex scombris olim garum conficiebatur. Plinius. Nunc è Scombro pisce laudatissimum in finibus Cartaginis spartariæ & ceterijs, lociorum garum appellatur, singulis milibus nummūm permittantibus congios penè binos. Nec liquor vllus præter vnguenta maiore in pretio esse cœpit, nobilitatis etiam gentibus. Sombros quidem & Mauritania, Beticaque, & Carteia ex oceano intrantes capiunt ad nihil aliud vtilis. Athenæus. *καὶ ἄλλω σκομβάρια ἀπὸ τῶν ἀλισκομένων σχόμβρων, ἐξῶν δ' ἄριστον σκευάζεται γάρου.* Scombrariam, inquit, appellatam fuisse à scombris qui illic capiuntur, ex quibus optimum conficitur garum. Ad salendum autem idonei sunt scombri, garumque parandum: quia eorum caro facilè conficitur, spinis caret, vere pinguis est. Quæ enim dura, sicca, macraque sunt, saliri commodè nequeunt. In oceano maiores sunt, quàm in nostro mari, sed ficciores durioresque, & ob id deteriores. Sic Romæ ficci sunt & durii: Venetijs optimi, nimirum molles, pingues, deliciariorisque.

Lib. 21. cap. 8.

Libro 3.

De Colia.



CAPUT VIII.

ΚΟΛΙΑΣ piscis à Græcis dicitur, quem Gaza monedulam interpretatur, parum rectè, vt opinor. monedula enim auis non *χαλις* sed *χαλοῖς*, ab Aristotele, & alijs nominatur. Quare Gazam *χαλοῖον* legisse crediderim: neque enim aliter vir Græcè & Latinè doctissimus monedulam vertisset. Sed piscem de quo nunc loquimur, Iulius Pollux, & Athenæus *χαλιαν* appellant: & *χαλιαν* non *χαλοῖον* in Aristotelis exemplaribus quæ nunc extant, legimus. Quare Græco

Lib. 9. de hist. anim. cap. 2. lib. 5. cap. 9.

nomine vtendum censemus; eumque piscem coliam esse putamus, qui à Massiliensibus *coguiol* vocatur. Est igitur colias lacerto minori, vel scombro omnino similis, his tantum notis exceptis, quod colias maior sit & spissior, squamisque integatur paruis & tenuibus, ac lineas obliquas à dorso, breues, punctis nigris notatas habeat. Vnde

Lib. 7. ab Aristotele in libro *περι ζωικων η περι ιχθυων*, citante Athenæo *σκολιόγραπτος* dicitur. Pars est capitis vsque adeo pellucida, vt nerui optici cum cerebro veluti per vitrum appareant. Vere sanguinem emittit purpuræ splendorem perbellè referentem. Rarus est apud nos piscis, in Hispania & quibusdam alijs locis frequens. Hunc verò quem exhibemus, veterum esse coliam certò colligere possumus ex eorundem monumentis. Noster enim hic piscis aut scomber est, aut colias, neque vllus est, qui non primo intuitu ita non iudicet. Et piscatores nostri à scombris ob similitudinem non distinguunt. Scombrum verò non esse satis perspicuè ostendit Athenæus, quum scribit sardam magnitudine coliaæ parem esse. Atqui

Lib. 3. sarda pelamys longa est, autore Plinio. Quæ sanè magnitudo scombro præcedenti capite descripto competere non potest. Idem

Lib. 7. indicare videtur Hicæsius apud Athenæum, ait enim, *τους σκόμβρους ελαχίστος μὲν εἶναι, καὶ ὁ μέγιστος, σοφίμους δὲ τῶν χολιῶν ευχολοίερος, ὃ μὲν δεκκεροπόλειος. Sic enim legendum esse, vel τροφιμοίερος δὲ τῶν χολιῶν, καὶ ευχολοίερος, non autem vt in exemplaribus excusis legitur, manifestum fiet, locum istum cum alio eiusdem autoris loco qui est in libro tertio conferenti. Hicæsius igitur scombrōs coliaæ comparans, minores esse & melioris succi, qui tamen non facilius excernantur, apertè dicit. Quod & cuius qui piscem hunc nostrum nactus fuerit, experiri licet. Nam scombrōs meliores esse, quia humidiores pinguiorésque sint, coliam multò deteriore comperiet. Locus ille alter Athenæi est huiusmodi. *ἢ σάρδα προσέκειν τῶν χολιῶν μεγέθει, ὁ δὲ σκόμβρος κέρως καὶ ταχέως ἀποχρῶν τῆς τρομίας, ὃ χολίας δὲ κολλωδέςτερος, ἀπλεροίερος, καὶ χολιολοίερος, τρέφιμος, κρείσσων δὲ ὁ ἀμυκλάνος, καὶ ἰσπανός ὁ σεξίτανός λεγόμενος: λεπτοίερος γὰρ καὶ γλυκύτερος. Qui locus rursus mendo non vacat, quid enim significare potest κολλωδέςτερος? reponendum itaque puto κολλωδέςτερος. Coliaæ sarda magnitudine assimilata est, scomber autem leuiter & subito è ventriculo descendit. Colias verò glutinosior, actior siue mordacior, deterioris succi, multum nutriens, melior autem amyclanus, & Hispanus qui sexitanus dicitur, gracilior enim est & suauior. Mutua horum duorum locorum collatio, vtrunque dilucidiorē emendatiorēque reddit. In loco proximè citato, dicitur colias deterioris esse succi quam scomber. In altero dicitur scomber melioris esse succi quam colias. Adhæc dicitur illic scomber**

leuis

leuis, nec diu in ventriculo immorari, colias autem glutinosior, durior, mordacior: quam ob causam excernendi vim statim excitat, hinc verò, scomber non facilius excerni, quam colias dicitur. Quare cum colias maior sit, deterioris actiorisque succi, scomber minor, meliorque, alioqui corporis specie similes, rectè mihi videor hoc capite coliam representasse, præcedenti verò scombrum, qui à Gallis *Maquereau* nominatur. Superest scrupulus eximendus, quem nobis iniicit Plinij locus. Colias, siue parianus, siue saxitanus à patria

Lib. 3. cap. 11.

Betica lacertorum minima. Sed locus hic adeo mutilus & deprauatus fuit, vt in eo omnino restituendo & corrigendo plurimum sudarit Hermolaus. Primum igitur sic legendum: Colias parianus, siue

Lib. 3.


sexitanus è patria Betica. Id liquet ex Athenæo, cum de colia scribit: *Κρείσσων δὲ ὁ ἀμυκλάνος, καὶ ἰσπανός ὁ σεξίτανός, λεγόμενος. Quibus mox subiungit: Σάρδα βων ὃ ἐν πέιτῶν γεωγραφικῶν, πρὸς τοῖς ἠρακλέους φησὶ νήσις καὶ καρρηδονία τῶν χολιῶν πόλιν εἶναι σεξίτανίου, ἐξ ἧς ἔτι ταχέως ἐπιπλήτως λέγεται, καὶ ἀπὸ τῶν ἀλιχομέρων σκόμβρων, ἐξ ὧν ἰσπανός σκιδάξεται γάρων. Vides hic etiam Hispanos siue*

sexitanos commendari colias & amyclanos, à Plinio verò parianos. Quamquam quæ ex Strabone citantur, paulò aliter apud ipsum reperias: scribit enim libro tertio, *Ἡ δὲ μαλακία καὶ παλιῶν μαλλίων φοινίκης τῆς ἀμυκλίας, ἐφεξῆς δὲ ἐστὶν ἡ τῶν ἐξιδυῶν πόλις, ἐξ ἧς καὶ τὰ ταχέως ἐπιπλήτως λέγει*, id est, Malaca autem ad Phoenicæ ciuitatis formam propius accedit: sequitur Exitanorum ciuitas, à qua salamenta cognominantur. Et aliquantò post, *Εἰθὲ δὲ τῆς ἠρακλέους νήσος ἦδη πρὸς καρρηδονία, ἢ καλεῖται σκόμβροαίλιον, ἀπὸ τῶν ἀλιχομέρων σκόμβρων, ἐξ ὧν ἰσπανός σκιδάξεται γάρων. Deinde Hæculis insula obiacet Carthagini Scombroaria vocata, quod ibi capiuntur scombri, ex quibus optimum garum conficitur. Et Sexi autore Plinio oppidum est Betica Hispaniæ. Postremò verò illud lacertorum minima cum superioribus non congruit, nisi genera subaudias, ex quibus tamen nemo rectè colligat coliaæ inter lacertos magnitudinem minimam esse, cum sarda, vt diximus, sit coliaæ magnitudine par, quæ sarda pelamys longa est. Sed ad præstantiam non magnitudinem id referendum esse, dicique per collationem cum melioribus, demonstrant quæ sequuntur. Ab his mæotici & cybium, & cætera. vt sit sensus: Colias parianos & sexitanos sequuntur præstantiores maioresque pisces, vt mæotici, pelamys concisa, cordyla, & cætera. Coliaæ, inquit Aristoteles, subeuntes pontum capiuntur, exeuntes autem minimè (ob id fortasse quod aquarum dulcedine allecti illic perpetuò desident) optimi in Propontide sunt, antequam pariant.*

Lib. 3. cap. 11.

Lib. 8. de hist. animal. ca. 131

De Amia.



CAPUT IX.

VÆ Amia à Græcis dicitur, Latino nomine caret. A nostris & Hispanis *Byza*, quasi Byzantia, vt opinor: amia enim Byzantia in pretio habebatur. Ab aliis *boniton* vocatur. ἀμίου nominatam fuisse autor est Athenæus, quod & ἡ μίον φέρει, ἀμὰ ἀγγελιδόν, id est, quod non solitaria sit, sed gregatim viuat. Alio vero loco etymum habere scripsit ex Aristotelis sententia, παρὰ τὸ ἄμια ἵεναι ταῖς παρὰ πηλησίαις, ἔστι γὰρ (κυαγελασική), quod simul cum sui similibus eat: est enim gregalis. Idem Plutarchus in libro, cui titulus, *Vtra animantia prudentiora sint terrestria an aquatilia*. ἀμίας ὃ καὶ τένομα παρὰ ῥήκειν ὁ κυαγελασμός. Est autem amia piscis marinus, pelamydi vel thunno, vel scombro corporis specie, pinnis, cauda similis: est enim rostro acuto, ventre crasso, cauda tenui, in figuram lunæ in cornua curuatæ pinnis eius conformatis, dorso cæruleo eoque splendente dum viuat, ventre argenteo. A dorso ad ventrem lineæ ductæ sunt obliquæ, nigricantes, certis interuallis à sese distantes. Oculi parui sunt auri æmulii. Cutis lauis dempta ea parte quæ circa branchias est. Dentes habet ferratos, acutissimos, in os recuruos. Branchias opertas. Ventriculum rugosum, longum, ferè ad podicem vsque demissum, cuius appendices sunt innumeræ scombrorum appendicibus tenuiores. Intestina gracilia, hepar rubescens, splenem nigricantem, fellis vesicam toti intestino attextam, auctore etiam Aristotele libro quarto de partibus animalium. Vel, vt alio loco scribit, cum toto intestino extensam, ex æquo longam, sæpe etiam conduplicatam. In Prouincia multæ amia capiuntur, in maris angustiis, quas insulæ frequentes efficiunt: in litore nostro pauca ob maris vastitatem. Aqua dulci delectantur. Aristoteles. Thunni, pelamydes, amia subeunt pontum vere, atque ibi æstatem traducunt. Et mox. Petunt autem pontum pastus gratia, qui vberior & melior ibi propter dulciū aquarum permissionem suppeditatur. Belux quoque magnæ pauciores ibidem

Cap. 23
Li. 2. de Hist.
anim. ca. 15.

Lib. 8. de hist.
anim. cap. 13.

dem sunt. Et alibi. Celeriter pisces omnes augetur, in ponto celerius: indies enim amia multæ manifestè augentur. Et Plinius. Piscium genus omne præcipua celeritate adolescit maximè in ponto. Causa, multitudo amnium dulces inferentium aquas. Amiam vocat, cuius incrementum singulis diebus intelligitur. Rursus Aristoteles. Εἰς τὰς ποταμὸς ἀναπαύεται πολλοὶ τῶν ἰχθύων, καὶ ὠθρύνονται ἐν τοῖς ποταμοῖς, καὶ ἐν ταῖς λίμναις, οἷον ἀμίας, ἔ κερβόλις, id est, fluuios petunt pisces multi, & in fluuiis & stagnis commodè delectabiliterque degunt. (id enim significat ὠθρύνειν) vt amia & mugil. Carne & alga vescitur. Aristoteles. Amia, thunnus, lupus magna ex parte carne vescuntur, algam etiam attingunt. Pingues igitur sunt & molles amia suauesque, ob id Archippus & Epicharmus auctore Athenæo παχέας appellarunt. Hicetius verò boni succi & molles esse censuit, ad excretionem medias, minùs tamen nutrire. Archestratus ad gulæ luxum ingenio mirus amias optimas esse existimauit, tempore autumni post vergiliarum occasum, Byzantiâsq; laudauit. Hos de amia rectè sensisse existimo, locosque duos Galeni in tertio libro de alimentor. facult. deprauatos esse, priorem in quo citat ex Philotimo pisces duræ carnis. Καὶ περὶ τῶν ἐν γαστρὶ φιλότητος καὶ λείψαντος ἐν δούτερῳ περὶ σοφίης. Δράκοντες τε, καὶ κήκυνες, ἔ γαλιάνομοι, καὶ σαρπτοί, καὶ φαίγροι, ἔ πρὸς τοῖς ἐπὶ τῷ βράχῳ, καὶ πέγλαι, καὶ πάλιν ὄρφοιτε, καὶ γλαύκοι, καὶ θείροι, ἔ κωύες, καὶ γόγγροι, ἔ ἀμίας, καὶ ζύγαναι. Ibi pro ἀμίας legendum λαμίας: est enim lamia ex ceraceorum cartilagineorumque genere, & ob eam causam dura admodum carne. Alterum, quo pisces quos rectè Philotimus duræ carnis esse censuit, approbat. Γόγγρος ὃ, καὶ φαίγρος, ἔ ἀμίας, καὶ ἀέλιος, ὄρθας ἕσπε (κλινροβαρῆος ἔσπε). vbi rursus λαμίας legere oportet: alioqui Philotimi Galenique sententiæ sensus ipse repugnat. Sed ne emendationem temere affinxisse videamur, eam ex ipso Philotimo confirmo, qui amiam inter mollis carnis pisces connumerat, Galeno ipsius verba citante. Φιλότητος ὃ ἐν πέτρῳ περὶ σοφίης περὶ τῶν μαλακῶν ἰχθύων ἔσπε ἐν γαστρὶ ἀλοῖς ὄρθας. Κώβιοι δὲ, καὶ φύκες, καὶ ἐνλίθιοι, ἔ πέρχαι, καὶ σμύραινοι, καὶ κήλαι, ἔ κρόσυροι, καὶ κάρροι, καὶ πάλιν ὄνοι, ἔ πρὸς τοῖς ἀμίας, καὶ ψήλαι, & cætera. Vides hinc amias in piscibus mollis & teneræ carnis numerari, vt capite proximè sequenti cum piscibus duræ carnis nullo modo recenseri possint. Scribit Aristoteles amiam ab aliis piscibus appeti. Pisces sensum gustandi habere constat: multi enim suis & propriis gaudent saporibus, & escam ex amia maximè capiunt, & piscium pingue, vt qui gustatu huiusmodi delectentur, & in cibo huiusmodi esca. Sed ne vna omnibus prædæ sit, eam validis dentibus, & vel ad propulsandam vel ad inferendam iniuriam aptissimis armavit natura: ob eamque causam troctam etiam appellatam arbitror,

Lib. 6. de hist.
ani. cap. 17.
Lib. 9. cap. 15.

Lib. 8. de hist.
anim. cap. 19.

Lib. 8. de hist.
anim. cap. 21.

Lib. 7.

Athen. lib. 7.

Lib. 3. de alim.
facult.

Lib. 4. de hist.
anim. cap. 8.

Lib. 12. ca. 53. eundemque planè esse piscem, qui amia dicitur, & trocta ab *Æliano*. Hæc enim sunt eius verba: Piscis trocta, cuius naturam nomen & os declarant, dentes habet frequentes & continentes, quibus quicquid incidit, perfringere potest. Dicitur ergo ἀπό τῆς τροχῆς, quod vorare significat. Deinde quæ *Oppianus*, ex quo per multa mutuatus est, amia tribuit, ea ipse troctæ. Hamo captus solus ex piscibus nõ se ab hamo retrahit, sed impellit sese in ferrum, chordam cõsumere cupiens. Piscatores contrà machinantur longas ansas, ille verò, quoniam quodam modo valet saltu, ansas sæpe transilit, ac linea qua agitatur concu-

Lib. 3. ἐπιτομῆς. sa ad piscium domicilia reuertitur. *Oppianus* verò:

Λαίψυραι δὲ ἀμίας, καὶ ἀλώπεκες, ὅτ' αὖν ἔχων,
 Εὐθύς αὖτε ἀπὸ δόρυ ὑποφθαδὸν, ἀΐψα, ὃ μέστω.
 Ὀρμὴν ὑπὸ δόρυ δὲ δέτρυγον, ἢ δὲ καὶ ἀίρα.
 Χαίτας, τῶν τε τῆσιν ἐχμακδύων ἀλίης.
 Καυλὸν ἐπ' ἀγκίστρῳ δολιχώτερον, ἀλγος, ὀδύλων.
 Ast amia celeres, & vulpes fraude reuinctæ.
 Præueniunt summæ morsu confringere setas.
 At piscatores longam, ex qua pendeat hamus,
 Consiciunt virgam, dentes quæ arrofa retundat.

Subiungit *Ælianus*: Troctæ sui generis grege coactò delphinos inuadunt, maximè si quem segregatum circumuenire possint: planè enim sciunt delphinum suis moribus verberari asperè solere. Itaque troctæ ei accerrimè instant, delphinus contrà resilit, subsilit, atq; indicat vt ex dolore torqueatur, idcirco tenaciter vrgent, simulq; ad saltum delphini tolluntur, hic eos repellere conatur, illæ verò nihil remittentes viuum lacerant: postea verò quum pro se quæque aliquam eius partem vulnerarit, discedit. *Oppianus*:

Lib. 3. ἐπιτομῆς.

Ἄλλ' ἐμῶν καὶ τοῖσιν ἀρακτοῖσι ἀντιπέροισιν
 Ἰχθύες, ὧν ἀμίας καλέσασθαι, ἔστι ἀλίησιν.
 Δελφινῶν, μόναι δὲ καταλίη. Διελίδων.
 Ταῖς μὲν ἀφαιρότερον θύων δέμας, ἀμφὶ δὲ σάρκα.
 Ἀβληχεῖσι, θαμέες δὲ δὲ τῆσιν λάβρον ὀδύλων.
 Ὄξεια ἀφαιρέσασθαι, ὅτ' αὖν μέγα θαρσύνει ἔχει.
 Οὐδὲ καταπίωσασθαι ὑπὸ φέρον ἰγνητήρα.
 Inueniunt diras amias, quas nomine dicunt,
 Intrepidæ sola pugnant, contrâque feruntur.
 Robore peiores thunnis, in corpore molles.
 Carnes, continuo, densi sunt ordine dentes,
 In quibus horror inest, huius est audacia tanta,
 Hæc sortem ponti regem, formidine, nulla
 A grege seiunctum, aspiciunt, solùmque tu agitant,
 Atque cateruatim, veniunt ad maria bella.

Pete

Pete reliqua ex ipso *Oppiano*, ex quibus facilè cognosces eadem omnino esse ista, cū ijs quæ *Ælianus* de troctæ scripsit. Sunt qui quam prius *sphyrænam* esse docuimus amiam esse credât, sed non sine errore: amia enim gregalis est, cum thunnis scombrisque potum ingreditur. At *sphyræna* solitaria est. *Paulus Iouius* lechiam piscem ita Romæ nuncupatum amiam esse existimat. Sed lechia, vt ipse fateatur, solitarius est piscis, amia verò minimè, vt docuimus. Nos lechiam cum esse piscem demonstrabimus, qui ab antiquis glaucus dictus est, à nostris derbius. Postremò alij *Lampugo* piscem hispanicum pro amia vera accipiunt, quòd citò augetur, quòd gregalis sit, quòd scombris quodammodo similis. At dentes, quamuis magni sint & validi, vt delphinum vulnerare possint, repugnant: non sunt enim in os recurui, quales amia dentes sunt. *Lampugo* autem hippurum veterum esse suo loco docebimus. Quare qui omnia diligentiùs expendet, amiam veram à nobis exhiberi facilè iudicabit, vtpote cui nulla planè nota, quæ ab *Aristotele*, *Athenæo*, alijsque fide dignissimis autoribus amia tribuatur, non per appositè quadret.

Lib. de pisc. ca. 7.

De thunni, Pelamydis, Orcyni alijsque similibus nominibus.

CAPUT X.

NON SINE magna ratione *Galenus* medicorum omnium doctissimus & eloquentissimus optauit aliquando res posse tradi sine nominibus, vt *sophistis*, & natura contentiosis eriperetur de nominibus decertandi & calumniandi occasio. Nihil enim est quod exquisitam rerum cognitionem obscuriorem efficiat, quàm inutiles de nominibus disputationes & amphibologia, quæ permultos etiam viros doctos in errores induxerunt, quos cum postea non deprehenderent, quod maioribus nimis addicti essent, illòsque erroris insimulare nefas esse ducerent, eandem quam ab alijs errandi occasionem acceperant, ceteris præbuerunt. Huc accessit rerum neglecta peritia, ob quam multi siue interpretando siue veterum Græcorum monumenta Latina facièdo, in Philosophiam & Medicinam errores multos inuexerunt. Id quod maximè in *Aristotelis*, *Galeni*, *Hippocratis* conuersionibus videre licet. Eandem ob causam sæpe in multorum piscium cognitione diu defudauimus: nam interdum piscis vnus multis nominibus à quibusdam designatur, quæ apud alios nomina diuersorum sint pisciù. Interdum idè nomen à diuersis scriptoribus, diuersis piscibus positum est. Porrò ea nõnunquã aliter *Plinius*, aliter *Gaza*, aliter alij Latini scriptores Latinè expresserunt. Quæ varietas

tum nominum, tum interpretationum magnam rebus obscuritatem affert, cum in multorum pisciū descriptione, tum maximè in thunnis & pelamydibus, de quibus nūc agimus. Etenim alij thūnos, thunnidas, pelamydas eundem piscem esse dixerunt. Alij pelamydas à thunnis sola ætate, alij nō solū ætate, sed etiam genere differre existimauerunt. Alij nomina partium quarundam pisci toti tribuerunt.

Lib. 6. de hist. animal. c. 17.

Primū Aristotelem proferamus, qui hæc de thunnis, ὅταν γὰρ τικωσῶν ἐν τῷ πόντῳ, γίγνῃ) ἐκ τῆς ὡδὸς ἀσκαλῆς (ἢ οἱ μὲν σκορδύλας, βυζάνιοι ὃ ἀξιόδασ, διὰ τὸ ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἀξάνεοσθαι, καὶ ἐξέρχον) ὃ φθινοπώρῳ ἅμα τοῖς θύννοις, εἰσπλέεσσι ὃ τῆς ἑαυροῦ ἡδὴ ὄσσαι πηλαμύδης. Cum thynni in Ponto pepererint, fiunt ex ouo quas vocant alij scordylas (sunt qui cordylas legant) Byzantij auxidas, ideo quod paucis diebus augetur, & Ponto exeunt autumno vnà cum thunnis, remeant vere iam pelamydes factæ. Et ἐκλειπῶσων ποτὲ τῶν θυννίδων ἐν ἰαυτον, τῷ ἐχρῆμα ἔτι καὶ οἱ θύννοι ἐξέλιπον. δοκῆσιν ἐν ἰαυτον πρεσβύτεροι τῶν πηλαμύδων. Cum thynnides anno vno aliquando nullæ fuissent, insequente anno thynni quoque nulli fuerunt: videntur enim pelamydes anno vno maiores esse. Vbi pro θυννίδων Gaza legit πηλαμύδων, idque rectius meo quidem iudicio. Plinius. Cordyla appellatur partus qui fœtas redeunt in mare autumno comitatur, limosæ verò à luto pelamydes incipiunt vocari, & quum annum excessere tempus, iam thūni. Vides cordylam, thunnum, pelamyda idem esse, nisi quod cordyla fit thunnorum fœtus, pelamys anno minor thunno. Athenæus. Σόφρατος δὲ ἐν διδασκάλῳ περὶ ζῴων τῶν πηλαμύδα, θυννίδα καλεῖσθαι λέγει, νομίζω δὲ γινώσκον θύννοι, ἔτι δὲ μελίζον ὄρκυον, ὑπερβαλλόντως δὲ ἀξάνομνον γίνεσθαι κήτος, id est, Softratus in secundo de animalibus pelamyda, thynnida vocari ait, opinor, quum thynnus fit, hoc autem maiorem orcynum, cum verò mirum in modum accreuerit, cete. Et apud eundem Heracleon Ephesius thynnus ab Atticis orcynos vocari scripsit. Et Archestratus.

Lib. 9. cap. 15.

Libro 7.

Ἄμφι δὲ τῷ ἱερῷ τὸ καὶ ὄρκυον σάμων ὄψις
Θύννοι ἀλίσκομνοι σάμων μέγαν ὄν καλεῖσθαι
Ὀρκύνον, ἄλλοι δὲ αὐτὸ κήτος.
Ad sacram samon & populis famâque celebrem
Pregrandis capitur thynnus, quem nomine dicunt
Orcynon, ast alij cete.

Lib. 32. cap. 15.

Plinius. Orcynus pelamydum generis maximus, neque reedit in mœotin similis tritoni, vetustate melior. Hic pro melior maior, vel peior legendum esse postea docebimus. Ex his constat præter cordylâ, pelamyda, thynnida, thunnum, etiam orcynum pro eodē pisce accipi, ætate sola distantem. Porro pelamyda siue thunnum veluti genus esse quod tritonem, synodontida, sardâ, pōpilū, melandryâ cōprehendat veterū testimonijs cōprobabimus. Plinius: tritō Pelamydū generis magni

Lib. 32. cap. 11.

magni ex eo vræa cybia fiunt. Et, sarda vocatur pelamys longa ex oceano veniens. Et thynni sepe nauigia velis euntia comitantes miram quadam dulcedine, per aliquot horarum spatia, & passuum milia à gubernaculis nō separantur, ne tridente quidē in eos sapius iacto ter riri. Quidam eos qui è thunnis faciant Pompilos vocant. Athenæus μέλανδρος δὲ τῶν μεγίστων θύννων εἶδος ἐστὶ. melandrys maximorum thunnorū species est. Rursus Athenæus ex Diphilo ἡδὲ πηλαμύς πολύτροφος μὲν ἐστὶ, καὶ βαρεῖα, ἐρηλικὴ δὲ καὶ δύσπεπτος, τριχόθυρα δὲ καλλιβίω ὁ μύκτος ἀχρίλιος, καὶ λεπτιωλαῖη. ἢ ὃ μελίζων σινωδοντὶς καλεῖται. ἀναλογῶν μὲν τοὶ ὃ χελιδονίας τῆς πηλαμύδι σκληρότερος ἐστὶν. ἢ ὃ χελιδὼν ἢ τῷ πολύπω ἐοικῆ, ἐστὶ δὲ ἀφ' αὐτῆς ὑγρὸν, ἀχρῖον ποιοῦν, καὶ κινουῦν ἅμα, ὃ ὄρκυος βορβοράδης, καὶ ὃ μελίζων προσέειπε τῷ χελιδονίᾳ τῆς σκληρότητος. τὰ ὃ ὑποπόστρια αὐτῆς καὶ ἡ κλειστέσμομα, καὶ ἀπαλά, οἷδὲ κατὰ λεγόμενοι, τριχόθυρα εἰσι μέγα. ξανθίας δὲ ἐπὶ ποτον βορμώδης ἐστὶ, καὶ ἀπαλώτερος ἐστὶ τῆς ὄρκυος. Habes hic Sinodontida maiorem esse Pelamyda. Totum Athenæi locum adscripsimus, vt deprauatissimum pro viribus corrigeremus, & ei lucem aliquam adferremus. Primū igitur pro καλλιβίω reponendum κυβίω: est enim κύβιον concisa Pelamys teste Plinio, vel salita pelamys, de quo paulò post plura. Deinde pro ἀναλογῶν μὲν τοὶ ὃ χελιδονίας τῆς πηλαμύδι σκληρότερος ἐστὶ, legendum ἢ δὲ μελίζων σινωδοντὶς καλεῖται, ἀναλογῶν μὲν τὰυτῆς ἢ χελιδῶν, τῆς πηλαμύδος σκληρότερος ἐστὶ. & pro τῷ πολύπω, legendum τῷ πομπίλω, pro τῷ χελιδονίᾳ, τῆς χελιδῶν. Postremò pro ξανθίας, ξιφίας. Nusquam enim reperias chelidoniam pro pisce, sed chelidonem, quæ hirundo à latinis vocatur de qua suo loco dicemus, neque ξανθίαν sed ξιφίαν de quo paulò post. Quibus quæ hîc dicuntur, optimè quadrant. Locus igitur Athenæi sic verti potest. Pelamys multum alimenti præbet, grauis est, vrinam cit, difficilè concoquitur, salita verò similiter ac cybium, aluo facilis est, extenuandique vim habet. Maior autem synodontis vocatur, cui similis chelidon pelamyde durior est: chelidō verò pompilo similis, succum ex se habet, nitidum colorem efficiētem, & sanguinem mouentem. At orcynus lutosus est, & maior, tam sicca est carne quàm chelidon, huius imus venter, & clidium ori grata sunt & tenera, costæ salitæ mediocri sunt bonitate. Xiphias virus resipit, & orcyno tenerior est. Non me latet Hermolaum barbarum coniectura nescio quam motum existimasse tritonem esse id quod chelidoniam vocant Greci, apolectum verò quā Synodontida: sed quàm leuis sit coniectura, liquet ex ipso cōtextu: cum enim semel χελιδῶν legatur, cui alij pisces cōparantur, cur in eadē cōparatione perseverante sententia, nō chelidon deinceps sed chelidonias legatur? Præsertim cum chelidonias piscis nomen neque apud veterem vllū aut recentē scriptorem Græcum Latinūve reperiat. Dices chelidonem piscem longè diuersi

In Annot. in cap. 11. libr. 32. Plinij.

generis esse à thunnis & pelamydibus, quapropter ineptissimam fore horum cum hirundine collationem. At confert Athenæus non speciem cum specie, non figuram cum figura, sed carnis substantiam cum carnis substantia, quæ cum in hirundine reuera sicca duraque sit, ei pelamydes, orcyntosque meritò cōfert. Hac collatione uti Athenæum verba ipsa perspicuè indicant ὅδ' ὀρκυνος βορβορώδης καὶ μείζων προσέοικε τῇ χελιδόνι κατὰ τὴν σκληρότητα. Eodē modo intelligere oportet, synodontidi similem esse chelidona. Quod verò Hermolaus ait, apolectum esse quam synodontida vocat Athenæus, id equidem probabile esse, duco: nam ut synodontis Athenæo maior est pelamys, ita apolectus Plinio, pelamys, inquit, earum generis maxima apolectus vocatur, durior tritone, vel ut emendat Hermolaus, apolectum vocatur, durius tritone qui Plinii locus alterius loci me admonet, cuius paulò antè etiam meminimus. Orcynus pelamydum generis maximus, neque redit in mæotin similis tritoni, vetustate melior. Hunc locum mendosum esse diximus, idque non sine ratione. Cum enim, ut ex Athenæo diximus, orcyntus sit lutofus, dura siccaque carne, cumque corpora omnia quo vetustiora, eò sicciora, duriora, magis que exucca fiant, necesse est orcyntum vetustate deteriore fieri. Quare pro vetustate melior reponendum vetustate peior, vel maior. Hactenus de his que nomini pelamydis vel thunni subsunt. Nunc de horum partibus, quæ sepe totis piscibus attributa sunt.

Lib. 9. cap. 15.

Plinius. Thūni membratim cæsi ceruice & abdomine commendantur atque clidio, recenti duntaxat, & tum quoque graui ructu, cætera parte plenis pulpamentis sale asseruantur. Melandrya vocatur cæsis quernis assulis similima, vilissima ex his quæ caudæ proxima, quia pingui carent, probatissima ea quæ faucibus, & in alio pisce circa caudam exercitatissima. Pelamydes in apolectos, particulatimque confectæ in genera cybiorum dispartiuntur. Habes hinc melandryam pro particula thynnorum assulatim diuisa, quæ ab Athenæo loco antè citato in agnorum thynnorum species esse dicebatur. Ad hæc apolectum pro parte, verum L I B. X X I. pro pelamyde maxima. Cybium, inquit Plinius, vocatur concisa pelamys, quæ post quadraginta dies à ponto in mæotin reuertitur. Martialis:

Cap. 11.
Ibidem.

Vel duo frustra rogat cybii tenuemque lacertum.

Libro 3.
Ibidem.


At Hicelius apud Athenæum πηλαμύδας κύβια εἶναι φησὶ μεγάλα: pelamydas ait cybia esse magna. Apud eūdem cybia & horæa salsamentorum nomina sunt τῶν ταχείων τῶν ἀσιμέλων κράτιστα εἶναι τὰ ὀρεῖα, τῶν δὲ πόντων τὰ θύνια, id est, salsamentorum macrosum optima esse horæa, pinguium verò thunnia & κράτιστα ὃ τῶν μὲν ἀπὸ πόντων κύβια, καὶ ὀρεῖα, καὶ τῶν τοῖς ὁμοίω γένει: τῶν δὲ πόντων τὰ θύνια. Macrosum optima esse cybia & horæa, & his similia, pinguium verò thunnæa. Varro cybiū

Lib. 4. deling.
Litt.

& thyn-

& thynnus, & cuius partes Græcis vocabulis omnes, ut Melandrya atque vræa. Plinius. Triton Pelamydum generis magni ex eo vræa, cybia fiunt. Sunt autem ὀρεῖα siue ὀρεῖα partes caudæ proximæ. Cybium verò dicitur autore Festo Pompeio LIB. III. quia eius medium æquè patet in omnes partes, quod genus à Geometris κύβος dicitur. Dicuntur etiam θύνια teste Phauorino τεμάχι τερείχες. Hæc de nominibus, ex quibus, nisi peritè distinguantur, magna rerum confusio difficultasque consequitur.

De Pelamyde vera, seu Thunno Aristotelis.



CAPUT XI.

DICITVR θύνος à Græcis mas, & θύνος fœmina, eadem nomina Latini retinuerunt. Πηλαμύδα Gaza limariam vertit. Plinius limosam. Limosa, inquit, pelamydes à luto incipiūt vocari. Dicta est Pelamys τὰρὰ τὸ ἐν τῷ πηλῷ μύδῳ quòd in cœno se occultet. Quamquam Plutarchus in libello. Vtrum prudentiora sint terrena animalia aquatilibus, à grege nomen illi datum putet, nescio qua de causa. ἀμάς καὶ τὸνομα τὰρὰ γέννην ὁ συναγελασμός, ὄμμα ὃ καὶ τὰς πηλαμύδας. Θύνος ἀπὸ τῶ θύδῳ καὶ ὄρμας, ab impetu & concitatione. Italia tota cum prouincia Pelamyde vocat. Thunnus piscis est marinus, gregalis, lacterto minori siue scombro similis, si colorem & maculas excipias. Vel ei qui pelamys sarda postea nominabitur tam similis, ut idem planè esse videatur, tam ob corporis figuram, dorso colorem, maculasque veluti plumbeas, quam ob appendicum ventriculi numerum aliarumque partium internarum similitudinem. Hac igitur nota hunc ab illa distingues, quod pelamys sarda partem quæ pinnis, quæ ad branchias sunt, subest, squamis tectam habet. Pelamys verò simpliciter, seu thunnus Aristotelis, ab omnibus squamis omnino nudus est, sed cute est planè læui & tenui, ventre lacteo, dorso plumbei coloris, quibusdam locis candido, obscurioribus quibusdam & nigrioribus à dorso ad ventrem descendentibus lineis transfuersis, breuiori à sese interuallo distantibus quam in pelamyde sarda, Pinnas & caudam scombri,

Lib. 9. cap. 15.

Y

coliaë, amiaë pinnis caudæque similes habet. Duas in dorso, alteram sub podice. Ad branchias & sub ventre binas. Caudam crescentis lunæ figurâ. Marem à fœmina ita distinguit Aristoteles, & ex Aristotele Athenæus, vt fœmina sub ventre pinnulam habeat quæ aphareus vocatur, qua mas caret. Sed tam in mare quàm in fœmina semper pinnam sub ventre deprehēdi, verùm in mare diuisa non est, in fœmina diuisa, opinor vt podicis foramen dilatari & cōmodiùs fœtus edi possit. Branchias quaternas, duplices habet: ventriculi appēdices prope modum infinitas. ventriculum magnum. Intestina tenuia, recta. Hepar ex albo rubescens. Fells vesicam ab hepate pendentem, & intestino secundum eius longitudinem annexam. Carne est pingui suauiq;. Hunc verum esse thunnum Aristotelis cū alia multa, tum hoc maximè confirmat, quòd Aristoteles thunnos inter læues pisces recenset. Læues autem vocat qui nec squamosi sunt, neq; aspera cute: cuiusmodi est is quem hīc oculis subiicimus. At thunnus noster, id est is qui à nobis *ton* vocatur, squamis magnis tegitur, sed ita ad amūssim compactis, vt iis carere videatur, sed squamæ coctione dehiscunt, tūmq; perspicuè apparent tenui membrana contactæ. Prætereà thunnus de quo hoc capite agimus, gregalis est, cæstro siue asilo concitatur canicula oriente, id quod Aristoteles etiam prodidit. Thūni & xiphiaë cæstro concitantur, circa canis exortum, tunc enim habet vterque sub pinna veluti vermiculum cæstrum vel asilum nuncupatum, scorpionis similem, aranei magnitudine. Infestat autem tanto dolore, vt non minùs interdum xiphias quàm delphinus exiliat, vnde fit vt in nauigia sæpenumero incidat. Eadem Plinius LIB. IX. & Athenæus ex Aristotele tradunt. cæstri à paucis cogniti figuram in orcyo representauimus. His omnibus ad stipulatur Italiaë Prouinciæq; vulgaris appellatio. Quam verò *pelamyde* vocat vulgus in Gallia nostra Narbonensi, ea non est ex thunnorū, sed potiùs cyaneorū genere, de quibus deinceps tractabimus. Cū igitur nulla omnino nota sit, qua thunnus quem hīc depinximus, à thunno Aristotelis discrepet, eum hoc capite planè expressisse, affirmare non dubitamus. Neq; id omittendum, sine causa reprehendi Aristotelem à quibusdam, quòd dixerit pelamydas in thunnos mutari: illi enim non rectè thunnum vulgare pro thunno Aristotelis vsurpāt. Et Aristoteles nūquam dixit pelamydas in thunnos mutari, sed ostendere voluit eiusdē piscis diuersa nomina pro diuersa ætate, quum dixit paruos thunnorum fœtus cordylas appellari, quæ ponto exeunt fœtas comitantes, eodē redeuntis vere, quū iam satis accreuerint pelamydes dici, pelamydibus verò maiores anno vno thunnos appellari, in quo quid erroris esse possit non video. Id equidem falsum esse crediderim, quod scribit thunnos non diutius bienno viuere. Sed id ex piscatorum potiùs quàm ex sua sentētia profert, quod

Lib. 5. de hist. anim. cap. 9. Libro 7.

Lib. 2. de hist. anima. ca. 13.

Lib. 8. de hist. anim. cap. 19.

Cap. 15. lib. 7.

Lib. 6. de hist. anim. cap. 17.

quod satis verba ipsius declarant. Pelamydas & thunnos idem Aristoteles autor est in ponto parere nec vsquam alibi. Et thynni, pelamydes, amiaë Pontum subeunt vere, & æstiuant. Plinius. Thynni intrant è magno mari Pontum verno tempore gregatim, nec alibi fœtificant. Rursus Aristoteles. Æstate mense Iunio thunnis circa solstitium parit. Et, coeunt thynni & scombri mense Februario post idus, pariunt Iunio ante nonas. Quæ si vera sunt, nescio quomodo consentire possunt, cum iis quæ alibi ipse scribit. ἢ δὲ θυννὶς ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ ἀπὸ τῆς ἀφάρου, τὸ δὲ ἡμῶν ποιεῖται διὰ τὸ δόκεϊ τὴν ἀφάρου ἔχει τὸ μὴ ἀπὸ τῆς ἀφάρου, ἢ ποιεῖται ἀπὸ τῆς ἀφάρου, ὁ δὲ ἕτερος ἕτερος, id est, thynnus semel parit, sed quia partem præmaturè, partē serò producit, fœtificare bis creditur, prior eius fœtus est circa Decembrem ante brumam: alter vere. Vbi ante brumam diximus, Gaza à bruma non rectè vertit, siquidem ἀπὸ τῆς ἀφάρου legendum sit: Ἰουλίος enim Græci solstitium vocāt: Decembri verò mense solstitium est hybernum, cuius dies bruma à Latinis dicitur quasi βραχὺ ἡμέρας, id est, brevis dies. Est enim is totius anni dierum breuissimus. Porro per mihi mirum videri debet, thunnos nusquam alibi quàm in Ponto parere. Fateor equidem pastum illic partūmque tum commodiorem, tum vberiore esse, propter dulcium aquarum copiam, quibus thunnos quanuis natura carniuoros delectari, & pinguescere nos ipsi experimur. Quum enim magnæ frequentesque pluuiaë fiunt, thynnos atq; consimiles pisces pinguiores, crassioresque habemus. Sin sicca & squallida fuerit anni constitutio, macros & tenues. Huc accedit beluarum marinarum, quæ piscibus infestissimæ sunt, raritas: nulla enim in Ponto est præter phocam & delphinum (castigandus enim est Aristotelis locus ἕξω γὰρ φαλαγγίης καὶ δελφίνου, ἕδεν ἐστὶ τὸ θηλείον ἐν τῷ πόντῳ. Vbi Gaza φαλαγγίης legit. Legendum verò φάλαγγος ex Plinio, qui locum hunc Aristotel. transtulit. In Pontum nulla intrat bestia piscibus malefica præter vitulos & paruos delphinos) hæc inquam fateor. Verùm si ideo in Ponto solum parere existimantur, quòd nulli parui alibi reperiuntur, necessaria ad id concludendum causa hæc mihi esse non videtur: nam nec in Ponto, nec alibi paruos admodum vix reperiiri putò, cū piscium genus omne præcipua celeritate adolescat, maximè in Ponto, inquit ex Aristotele Plinius. Iam verò si thunnos hyeme parere verum sit, vt loco vno priùs citato scripsit Aristoteles, iidemque hyeme lateant imis gurgitibus, vnde postea pinguisissimi fiunt, vt idem Aristoteles autor est, nihil mirum paruos thunnos vbique non reperiiri. Sed de hac re statuatur quiuis pro arbitrio. Thynnus post arcturum melior est, tunc enim cæstro cieri desinit, ob id æstate deterior est. In mari nostro vere & æstate thynni capiuntur, sed in Hispania & Prouincia multò plures. Vidi Romæ thynnos qui hyeme capti essent. Subeunt

Lib. 5. de hist. anim. cap. 10. Lib. 9. ca. 15.


Lib. 5. de hist. animal. c. 11. Lib. 6. de hist. cap. 17. Lib. 5. de hist. cap. 19.

Lib. 8. de hist. animal. ca. 13. Lib. 9. cap. 15.

Lib. 6. de hist. anim. cap. 17. Plin. lib. 9. cap. 15. Lib. 5. de hist. cap. 15.

aliquando flumina : nam Agathopoli visi sunt qui ad pontem vsque conscenderint, qui à mari aliquot passuum milibus distat. Quare verum est illud Plinij: amni tantum ac mari communes thynni, thynnides, siluri, coracini, perca.

De Pelamyde Sarda.




CAPUT XII.

INTER Pelamydas sardam numerat Plinius. Eam esse puto quam nostri & Hispani *bize* nomine communi cum amia ob similitudinem vocant, nonnulli *pigo*. Piscis est pelagius thynno, colia, amia corporis specie similis, cute laevi & sine squamis, excepta ea parte quæ à pinnis quæ ad branchias sunt tegitur: ea enim tantum squamas habet, qua nota à pelamyde vera seu thynno Aristotelis differt. Carnis etiam teneritate inferior, ac dentes maiores magisque in os recuruos, quam thynnus habet. Reliquis omnibus adeo similis est superioribus, ut nisi propius inspicias, hanc cum illis facile confundas. Hanc sardam esse colligo ex Plinij Athenæique verbis. Sarda enim, inquit Plinius, pelamys longa est. At hæc quam exhibemus, pelamydi tam similis est, ut eadem planè esse iudicetur. Neque verò cordyla esse potest, cum pelamys longa sit, neque thynnus qui totus laevis est, cum hæc squamas circa branchias habeat, neque apolectus, neque triton, neque orcynus. Sunt enim pelamydes maximæ, at sarda colia magnitudine similis, autore Athenæo. Thynnus etiam pelamydibusque sardas coniunxit Galenus, ex iisque præstantissima fieri salsamenta scribit. Ex his liquet pisciculum qui lingua nostra *Sarde* nominatur, minimè veterum sardam esse, ne quis ob nominis affinitatem in errorem inducatur. Sed de hac fusiùs libro præcedente capite de trichide & trichia.

Libro 3.
Lib. 3. de alim.
facult.

De orc

De Orcyno.




CAPUT XIII.

RÆCIS *Ὀρκυνο* magnum esse thynnus priùs docuimus. Is est qui à nostris *ton* vocatur, à Santonibus *athon*. Piscis est pelagius pelamydi verè corporis figura similis, maior & spissior, squamis opertus magnis tenui membrana velatis, ut laevis esse videatur, sed dum coquitur squamæ dissiliunt. Rostro est acuto & spisso, dentibus serratis, paruis, acutis. Lingua ferè exerta. Oculis magnis, rotundis prominentibus. Branchias habet duplices. Pinnas ad branchias, & in ventre binas. Dorsum nigricat. In medio dorfi aculeos tenui membrana coniunctos modò erigit, modò veluti in vagina condit. Hos sequuntur pinnae sine aculeis ad caudam vsque tam inferna quam superna parte, eo ordine & situ quo in lacertis minoribus, & pelamydibus. Corpus caudam versus gracilius fit & quodammodo quadratum, ob pinnulam utroque latere sitam. Cauda crescentis lunæ formam refert. Ventriculus est oblongus, spissus. Hepar magnum, rubrum. Splen nigricans. Fellis vesica intestino adhæret. Cor angulatum multo sanguine abundans. Orcynus aliquando ita pinguescit, ut cutis dehiscat, appareantque in ea rimæ. Vere & autumno capitur maxima copia in Hispania, præsertim ad Herculis columnas. Capitur in nostro quoque mari & Thyrræno. Membratim & in assulas dissectus sale conditur, & in cadis asseruatur. Nostri *tonnine* appellant, Itali *tarantella* à Tarantino, unde aduehitur, sinu. In macram & pinguem distingunt. Orcynus carne est dura, pingui, sa-

Y 3

poris acris, hæmorrhoidas mouet vel acrimonia sua, vel quia succi melancholici multum gignit.

De Pompilo.



CAPUT XIII.

PΟΜΠΙΛΟΣ Piscis dicitur ab Athenæo, Æliano, Oppiano aliisque Græcis. Plinius quoque huius meminit eodem seruato nomine, & à quibusdam inter thynnos numerari scribit. Verùm hi meo quidem iudicio similitudine decepti fuerunt. Pompilus enim alius est à thynnis & pelamydibus, & si eis quodammodo similis sit. Pompilus piscis est pelagijs, squamis carens. A branchiis ad caudam linea magna curua ducta, à qua ad ventrem lineæ multæ transversæ interpunctæ descendunt. Supra lineam dorsum varium est, & maculatum. Os est medium, dentes parui pro corporis magnitudine. Pars quæ supra & inter oculos est flauescit, aurique colorem æmularur. Pinnas habet quatuor, duas ad branchias, duas in ventre. Aliam à podice ad caudam. In dorso aliam. Cauda in vnicam definit non diuisam, neque crescentis lunæ figurâ thynnorum pelamydumque modo. Hunc verum esse pompilum quem depinximus, rationes aliquot demonstrant. Nam hic pelagijs est piscis, & circa naues frequentem esse in pelago, eâque comitari certè experientia comprobatur. Præterea varius est, superciliis aureis, pelamydi similis. Quæ omnes sunt pompili notæ à veteribus traditæ. Athenæus. ἐστὶ δὲ πελάγιος καὶ παρὰ τὰς ναῦς συνὴ φησεται, ἰοικὼς πηλαμύδι, ποιμίλος. Pompilus pelagijs est piscis, circa naues frequens cernitur, similis pelamydi, varius. Callimachus eodem autore aurea supercilia habentem, & sacrum piscem appellauit. Et Clitarchus: διὸ ναυτικὸν ποιμίλον ἱερὸν ἰχθυῖν προαγορεύουσι διὰ τὸ ἐν πελάγῳ προπέμψαν τὰς ναῦς ἕως εἰς λιμὴνα. Nautæ pompilum sacrum piscem nuncupant, quòd ex pelago deducat naues ad portum vsque. Eadem planè Ælianus de pompilo. Sciens hîc omitto fabulâ de Eropæo, qui cum pompilos piscatus esset, εὐσὶ; cum

Lib. 9. cap. 15.


Libro 7.

Lib. 11. ca. 43.

cum filio comedisset, impietatis pœnas persoluit: est enim pompilus non modo Neptuno sacer, sed etiâ incolis Samothraciæ Diis. Et aliam de Pompilo quondam homine postea in piscem mutato. Hæc pete ex Æliano & Athenæo. Rarus est admodum apud nos piscis, ita vt vulgare nomen nullum inuenerit, nisi quod pro pelamyde venditur.

Lib. 11. ca. 44.
Lib. 7.

De Xiphia.



CAPUT XV.

XΙΦΙΑΣ à Græcis dictus, à Gaza & Plinio gladius vertitur. Strabo γλαδῶν & κίβα nominari testis est. Et Plinius. Tomus thurianus quem alij xiphiam vocant. Sed tomum thurianum ex Athenæo marini canis fructu esse ait Hermolaus barbarus. Et marini canis partem à Romanis thursionem dictam fuisse apud Athenæum legimus. A nostris *emperador*. A Massiliensibus & Italis *pesce spada*. Hic aduertendum alium esse piscem ex galeorum genere qui à nostris *peis espase* nominatur, ne quis ob nominis nostri cum Italico affinitatem decipiatur. Xiphias piscis est cetaceus, aliquando decem cubitorum magnitudinem attingens in nostro mari, rostro mucronato, maxilla superiore ad duorum cubitorum longitudinem accedente valde dura & ossea, gladij figuram referente, quæ ob id *ξίφος* dicitur, id est gladius, vnde toti pisci nomen. Inferiore maxilla breuissima, trianguli forma, dentibus caret *ξίφας*, sed horum vice quatuor ossa oblonga & aspera in palato habet. Oculi rotundi sunt & prominentes, ante hos foramina. Pinnas habet duas ad branchias, in medio ferè ventre vnicam. Magnam aliam in medio dorso & paruam non procul à cauda. Extremum corporis priusquam cauda incipiat, latum & planum: in cuius plani medio erigitur tuberculum, vnde incipit cauda crescentis lunæ figura, thynni modo sed latior. Reliquo corpore est rotundo, cute aspera, si à cauda sursum manus ducatur, sin còrra leui. Dorsum nigricat, splendescitque panni ferici instar. Venter candidus est planèq; argenteo & splendente colore, maximè in aquis. Branchias octonas & duplices habet teste etiam Aristotele. Internæ partes eadem

Lib. 11. geogr. 2.
Lib. 32. cap. 2.

Lib. 2. de hist. cap. 13.


cum internis partibus thunni. Carne est longè candidiore quàm thunnus, non insuauis sed cōcoctu difficili, multum nutriente. Æstate ab œstro ita diuexatur, quemadmodum & thunnus, vt priùs dictum est, vt in terram & naues infiliat. Sub pinna verò hæret exiguum animal: quia ob pinnae articulum cutis illic mollior teneriorque sit, faciliusque illinc sanguinem exugere possit, & ita tenaciter hæret, vt nulla corporis agitatione possit excuti. Rostro xiphia tantum inest robur, vt eo naues perforentur. Plinius xiphiam, id est, gladium rostro mucronato esse scribit, ab hoc naues perforatas mergi in Oceano ad locum Mauritaniae, qui Cotta vocetur non procul à Lyco flumine. Et Ælianus. Xiphias non modò cum cibi inopia vrgetur, mucronati rostri concursu pisces interficit, atque exest, sed etiam maxima cete propellit & vlciscitur, non quidem armis ex ferro confectis, sed natura comparatis, vt ij qui magnitudine processerunt, contra nauem, mucronem in eam defigentes venire audeant. Strabo galeotas siue xiphias ex thunnorum qui gregatim præter Italiam feruntur, & Italiam attingere prohibentur, venatu pinguescere author est. Piscem hunc maximè pertimescunt piscatores nostri: si enim in retia inciderit, rostro, summâque vi omnia dirumpit, vt multò plus damni adferat quàm lucri, quod ex eius captura sperare possint. Oppianus xiphiam capi curuis hamis tradit, & cymbis paruis, ipsis similibus, affixto etiam mucrone rostro xiphiae persimili, ad quas tanquam ad sui generis pisces cum adnatauerint xiphiae, à cymbis obfessi trucidantur. Versus Oppiani, nè prolixior essem, non adscripsi.

Lib. 32. cap. 2.

Lib. 12. ca. 64.

Lib. 3. ἀλιό-
τρεσι.

De Glaucio.



CAPUT XVI.

PISCIS Γλαυγος Latinè seruato Græco nomine glaucus: is est proculdubio, qui à Nostris *Derbio*, à Romanis *Lechia*, à Prouincialibus *Biche*, & *Cabrolle*, & *Damo*, ab Illyricis *Polanda*, à quibusdam *Lampugo*, sed falsò vocatur. Glaucus est dictus à colore. Est au-


autem glaucus color cæruleus, qui & cæsius dicitur & cyaneus, qui duplex est, aliquando ex albo cæruleus, vt cum glaucos oculos dicimus: vnde toties apud Homerum γλαυκῶπις ἀθήνη, id est, cæsia, vt ait apud Gellium Nigidius, de colore cæli, quasi cælia. Aliquando est cæruleus exaturatus, & veluti nigricans ac obscurior, vt cæruleum mare cum turbatum fuerit, lacescitur enim & incitata superficie, paucis in eam incidentibus radiis, luce iam diuulsa atque dissipata vmbrosam nigricans se offert, vt docet Aristoteles in libro de coloribus. Item Plinius. Color austerus in glauco & irascenti similis mari. Glaucus piscis est in alto mari degens, corpore longo, compresso ventre, dorso falcato. A branchiis ad caudam linea recta protenditur. Tricubitali aliquando vidimus. Nitida est cute, squamis paruis tecta, sed vix apparentibus nisi cute exiccata. Dorso est planè cæruleo, ventre candidissimo, ore paruo, oculis mediis. Statim à capite aculeos habet, quorum primus in anteriorem partem vergit: quinque alij ad caudam spectant, breues sed acuti, nulla membrana cōnexi. Iuxta anum duo alij sunt, qui veluti in vagina conduntur. Aculeos pinna sequitur ad caudam vsque continua, initio magna, macula nigra lata notata, inde breuis & tenuis, non aculeis sed tenuibus tanquam villis constans. Ore est paruo, maxillis asperis potiùs quàm dentibus munitis. Corpus à capite ad podicem latius est. A podice sensim gracilius fit, in caudam desinens instar semicirculi rotundatam, deinde duabus pinnis terminatam. Pinnae aurei coloris breues & latae ad branchias fixae sunt. Aliae duae in ventre paruae & tenues. Rima potiùs quàm foramen est pro podice. Ventriculo est magno cum vnica appendice. Hepar felle caret: eius enim vesica intestino adhæret. Splen paruus est, caro candida, pinguis & suavis. Piscem hunc falsò lechiam existimari iam diximus. Glaucum autem verum esse conuincit color, à quo nomen pisci positum. Præterea appendices ventriculi paucae teste Aristotele, quodque æstate lateat, eodem autore. Denique *πο-
τομή* illa, id est, pars anterior corporis cum capite, olim ab Arcestrato, delicatiorisque gulæ hominibus tantopere celebrata, quæ in hoc pisce pinguis suauissimaque est. De glauco pisce mirum quiddam scripsit Ælianus. Glaucus piscis pater factus, quos sustulit ex coniuge, diligentissimè cauet, ne insidiis impetantur, & ne pernicies vlla eis inferatur, & quoad grandes sint & robusti, ac sine periculo natate possint: tamdiu ille custodire non intermittit, nunc à tergo cum eis natans, nunc verò non à tergo, sed adnatat modò ad vnum eorum latus, modò ad alterum. Si quis verò ex paruulis timere cœperit, ille timore cognito, ore hiantè paruulum excipit: deinde timore præterito quem deuorauerat, reuomit qualem acceperat, ille rursus natat. Idem de galeis & torpedine scribit Aristoteles.

Lib. 9. ca. 36.

Lib. 2. de hist.
anim. cap. 17.
& lib. 8. c. 15.
Athe. lib. 7.
Lib. 11. ca. 47.Lib. 6. de hist.
cap. 10.

galei foetus suos & emittunt, & intra seiplos recipiunt, & squatina, & torpedines. Solus ex galeis acanthias non recipit propter spinam, ex planis autem pastinaca & raia non recipiunt propter caudæ asperitatem. Quare nec glaucus ille quem depinximus, catulos suos in se recipere potest, propter dorsi aculeos semper erectos. De hoc igitur glauco illa non scripsit Ælianus, sed de galeo glauco, qui vulgò à nostris *cagnot blau* nuncupatur, id est canicula glauca: quæ cum aculeis careat cutèq; sit laui cæterorum galeorum modo, catulos suos intra se recipit & emittit. Sed de galeo glauco plura, quum de galeis scribemus.

De secunda Glauci specie.




CAPUT XVII.

GLAUCORVM Non vnicum esse genus, non solum appellationum varietas, sed etiam notarum differentia demonstrat. Secundam igitur glauci speciem dicimus esse eam quam prouinciales *liche* vocant, cum superiorem *biche* appellarint. Romani piscatores *stellam*, qui priorè *lopida* vocant. Nostris illam *derbio*, hanc *palamide* vel *vadigo*. Hæc autem glauci species à priore differt, quod eius magnitudinem nunquam attingat, vnde *γλαυκίδιον* iure dici potest, cuius etiam meminit Athen. Præterea quod hic septem aculeos in dorso habeat ad caudam spectantes, prior quinque duntaxat. In hoc glauco à superiore branchiarum parte ad medium corpus linea tortuosa admodum demittitur, hinc recta ad caudam protenditur, in illo à branchiis ad caudam, rectam lineam duci diximus. Pinnaq; posteriores tam superna quam inferna parte maculam nigram habent, qua hic caret. Ille corpore est latiore, hic strictiore, alioqui corporis figura, reliquisque partibus tum internis, tum externis valde similis.

De ter-

Lib. 7.


De tertia Glauci specie.



CAPUT XVIII.

TERTIVM Glauci genus à secundo non multum differt, nisi quod huic dentes sunt acuti, linea à branchiis ducta longè magis flexuosa tortuosaq; est, nimirum instar serpentum aut vermium corporis flexibus gradientium, vel vndarum sese attollentium & mox deprimentium. Dorsum ex ceruleo nigrescit ad lineam prædictam vsque, lineæ pars subiecta candidissima. Pinna, aculeis, cauda, partibus internis, aliis glaucis planè similis. Carne est pingui, suavi, dura. Hic litoribus nostris vix notus est. Hæ sunt tres glauci species, quibus color glaucus, id est, cæsius siue cæruleus nomen dedit, distinctionis verò gratiâ primum glaucum simpliciter appellabimus, secundum *γλαυκίδιον*, tertium glaucum sinuosum.

De Hippuro.



CAPUT XIX.

HIPPOYRON Gaza equiselem vertit. Plinius Græco nomine uti maluit. Dorion *κερύφαινον* etiam vocari scripsit. Hiccius *ισωπέρης* nominavit *ιππουρέϊς*. Numenius *ιππουροι αρνιδίω* vocat. Hispani *lampugo*. Piscis est marinus nostris vndis incognitus. Ego quidem in Hispania tantum natos hactenus vidi. Hæc præ aliis omnibus piscibus illustris est & spectabilis in isto pisce nota, quod statim à rostro vel à capite veluti crista erigitur, continensque pinna magna ad caudam vsque protensa. Huic similis alia est à podice ad

Lib. 7.

caudam vsque sed breuior. Pinnae brachiarum breues, latae, auri æmulæ. Quæ in ventre, sunt longiores, nigricantes, podicem ferè attingentes, qui in medio corpore situs est. Os mediocre est, dentes exigui, acuti in maxillis, palato & lingua. Oculi magni. Squamæ minutissimæ. Glauco, colore internisque partibus similis est, ab eo dissidens, quòd hic à capite sensim tenuior fit strictiorque, ille à podice tantum donec in latam caudam desinat. Hunc veterum hippurum esse rationibus confirmare oportet. Ac primum ipsius etymum id docet. ἵππυρος enim à cauda equina nomen habet, quòd pinna à capite incipiens caudæ equinæ similima sit, id est, longa còtinens villisque multis constans, cuiusmodi in nullis alijs piscibus reperitur. Nemo enim existimet à cauda piscis, equi caudæ simili hippurum nominatum, id esset hominis partium vsus ignorantis. Cum enim cauda ad dirigendam natationem clauis instar à natura condita sit, si tam longa propenderet, villisque à sese seiunctis constaret, non facilè huc illucque flecti posset, neque solum natationem non iuaret, sed ei maximè obesset. Præterea κορυφαίως nomen ad id alludit. Nam à pinna quæ à vertice incipit, in eoque veluti crista erigitur, κορυφαία dicitur ἀπὸ τῆς κορυφῆς: est enim κορυφή vertex, pars capitis inter occiput & synciput, & per metaphoram cuiuslibet rei summum & extremum. Quæ sequuntur rationes

Lib. 5. de hist. animal. ca. 10.

magis ex piscis natura petitæ sunt. Aristoteles scribit, hippuri foetus ex minimis celerrimè in maximos euadere, quod in nullo pisce manifestius quàm in hoc obseruari potest. Cum enim Hispani piscatores paruos hippuros ceperint, nassis includunt, illicque crescere sinunt breui tempore, utpote quorum incrementum indies conspiciatur.

Arist. ibid.

Præterea hippurus vere tantum parit. Et eodem Aristotele autore, cum pisces multi serpentum more hyeme lateant, apertissimè hippurus id facit & coracinus. Nam hi soli nusquam capiuntur nisi statis


Lib. 9. ca. 16.

quibusdam temporibus, eisdemque semper. Id Plinius literis prodidit. Quum asperæ hyemes fuerint, multi cæci capiuntur: itaque his mensibus latent in speluncis conditi, sicuti in terrestrium genere retulimus, maximè hippurus & coracinus hyeme non capi, præterquam æstatis paucis diebus & isdem semper. Quæ in hoc pisce verissima esse comperi. Cum enim in Hispaniam huius piscis recipiendi gratia scripsissem frequentiùs, diuersis anni temporibus, nunquàm nisi autumno ad me missus est, id omni asseueratione affirmantibus piscatoribus nunquam nisi æstatis certis diebus capi. Gaudet hippurus naufragiis & naufragiorum fragmentis, quia carniuorus est, carne est pingui, suauis & dura, qualis thynnorum, glaucorumque est caro. Archestratus apud Athenæum hippurum carissimum còmendat. Meminerunt Athenæus & Plinius hippis piscis, quis is sit nondum planè scio, nisi idem sit cum hippocampo, de quo suo loco dicemus.

Lib. 7.
Lib. 7. Pl. lib.
3. ca. 11.

De Se-

De Seferino.




CAPUT XX.



INTER Cæruleos connumerandus mihi videtur, qui à nostris *tranchou* vocatur, sola corporis latitudine à glaucis discrepans. Est enim corpore breuiore quidem sed latiore, compresso, sine squamis, cute læui, dorso cæruleo, ventre argenteo. Pinnarum quæ in branchiis & ventre sunt situ, non differt ab Hippuro. Pinna superior non à capite ut in hippuro sed à dorso erigitur. Lineas duas à brachiis ad caudam ductas habet, superiorem curuam, inferiorem rectam, ob quam notam in isto pisce manifestissimam, in eam adducor sententiam, ut existimem seferinum esse, cuius ex Aristotele *περὶ ζῴων* meminit Athenæus: καὶ τὰ μὲν δύραβδα ὡς περὶ τριζέλιος, τὰ δὲ πολύραβδα καὶ ἐρυθρογραμμά ὡς σάλπι. Duas virgas siue lineas habent, alij pisces ut seferinus, alij plures & aureas ut salpa. Internas partes easdem cum glauco habet. Carne est molli & suauis.

Lib. 7.

De Fiatola.



CAPUT XXI.



FIATOLA Romæ vsitatum est hodie piscis nomē, qui cum nullis alijs commodius quàm cum cæruleis connumerari potest. Dorsum enim lateraque cærulea sunt, venter candidus, labra purpurea. Ferè rotundus & compressus seferinio non valde absimilis, nisi quod

Z

lineas duas à branchiis ad caudam ductas non habet, sed vnicā duntaxat. A dorso autem ad hanc lineā & ab hac ad ventrē lineā demissæ sunt, perbellè inflexæ. Romæ piscis est satis frequens, in nostris litoribus nunquam visus. A glauco substantia parum differt: est enim carne paulò molliore. Fiatola Romæ vulgò nuncupatur, quemadmodum stromateus ob similitudinē quandam: solent enim ichthyopolæ nomina piscium propria, similibus communia facere, quod in permultis piscibus videre licet.



G V L I E L M I
R O N D E L E T T I
D E P I S C I B V S

LIBER IX.



De Mugilibus.

CAPUT I.



QV ANQVAM Mugiles & frequentissimi, & vulgo notissimi sint pisces, tamē in horum generibus distinguendis non minorem affert difficultatē appellationum varietas, quam in thunnis & Pelamydibus, aliisque multis. Sunt enim qui κεφαλον genus mugilū omnium siue marinorum siue fluuiatiliū constituūt, vt Galenus. Alij λευκισκον. Athenæus *ινεστος φησι, των ο χαλκισμενων λευκισκων* *ωλεονα εν εν ειδη.* Hicetius ait leuciscorum plures esse species. Galenus verò leuciscum fluuiatilem tantum mugilem facit. Aristoteli κεφαλος species est, quæ cum aliis κερειως nomine continetur. *Αρχοισαι δὲ κέρει των κερειων οὐ μὲν χελωνες τῶ ποσειδεωνος, καὶ ο αρχινος, καὶ ο μύζων χαλκισμενος, καὶ ο κεφαλος.* Decembri mense concipiunt, ex cestreis, chelones, sarginus, & qui myxon vocatur, & cephalus. Alibi ἀλληλοφαγῆσι ὅ πάντες μὲν πάλιν κερειως, μάλιστα ὅ οὐ γόνυχοι, ὅ κεφαλος καὶ ο κερειως ὅλως μῖνος ἔσραρχοφαγῆσι. mutuo se vorant omnes præter cestreū, maxi-

Lib. 3. de Alim. facul.

Libro 7.

Ibidem.

Lib. 5. de hist. cap. 11.

Lib. 8. de hist. anim. cap. 2.

maximè verò congrui. Cephalus verò & cestreus soli omnino à carne abstinent. Hic rursus cephalum à cestreo distinxit Aristoteles. Non defuerunt qui mugiles etiam γλαυκίσκους vocauerint, sed perperam cum λευκίσκους legere oporteat. Hæc de nomine generis. Nunc de eiusdem formis. Mugilum multæ sunt formæ autore Hicetio apud Athenæum. Alij enim sunt κεφαλοι, quos Gaza capitones, nostri *cabotz* appellant. Alij κερεις, mugiles vertit Gaza. Alij χελωνες, Gaza labeones interpretatur. Alij μύζωνι Gaza mucones. χελωνες etiā βάνχοι nominantur. Aristoteles loco paulò antè citato cestreis, chelonem, sarginum, myxonem, cephalum subiicit. Alio loco cephalum à quibusdam chelonem vocari scripsit. Dorion libro de piscibus mugilis marini species duas fecit κεφαλον καὶ νησιν. Euthydemus Atheniensis in libro de salsamentis cestreorum species duas esse scribit, σφιδάρα καὶ *δουδακλυλαιον: σφιδάρα* dictum esse quòd quadrati formam habeat, *δουδακλυλαιον* quòd digitos duos latus sit. Ab Oppiano duæ solùm species numerantur.

Libro 7.

Lib. 8. de hist. cap. 2.

Lib. 1. lib. 7.

Lib. 1. lib. 7.

Lib. 1. ἀλιαντικῶν.

Κερεις ἀυκεφαλοτε διαχρῖσθαι γένος ἀλιαν.


Cum tanta nominum varietate res ipsas ita implicatas viderem, vt longè obscuriores redderentur, piscatores aliquando consului, vt de mugilum generibus certior fieri possem. Horum igitur alij duas duntaxat mugilum species esse affirmabant, vnam eorum quos *cabotz* vocant, alteram *samez*. Alij capitones cum senuerint in mugiles mutari aiebant, *samez* in eos quos *vergadelles* vocant. Cum verò ex hac disquisitione nihil proficerem, ad rei ipsius diligentem considerationem, locorumque qui in optimis autoribus ea de re extant collationem, confugiendum mihi esse putavi, ex quibus collegi mugilum omnino quatuor esse genera, reliquas differentias non rerum sed nominum esse. Primum igitur genus eorum est, qui κερεις siue νησῆς dicuntur, à nostris *samez*. Alterum eorum qui κεφαλοι à capitis magnitudine, à Latinis capitones, à nostris *cabotz*. Tertium eorum qui μύζωνες siue μύζωνες siue μύζωνι, à Liguribus *maxons*. Quartum eorum qui χελωνες, à nostris *chaluz* nuncupantur. Eisdem autem esse qui & κερεις & νησῆς dicantur declarat parœmia κερεις νησῆς. Cestreus ieiunat: cuius meminerunt Suidas & Athenæus ex Aristotele. Chelones βάνχοι etiam dicti sunt teste Hicetio apud Athenæum. loco antea citato: *ὄνησκοι* quoque, id est, *afelli βάνχοι* dicti sunt teste eodē Athenæo. Sunt etiam myxones bacchi siue banchi nuncupati. Plinius de felle piscium loquens. Item Banchi quem quidam myxona vocant. Sunt & cestrei plotes appellati. *Αθη. χαλουῦται δὲ κερεις ὑπὸ τινων πωλίτες, ὡς φησι πολέμων, ἐν τῷ περι τῶν ἐν σικελία ποταμῶν. καὶ ἐπιχαρμος ἐν μέσσεις οὕτως αὐτῶν ὀνομάζει.* Sunt & *muræna πωλίται* dicta teste Archestrato.

Ἰταλῶν δὲ μέγαξυ καὶ ἀστυνοκόμενοι πορθμῶν

Ἡ πλωτὴ μύραινα κελυμέντι, ἢν πωτὲ λεφθῆ,
Ὡνδ.

Superfunt alia duo nomina, quæ species mugilum ab aliis distinctas non efficiunt, sed vel epitheta sunt, vel synonyma. *περαιάς* καὶ *σαργίνος*, *περαιάς* quem translitoranum interpretatur Gaza, est idem qui & *κεφρεὺς* & *νήγης* dictus est: legendumque potius *περαιάς* quam *περαιῶς* vel *φερῶος*, vt apud Athenæum citantem locum Aristotelis legitur. Locus est huiusmodi: ἐστὶ μὲν ὁ κέφαλος ὃν καλεῖσι τινὲς χελώνα, πρόβος γος, ὃ δὲ *περαιάς*, ὃν βόσκουσι δὲ ὁ *περαιάς* ἢ *μύζων* τὴν ἀπὸ ἀυλοῦ, διὸ καὶ *νήγης* ἐστὶν ἄει. Capito quem alii labeonem vocant litoribus gaudet, alter eiusdem generis translitoranus est, qui non nisi mucore vescitur suo. Quamobrem semper ieiunus est. Quod si quis hunc cum myxino eundem esse velit non repugno, præsertim cum dicat Aristoteles mucro tantum suo vesci. *σαργίνος* verò si mugilis species est eundem esse cum ieiuno existimo. Aristoteles enim quum mugiles aliquot locis recenset, tribus, scilicet myxoni, cheloni, cephalo, sarginum ieiuni loco annuerasse videri potest, cestreo pro genereposito, quibus in locis pro *σαργίνος* mendosè *σάργος* in vulgaribus nostris codicibus legitur, emendationemque nostram cum de sargo ageremus comprobauimus, ad quem locum prolixitatis vitandæ causâ lectorem remitto. Quare ad quatuor tantum species, mugiles omnes optimo iure reuocabimus. Primus mugil erit *κέφαλος*, capito. Alter cestreus, qui & *νήγης*, & *βάκχος*, & *περαιάς*, & *σαργίνος* dictus est. Tertius *χελών*, labeo. Quartus *μύζων* siue *μύζων* siue *μύζινος*. Hi omnes in mari marinisque stagnis nascuntur. Sunt & fluuiatilium non pauciores differentiæ. Sed prius de marinis ordine dicemus.

De Cephalo.



CAPUT II.



VI Κέφαλος à Græcis dicitur, Romæ & in tota ferè Italia seruata eadem appellatione *cephalo* vocatur. A nostris seruato eodem etymo *cabot*, quasi capitatum dicas. Capite enim magno, crasso, latoque est. Vnde Euthydemus teste Athenæo dictum esse ait διὰ τὸ βαρ-

βαρύτεραν τὴν κεφαλὴν ἔχον. Galli *mullet* vocant. Degit Cephalus maxime in marinis stagnis & fluminibus, squamosus est. Cubiti magnitudinem aliquando superat. Capite est maiore, latiore, sed breuiore quam reliqui mugiles. Branchiæ huic sunt quaternæ, ossæ earum opercula tumida. Oris scissura magna, sed in ventrem descendens. Os sine dentibus, labra tenuia. Oculi magni, mucagine quadam tenui obducti, palpebram esse diceres. Lineæ nigre, à branchiis ad caudam extenduntur, minus quam in labeone euidetes. Dorsum latum, nigricans, venter candidus. Pinne ad branchias duæ, totidem in ventre, minores. A podice vna. In dorso duæ, altera ex aculeis constat, altera aculeis caret, ad caudam spectans. Peritoneum nigro colore perfusum est. Hepar cum fellis vesica paruum, tanquam manu ventriculæ amplectens, fel rufum siue flauum, aqueæ consistentiæ. Ventriculus logè alius est quam in carniuoris piscibus est. Carnosus enim est, densusque instar ventriculi auium, foris planus, intus rugosus, figurâ verticilli vitrei, quod mulieres fusis appendunt. Ventriculi appendices magnæ, crassæ. Intestina in gyros acta. In iis later splen. Cor angularu. sub pinna locus aëre plenus. Non solus capito sed etiâ alii mugiles mensè Decèbri concipiunt, geruntque vtero tricenis diebus. Stagna nostra ingreditur, in illis parit & hybernat perlibenter, quoniam à carne omnino abstinent limo, aquaque dulci vescitur, quibus stagna abundant, ob flumina subeuntia, & terræ purgamenta. Carne verò omnino non vesci demonstrat ventriculi figura. Est enim ventriculus rotundus, parum capax, vt ne pisciculum quidem exiguum capere possit, in quo præter mucum nihil vnquam reperias. Vnde Pausanias *πυλαίης*, *θολεροτέρης* τε vocat. Et Aristoteles capitones omnes limo pascuntur, quo fit vt grandes & sordidi sint. Piscem nullum omnino vorant. Et quamuis in limo versari soleant, efferunt sese aliquando, vrinanturque, vt corporis sordes abluant. Æstate magis lutum olent. Hyeme & vere magis probantur: quippe cum stagna æstate exiccantur salioraque fiant, minorémque dulcis aquæ copiam cõtineant. Tum igitur limo putrescente nutriuntur, marinique longè sunt præstantiores. Hicelius apud Athenæum capitones cæteris mugilibus præfert. Commédantur apud nos qui prope montem Sertium capiuntur in ea stagni parte quæ *tau* vocatur. Locus enim saxosus est, profundus sine limo, multaque ac puraque aquæ marinæ capax. Optimi sunt, & qui in insula *martegue* nuncupata capiuntur. Insalubres admodum qui Mafsiliæ & in omnibus Ligusticis portibus, maxime prope magnas vrbes, vt Genuam, Neapolim, & in ostio Tyberis. Omnium deterrimi qui Venetiis. Illic enim aqua, stercoreibus, omni que sordium genere referta degunt. Marini suauitate saporis reliquis præstât. In marinis stagnis educati pinguiores sunt, sed


Arist. lib. 5.
de Hist. ani-
mal. cap. in.

Lib. 8. de hist.
cap. 2.

ferè infipidi. Fluuiatiles magis infipidi, magisque putredini obnoxij. In nostro stagno quotannis ferè circa Decembrè tanta mugilum captura est, vt salire neceffe sit, & toti Gallia Narbonensi suppeditare: Idque peropportunè, quoniam mox insequitur tempus quo sublatis carniū obsoniis, solis piscibus est vescendum. In meliorū autem inopia salsamentum hoc boni consulimus iuxta veterū prouerbiū, *ἀν μὴ παρῆ κρέα σερπίλον τῷ ζείχῳ*, id est, si nō adsint carnes salsamento contentos esse oportet. Ex falsis igitur optimi sunt qui pinguisimi, sed si diutius feruentur, fiunt rancidi. Fiunt à nostris piscatoribus mugilū *ὠὰ ταρίχα*, id est, oua salita, & exiccata feruantur, quæ à bibacibus magno emuntur: deiectam enim appetentiam excitant, sitim proritant, vinique gustum iucundiozem reddunt: vulgus *botargues* appellat. Recens capito editur in iure albo coctus, cui vice anethi porrique, ciues nostri apij folia iniiciunt: rustici cepis, alliiisque condiunt. Editur etiā assus in craticula, oleo, omphaciōque conspersus, aut in sartagine frixus. Farina bene subacta & pista cōclusus additis suauibus aromatis optimus est, & ob pinguem humiditatem satis diu asseruatur. Cæterum etsi aqua dulci capitones & reliqui mugiles delectentur, tamè à copiosioribus imbribus lædi certum est. Excæcantur enim facillè, mortuūque interdum capiuntur. Id quod non solum imbrium copiae, sed etiam frigiditati adscribendum crediderim. Lapidēs enim habent in capite, maximèque in litoribus degunt. Capito adeo stupidus est, vt capite occultato totum corpus latere putet autore Aristotele. Sic animantes omnes quæ multum humide, parum calidæ, magnoque capite sunt, stupidas hebetesque esse videmus, vt de illis id dici possit. O quale caput, & cerebrum non habet.

Lib. 8. de hist. animal. ca. 2.

De Cestreo.



CAPUT III.



SVCCI bonitate, ita ordine cephalum sequitur *κεστρός* qui mugil à Gaza Latine dicitur, à nostris *same* dictus est. Cestreus à cestro, quia teli modo publica Atheniensium pœna intret adulteros: est enim cestron misilis genus, quod Latini viriculam vocant.

Hæc

Hæc Hermolaus. Et *κεστρον*, inquit Suidas, genus erat teli Persico bello inuenti. Caue autè cestreum cum cestra confundas, etsi à cestri misilis figura vtrique nomen positum sit: ille enim à capitis, hæc à rostri figura vtraque figuræ teli simili nuncupatur. Cestreum cephalo simile omnino, imò eundè esse diceres, nisi capite esset minore, & acutiore, lineasque à branchiis ad caudā ductas breuiores haberet. Hæc par illi ex albo rubescit, fel aqueū est. Caro mollior, laxior, minus candida, minusque pinguis quàm cephalo. Gulam habet: in appendicem longam definit ventriculus, cum intestinis semper inanis. Lapidēs habet in capite, quod ex Dorione profert Athenæus, *Τὸν δ' αὖτ' ὁ κεφαλῆς τῶ κεστρός ἐχέειν, σφόνδυλον ὀνομάζει*. Qui locus vt intelligatur, sciendum echinum hîc pro lapillo echinata specie accipi, id est aspero, quem admodum etiam echinus præter alia significata partem fræni significat, orbiculum scilicet echinatum, quo coercetur equus contumax. Huiusmodi lapidē *σφόνδυλον* appellat Dorion à similitudine verticilli, quo mulieres fusos aggrauant: id enim est Græcis *σφόνδυλος* vel *σφόνδυλος*: nam vtrumque dicitur. Inde etiam partes spinæ dorsi *σφόνδυλοι* nominantur. Sed & calculus æneus, quo suffragia sua Athenis iudices dabant spondyli vocabantur, vt est apud Iulium Pollucem. Mucosolum & aqua vescitur cestreus, qua de causâ ieiunus vocatur. Hinc parcemia, *κεστρός νηστειν*, cestreus ieiunat, quæ vel de famelicis & voracibus dicitur, vnde & qui fame oscitant *κεστρείς* dicuntur, & *κεστρέων*, quod conuitium olim in Athenienses iactum tradit Hefychius, vel de iis qui vitam innocuā agunt, & ab inferendis iniuriis abstinent, nec vllum emolumentum ex sua innocentia ferunt, in qua sententia est Athenæus: quoniam piscis hic & cephalus minimè carniuori sunt, neque mutua deuoratione victitant: nihil enim huiusmodi in eorum captorum ventriculo intestinisque reperitur, neque animantium carne pro esca ad hos capiendos vtuntur, sed offa panis autore Aristotele. Ventriculi enim figura de qua proximo capite diximus, piscium, aut aliarum huiusmodi esscarum deuorationi repugnat. Denique os ipsum nullis munitum dentibus, quicquid dicat Erasimus in explicatione prouerbij cestreus ieiunat. Nam mugiles omnes dentibus carere *ἀλοφία* ipsa conuincit. Quamobrem locus ille Athenæi corruptus est, quem ex Aristotele citat: *Ἐν δ' ἄλλῃς φησὶν Ἀριστοτέλης, ὁ κεστρός καρχορόδους ὢν, σὲν ἀλλοφαγεῖ, ἅτε δὴ ἕδ' ὄλωσ' ἀρχοφαγῶν*, id est, Aristoteles ait, cestreum, ferratis dentibus cum sit mutua deuoratione nō victitare, vt pote qui carniuorus omnino non sit. At neque cestreo neque mugili cuiquam Aristotelem dentes tribuisse comperias. Locus verò quem citare videtur Athenæus, est huiusmodi. *Ἀλλοφαγεῖ δ' ὁ πάντες μὲν πάλιν κεστρός, μέλιτι δὲ οἱ γόγροι, ὁ δὲ κεφαλὸς καὶ ὁ κεστρός ὄλωσ' ἄνοι*.

In anno in c. u. lib. 35. Pli.

Lib. 7.

Lib. 8. de hist. animal. cap. 2.

Lib. 7.

Lib. 8. de hist. animal. cap. 2.

lib. 1. ἀλι-
τικῶν.

cap. 2.

lib. 9. cap. 17.

lib. 4. ἀλι-
τικῶν.

lib. 5. de hist.
anim. cap. 17.

lib. 9. cap. 8.

ὄν (καρχαρία). vbi dentium nulla planè mentio. Cum enim mu-
giles carniuori minimè sint, quid dentibus opus est? Plato teste A-
thenæo Cestreos appellauit ἀσίτους, id est ieiunos. Eandem ob causam
Oppianus iustissimos. Caterùm horum innocētia ab inimicis mini-
mè tuta est: deoratur enim mugiles à lupis, viuuntque etiam subla-
ta cauda, vt refert Athenæus ex Aristo. lib. de animalium moribus &
vita. Idem etiam Aristoteles lib. 1x. de Hist. animal. His omnibus at-
que adeò sibiipfe repugnare videtur Aristo. quum ait, λαίμαργος ὁ μά-
χιτα τῶν ἰχθύων ἐστὶν ὁ κεστρεύς, καὶ ἀπληστος, εἴθ' ἢ χαλῖα πωρεθίεντες, καὶ ὄσον
ἢ μὴ ἡστίς, φαύλος. maximè omnium piscium gulosus est cestreus & in-
fatiabilis: quare venter distenditur, & quando ieiunus non fuerit in-
ers. Verùm si istud attentius expendas, nedum non repugnans, sed
maximè superioribus consentaneum esse intelliges. Cum enim Mu-
giles nihil solidi cibi capessant, neque etiam si velint, is in ventriculū
influere possit, necesse est omnino, vt vel limū vel mucū, vel aquam
subinde ingerāt atque intrudāt, quo refici sustinerique possint: quo-
niam quæ liquida sunt, citius permeant nutriuntque, ac velocius ex-
cernuntur. Quare frequentius cibum fumere coguntur, qui huius-
modi vescuntur cibis, sicuti & ij qui lubrica sunt aluo. Contra quæ
crassa, densa ac solida tardiùs pertranseunt, harētque diutiùs ac
firmius, atque dissipatu difficiliùs nutrimentum partibus corporis
suppeditant. His igitur qui vescuntur, diutiùs famem ferre possunt.
Quæ certiora sunt quàm vt longiore oratione demonstrari debeant.
Quemadmodum verò gulosos infatiabilesque mugiles efficit cibus
liquidus frequentissimè ingestus, vt mucus vel aqua, ita etiam sala-
ces, vt opinor, ob flatuum, quos is cibus gignit, copiam. Plinius. Mu-
gilibus tanta salacitas, vt in Phœnice & in Narbonensi Prouincia
coitus tempore è viuariis marè linea longinqua per os ad branchias
religata emissum in mare, eadēque linea retractum, fœminæ se-
quantur ad litus, rursusque fœminam mares partus tempore. Hac li-
bidinis veluti esca, ad mugiles capiendos vtuntur piscatores: quam
capiendi rationem descripsit Oppianus. Parit mugil maximè qua
flumina ingrediuntur in mare. Mugil. inter primos partum accele-
rat, inquit Aristoteles: parit enim hyeme, vehementi motu cietur ce-
streus donec pepererit, à partu quiescit. Amnes subit testibus Aristo-
tele, Strabone, Galeno, Plinio. Idem nos experientia docet. Nam in
Garumna, Rhodano, Sequana, Ligeri capiuntur. Magna mugilū co-
pia, in stagno nostro capitur, quod etiā. annotauit Plinius, quo loco
narrat, quonampacto homines cum delphinis mugiles piscantur. Et
nos vidimus mugilū luporūque capturā vno retis iactu centū au-
reis coronatis vānisse. Quin & saltu retia aliquando transiisse vidi-
mus: hac enim ratione euadunt, & vitæ suæ consulunt, quod etiam
elegan


lib. 3. ἀλι-
τικῶν.

eleganter descripsit Oppianus.

Κεστρεύς μὲν πλεχθήσιν ἐν ἀρχαίῃσι λινοῖο
Ἐλθόμενος, δόλον ὄντι παρ' ἰδρομον ἠγνοήσεν.
Υἱὸς δὲ ἀναθρώσκει λελημένος ὑδάτος ἀκέρως
Ὀρθὸς ἀνω σπεύδων, ὅσον ἄνεος ἀλμαλι κέσφω
Ὀρμήσαι, βελήης δὲ σαδφρονος ἐκ ἐμάλῃσεν.
Γολλάκι γὰρ ῥιπήσι καὶ ὑστατα πείσματ' αὖ φελῶν
Ῥινθίως ὑπερᾶλλο, καὶ ἐξήλυσε μέροιο.

Ventriculus mugilum in cinerem redactus, & in cibo sumptus ven-
triculi exoluti vires non minus reficit quàm ventriculi gallinarum
pellis interna. Corroborat enim, & redundantem humiditatem ab-
sumit. Idem præstat in furno siccatus, ablutūque vino albo, & aqua
absynthij vel menthæ. Elixus in vino, & ex aceto sumptus vomitum
comescit. Idem efficiunt intestina sublato pingui. Nam omne pin-
gue ventriculum laxat. Lapides in cerebro reperti aduersus nephri-
tidem valent. fel aduersus oculorum suffusiones, estque minùs acre
quàm pastinacæ, draconis aut scorpij fel.

De Myxone.



CAPUT IIII.



VCONEM Quem à muco appellauit Gaza, ea-
dem ratione Græci μύξονα, siue μύξονα, siue μύξινον, à no-
mine μύξα, quæ nihil aliud est quàm mucus, & pitui-
tosus humor. Galenus in comment. in Aph. Hippo.
ἀθροῖζέται πολλάκις ἐν τοῖς ἀρθροῖς χυμὸς φλεγματώδης, ὃν ὀνομά-
ζουσι μύξαν, Aceruatur sæpe humor pituitosus in articulis, quem μύξαν
nominat. Aristotel. ὁ βόσκουσι δὲ ὁ παρὰ τὴν ἡμῶν τὴν ἀπ' ἀλλοῦ. Peræas
muco tantum suo pascitur, vnde huic pisci nomen. Plinius Græ-
cam vocem retinuit: nam myxona vocat. Prouinciales & Ligures
maxon. Nostri communi vocabulo muge. Sapore succique præstantia
capitoni & cestreo postponit Hicesius apud Athenæum. Ἀριστοῖ δὲ εἰσὶν
οἱ κέφαλοι, καὶ πρὸς τὴν γαστήρ, καὶ πρὸς τὴν εὐχυλίαν, δεύτεροι δὲ εἰσὶ τῶν
οἱ λεγόμενοι κεστρεῖς, ἢ ὁσόνες δὲ οἱ μύξινον. Caue autem ἦοσόνες referas ad
corporis magnitudinem: certum enim est hîc succi bonitatis col-
lationem fieri non quantitatis. Est enim myxon cestreo omnino

lib. 6. ἀρβο-
comment. ἡ-
timo.

lib. 3. cap. 7.

libro 7.

similis, sed magis mucosus, capite minùs acuto, carne magis glutinosa. Easdem partes internas habet quas cestreus. Bacchum vocatum fuisse priùs diximus, fortasse quia caput quodammodo rubescat circa labia & branchiarum opercula, soléantque bacchos ebriosos vocare, vel quia natando, huc illúcque temere feratur ebriosorum more.


Ibidem.

Locus est Dorionis apud Athæneum. Διαφέρειν τε φησὶ κεφάλῳ κεφαλῶν, ὃν καὶ βλεφάρων καλεῖται. qui quidē locus cum me diutius torfisset, neque de eo certi quicquam ab vlllo extorquere potuissē, venit tandem mihi in mentem βλεφάρων mendosè legi, cum nusquam alibi vocabulum hoc pro pisce reperias, neque vlla ratione ab aspectu mugilem vllum βλεφάρων possis appellare. Quare μύξινον dici κεφαλῶν crediderim, quòd cephalo capitis magnitudine ferè par sit, eoque minùs acuto quàm cestreus, & pro βλεφάρων legendum βλεννῶν vel βλενωδῶν, id est, inertem vel mucosum. Idem enim significat βλέννα quod μύξα,

Lib. 8. de visu
piscium ca. 6.

ut scribit Galenus. μεγάλη δὲ πῖστις τῆς ἀραβίης τὸ κατ' αὐτὰ τα μύρια σκεπάσματος, καὶ ἡ πολλὰ κίς γνωμένη τῶν ἀνωθεν περιττωμάτων ἀθρόα κένωσις, ἀδὴ βλέννας μὲν οἱ παλαιοὶ καὶ κέρυζαν ὀνομάζουσι, μύξας δὲ οἱ νεώτεροι. Non absurdè igitur βλέννος vel βλενωδῆς à βλέννα νιμύξων à μύξα dici poterit. Si quis tamen certiora, & huic Athenæi loco accommodatiora adferre potuerit, libenter ei assentiar.

De Chelone.




CAPUT V.

CHELON siue χελών Græcis, labeo Latinis, Ouidio labrus, nostris *chaluc*. Piscis est cephalo similis, capite paulò minore, oculis prominentioribus, sine pellicula illa molli, veluti pituita concreta, quam veluti palpebram habet capito. Lineas nigricantes à branchijs ad caudam æqualibus spatijs distantes, protensas habet, vnde *vergadelle* à quibusdam vocatur. Labra crassa, spissa, prominentia, vnde χελώνος & labeonis nomen. Partes internas capitioni similes habet, nisi quòd capitionis fel magis flauescit. Limo vescitur, nec admodum pinguescit, ut cestreus. Quamobrem ieiuni epitheton non solum cestreo sed etiam

etiam reliquis mugilibus conuenire potest: omnes enim à carne abstinent. Labeo quantum ad succi bonitatem suauitatemque attinet omnibus posthabetur. Hicestius apud Athenæum καλεῖται ὁ πάντων οἱ χελώνες. Omnium infimi sunt labeones. Quod verò sequitur οἱ λεγόμενοι βάκχοι ὄχουλοι ὅ ἐστὶ σφοδρα, καὶ ἔ πολλύβοροι, καὶ ὄκρηλοι. Si ad chelonas qui & bacchi dicuntur referas, locus costare non potest: si enim chelones omnium deterrimi sunt, quò fieri potest, ut sint & boni succi & excretu faciles? Quare sic legendus locus videtur. καλεῖται ὁ πάντων οἱ χελώνες. οἱ ὅ λεγόμενοι βάκχοι ὄχουλοι. &c. ut alij, scilicet vel capitiones vel myxini dicantur bacchi. Nā autore Plinio myxones dicti sunt banchi qui quamuis capitionibus cestreisque postponantur, tamē non sunt deterrimi, ut labeones, sed satis boni succi & excretu faciles. Quamquam bacchi vel banchi nomen in plures competere in superioribus ostendimus.

De Mugile Alato.




CAPUT VI.

DOSSET Mugil alatus siue volans, cum hirundine & aliis volantibus depingi & describi. Sed quia & corporis figura, & victus ratione planè mugil est: ideo mugilibus aliis subiunxi. Delatus est ad me frequenter ex ea parte maris nostri, quæ Rhodanum excipit. Misit etiam ad me aliquando Fraciscus valeriola vir optimus, & medicus doctissimus, pro hirundine marina, quod se extra aquam efferrat volètuque. Neque me latet Romæ etiam pro hirundine haberi & *Rondola* vocari: quem verò pro hirundine exhibebimus miluum credi & vulgò dici *miluo*. Sed hæc falsa sunt, & à veterum sententia aliena. Nam Speusippus apud Athenæum similes esse ait, cuculum, hiru-

Libro 7.

dinem, mullum, vt clariùs ostendemus quum de hirundine tractabimus. Quare cum isti à nobis hìc depicto pisci nulla planè sit cum cuculo, aut mullo similitudo, sed planè mugil sit, & figura, & victus ratione, longissimis pinnis, quas alas vocant, solum additis, mugilem alatum appellare oportet, & ab hirundine distinguere. Agathéses falconem marinum vocat. Piscis est marinus, litoralis, maris stagna aliquando subit, cubiti magnitudinem attingit, cestreū corporis habitu, colore, figura planè refert, pinnis caudaque exceptis. Os illi paruū, maxilla inferior superiore maior. Dentibus caret. Oculi rotundi sunt & magni. Caput dorsumque latiuscula mugilum modo. Squamis tegitur magnis. Pinnæ quæ ad branchias sunt longissimæ latissimæque ad caudam vsque pertingunt. Ventrìs pinnæ inferiore loco quam in aliis sitæ magnæ sunt ad caudam vsque extensæ. Alia est parua à podice, cui quæ supraposita est, magnitudine par est. Cauda in duas pinnas definit, inferior superiore maior est, còtrà quam in vulpe, aut sturione. Lineam non à branchiis, vel à capite, aliorū pisciū instar, sed à pinnis ventris ad caudam ductā habet. Internæ partes, huic omnino eadē sunt, quæ reliquis mugilibus. Carne quoq; & succo similis est.

De Lupo.



CAPUT VII.



ABPAX Piscis à Græcis dicitur qui à Latinis lupus. Hodie à Romanis *lupasso* & *spigola*. A Liguribus *lounazzo*. A Venetis *varolo*. A folis Hethruscis *Araneo*, ab Hispanis *lupo*. A Gallis *lubin* pro *lupin* à lupō. Apud nos pro ætate nomenclationē habet, minor enim

enim *lupasso* quasi paruū lupum dicas, vt apud Græcos *λαβράκιον*, maior *loup* vocatur. Lupi verò nomen à voracitate posuerunt Latini, non quòd à Græcis *λύκος*, sed *λάβραξ* à vi & voracitate dicatur. Athenæus. Nominatus est *λάβραξ* παρὰ τῶν λαβρότητων. & Suidas. τὸ πρόσημον περιποιται, ὅτι κέχληεν ἀντὶ τῆς φόβου, καὶ ἀθρόου καὶ λάβρου ὅδε λαοῦ καὶ τῶν δὲ, ὅθεν καὶ ὄχιερως ἀλίσκεται. Ideo appellatus est *λάβραξ*, quia illi hiat os, & repente ac cum impetu voracitatēque escam deuorat, qua de causa facilè capitur. Luporum duo videntur esse genera. Alius enim varius est, teste Columella, id est, cuius dorsum ex albo cæruleum est, venter candidus, nigris maculis conspersus. Alius sine maculis, qui appellatur laneus, siue lanatus à candore molliciæque carnis autore Plinio. Vterque in mari, marinis stagnis, fluuiorum ostiis, & fluuiis reperitur, non quòd in fluuiis nascatur, sed quòd è mari marinisve stagnis fluuios subeat. Est igitur lupus piscis marinus, magnus, spissus, squamis tectus mediis, ferratis: capite oblongo, magno oris rictu & hiatu, sine dentibus, vel quia ob oris magnitudinem facilè prædam deuoret, vel quòd ita voluerit natura, vt illi piscibusque reliquis consuleret. Si enim os dentibus armatum foret, vix pisces eius impetum effugerent, ipsèque præ infatiabili vorandi cupiditate interiret. Dentium autem loco ossa habet aspera in palato, linguam osscam & adhærentem. Operculum branchiarum osseum, ferratum. Branchias quaternas. Oculos magnos. Lapidēs in capite, quapropter lupum in iis numerat Aristoteles, qui à frigore infestantur. Ob lapides enim à frigore congelantur & moriuntur, cui aliam rationem addere possumus. Quòd lupi in sublimi natent, eoque magis frigoris iniuriis opportuni, maximè seniores. Qua de causa frigoris vi mortuos sæpe in nostris stagnis reperiunt piscatores. Qui verò in imis & abditis gurgitibus hyeme latent, minus à frigore læduntur, ne hyeme moriuntur, etiamsi lapides habeant in cerebro, vt soleæ, passerēs, afelli, coracini, scari, lati, vmbra, hepatis. Lupus ventriculo est longo, magno, cum aliquot appendicibus, latis intestinis & in gyros contortis, pinguedine obductis. Splene magno, rubescente. Hepate magno in quo vesica fel viride continens. Locus est sub spina dorsī multo aëre plenus. Ad branchias & in ventre pinnæ binæ sunt. In dorso acuti & inæquales aculei, tenui membrana colligati. Caudam versus pinna alia aculeo vnico innixa, tribus verò ea quæ est à podice ad caudam. Cauda in pinnam vnicam definit. Linea à capite ad caudam ducitur. Qui minor est, inspersas nigras maculas habet, quibus caret maior. Qui in mari degit, dorso est ex cæruleo candido, qui verò in ostiis fluminū, totus ferè candidus est. Lupus carne vescitur, nonnunquam alga, luto & squillis, quæ deuorata aculeo quem in fronte gestant lupum interficiunt. Bis anno parit, maximè vbi amnes

Lib. 8. cap. 17.

Lib. 9. cap. 17.

Lib. 8. de hist. anima. ca. 17.

Arist. lib. 5. de hist. cap. 5. Plin. lib. 9. cap. 51.

in mare influunt, præsertim in stagnis nostris. Hæ sunt à veteribus omnibus tradita lupi notæ, quæ cum præter gentium ferè omnium appellationes maximè consentientes, lupo nostro appositissimè conueniant, nos lupum verum exhibuisse constat. Fuerunt tamen qui longè secus existimarint. Nam alij lupum eum esse tradiderunt, qui nunc sturio vocatur, quòd lupo Tyberinus longè omnium piscium apud Romanos esset laudatissimus, & is maximè qui inter duos pontes caperetur. Cuiusmodi cum sit nunc sturio, omnium scilicet piscium qui lautioribus mensis apponuntur præstantissimus, eum lupum veterum dici oportere. Sed quàm vana futilisque sit hæc ratio, nemonon videt. Sic enim quicumq; in Tyberi delicatissimi optimiq; essent pisces lupi dici possent. Præterea notæ vtriusque valde inter se pugnant. Lupus enim squamosus est, sturio minimè, lupo carniuor & voracissimus est, sturio autè minimè. Sed hæc quia nota sunt, longiore probatione non egent. Probabilior est, falsa tamen eorum sententia, qui lupum esse arbitrantur quem Latini lucium, Galli *brochet* appellant, vocis significatione in hunc errorem inducti, quia Lucius quasi *λυγος*, id est, lupo dicitur: est enim lucius etiam voracissimus. Sed hoc interest, quòd lupo marinus sit piscis, aut si in fluuiis reperiatur, huc ex mari subierit, testibus Aristotele, Galeno, Athenæo, Plinio, cæterisque omnibus veteribus. Lucius verò fluuiatilis est, palustris & lacustris. Nonnulli quas troctas vulgus vocat, censuerunt lupos esse maculatos. Quam opinionem duo maximè falsam esse arguunt. Nam troctæ vulgò dictæ (de his enim hîc loquimur) in Tyberi, præsertim inter duos pontes non capiuntur, sed harum copiam maximam, suburbani amnes omni tempore suggerunt, vt ex Reatinis, Sublaqueanisque, & ipso Tyburtino amne quotidie videntur. Deinde troctæ in fluuiis fontibusque tantùm capitur, frigidioribusque locis gaudet. At lupo in mari & marinis stagnis degit, frigidioribusque locis vehementer peritescit, adè vt præ frigore emoriatur, quemadmodum iam dictum est. Quare refutatis his ad lupum verum quem oculis subiicimus, reuertamur. Galenus alimentum quod ex pelagiis lupis prouenit, sanguinem ait consistentia tenuiorem gignere, quàm quod ex pedestribus animalibus prouenit, adè vt non copiose nutriat, & celerius discutiat. Et apud Athenæum Hicæsius λέβρακες ἔχουλοι εἰσι, καὶ ἔ πολλοὶ τροφοί. Quum vterum gerit deterior est, contra cæterorum piscium naturam. Qui in Agathensi portu capiuntur, aliis sunt candidiores, vt diuersi pisces esse videantur, non colore solùm sed etiam sapore: sunt enim hi laxiore & molliore carne, sapore minùs grato. Apud Miletum Asiæ ciuitatè maximos & plurimos fuisse lupos, autor est Suidas, propter stagnum influens in mare: gaudet enim hic piscis aqua dulci. vnde Labrax Milesius prouerbio in stolidum & auidum dicebatur, quia pisc

Lib. 3. de alim. facult.

Libro 7.

piscis lato est oris rictu, ob id escam totam vnà cum hamo ferreo faucibus corripit, qua de causa facillè capitur. Aristophanes tamen apud Athenæum labraca piscem sapientissimum appellat.

Λάβραξ ὁ πάλιν ἰχθύων Γφώζτος.

Ob astum fortasse, quo vt se seruet, vitur. Plinius ex Ouidio. Lupum piscem rete circumdatum arenas arare cauda, atq; ita conditum transire rete. Idem cecinit Oppianus:

Λάβραξ ὃ πλερύγεσσι διὰ ψαμάθοιο λαχίνας
Βόθρον, ὅθιν Δέξασθ' ἐὼν δέμους, ἦντ' ἐς ἄνω
Ἐκλήθη, καίτοι μὲν ἐπὶ ἡδοναίς κ' ἔχουσι
Δέπτον ἀπαλιήες, ὅδ' ἰχθυὶ κείμηνος αὐτῶς
Κασσιώας ἠλυξέ, καὶ ἔκφυγε ἀρκίω δλέθρῳ.

Luporum optimi sunt pelagij, his succedunt qui in marinis stagnis, tum qui in ostiis fluminum capiuntur, postremò fluuiatiles: humidior enim excremento redundant. Omnium insaluberrimi sunt, qui in Tyberi inter duos pontes, qui circa Arelatem, aut in portu Massiliæ aluntur: illic enim luto, sordibus, stercorebus, pisciculisque ex his alitis nutriuntur. Hinc constat veteres non semper quæ salubria, sed quæ gulæ tantùm palatòque lenocinarentur probasse, qui lupum inter duos pontes iactatum tot laudibus efferebant. Eadem ratione vituperandi sunt cyprini, qui Lugduni in Arari capiuntur, cum contra vulgus imperitum eos multùm præferat iis, qui procul ab vrbe in pura aqua degunt. Quocirca ex victus ratione, locisque in quibus pisces degunt, succi probitas vel improbitas colligenda est, vt rectè docet Galenus. Lupo elixus in aceto & iure albo febricitantibus conuenit, sanis etiam assus in craticula. Hepar assum & mali arantij succo conditum, delicatissimum est, quod neque galli gallinacei, neque anseris hepatis tantoperè à veteribus celebrato cedat. Sunt etiam luporum ὠδὲ βείρα, quæ etiam *Botargues* vulgus vocat. Lapidem, qui in capite inueniuntur, aduersus nephritidem conferre creduntur, quemadmodum multorum aliorum piscium lapides, cuius rei causam esse arbitror non cæcum aliquem horum lapidum effectum, sed grauitatem tantùm, à qua deprimitur renum calculus. Hoc postremo loco non inutile fuerit locum Plinij expendisse. Foroiulienses, inquit, piscem ex quo garum faciunt, lupum appellant. Suspicio Plinium non intellexisse ex lupo, de quo hoc capite diximus, garum fieri: sed cum ex aphyis garum confici solitum dixisset, subiunxit à Foroiuliensibus fieri etiam ex pisciculo, qui inter aphyas numeratur, & encrasicholus vocatur, vel lycostomus ab oris scissura, vt docuimus cum de pisciculis ageremus, vt quæ alij lycostomum, hîc Plinius lupum nuncuparit.

Libro 7.


Lib. 32. cap. 2.

Lib. 3. ἀλιούτικον.

Lib. 3. de fac. aliment.

Lib. 31. ca. 8.

De Lipari.




CAPUT VIII.

NOLVI Te, candide lector, piscem hunc tam rarum & spectatu dignissimum celare, quem cum aliquandiu feruare vellem, totus in oleum abiit, qui euentus me impulit, vt liparim, cuius meminit Plinius, nominem, quasi λιπαρον, id est, pinguem. Quanquam sint qui Plinij locum emendent, & pro liparis, legant lelepris, qui piscis alio nomine ab Hesichio φυκίς dicitur. Piscis hic, quem liparim vocamus, capite terrestrem cuniculum refert, ore est paruo, sine dentibus, sed maxillis asperis, virgam habet satis latam à capite ad caudam, squamis paruis tegitur. Pinnas ad branchias, & in ventre binas habet, aliam à podice ad caudam, aliam à ceruicis loco ad eandem continuam, sine aculeis. Cauda in duas desinit. Adeò pinguis est, vt non ventri intestinisque solum infarcta sit pinguedo, veluti in mugilibus & lupis, sed etiam sub cute carnis loco nihil aliud videatur esse quam pinguedo, vt liparis siue λιπαρός optimo iure nuncupetur. Succo est molli, pingui, insipido, quo ventriculus euertitur, aluísque cietur. Eum non temere huic loco apposuimus: est enim corporis habitu, & victus ratione mugilibus similis. Audio ab his, qui nunc Græciam incolunt, aliosam quandam λιπαριν vocari.

Lib. 32. cap. 11.

De Asello.



CAPUT IX.

NOΣ Piscis Græcè dicitur, & ὀνίχους teste Galeno. Quos Philotimus ὄνος nominauit, alij ὀνίχους nominant. Ipse quoque eisdem diuersis in locis ὀνίχους appellat. Aristoteles semper ὄνον. Gaza, Latinique omnes, Varro, Ouidius, Plinius asellum vocarunt, per-

Lib. 3. de Aliment. facul.

Lib. 8. metho. ca. 2. & lib. 7. cap. 6.

perinde ac si semper ὀνίχους, & nunquam ὄνος à Græcis dictus sit. Ligures hodie quoque asello nominant. Alij asino, alij nasello. Nostri merlus quasi maris luciū: huic enim oris scissura caudaque valde similis est. Galli etiam merlus vocāt. A colore verò asellus dictus teste Varrone, idem innuit Ouidius.

Lib. 4. de ling. lat. in Halient.

Et tam deformi non dignus nomine Asellus.

Vt vt ista se habeant, non semper ὀνίχους hunc piscem quē hic oculis subiicimus, qui & ὄνος dicatur, apud veteres significat. Athen. διαφέρει ὁ ὄνος ὀνίχους, ὡς φησὶ δωδεκίων, ἐν τῷ περὶ ἰχθύων γεράφων ἔτος. ὄνος ὄν καλέσκει τινὲς γάδοι, γαλλερίδας ὄν καλέσκει τινὲς ὀνίχους τε, καὶ μάζην. Differt ὄνος ab ὀνίχους, vt ait Dorion in lib. de piscibus sic scribens. ὄνος quē vocant quidā gadon galleridas quē vocāt quidā onifcon. Paulò antè id multò apertius ostendit. δωδεκίων ἐν τῷ περὶ ἰχθύων, τὴν ποταμίαν φησὶ μύραμιν ἔχει μέλαν ἀκαυθάν μόνω ὄμισαν τῷ ὀνίχου τῷ καλεμένῳ γαλαελα. Dorion in libro de piscibus scribit fluuiatilem murænam, spinam vnica solū habere, onifco qui galarias dictus est, similem. Qui hæc asello competere possunt, quem spinas permultas habere constat. Pauci sanè sunt pisces, quibus vnica sit spina, murænae fluuiatilis modò, quam lampetram nostram esse suo loco ostendemus. Quinetiam Oppianus manifestè ὄνος & ὀνίχους distinxit. Nam ὀνίχους inter eos numerat, qui in cœno, lutulentisque litoribus degunt. Deinde ὄνος inter eos qui in alto mari perpetuò versantur.

Lib. 7.

Lib. 1. ἀλισητικῶν.

Ἄλλοι δ' αὖ παλαιῶν καὶ ἐν τεύχεσσι θαλάσσης
 Φέρβοναι, βαλίδες ὄ, βοῶνθ' ὑπέροπλα γένηθλα,
 Τρυγάντ' ἀργαλέη, καὶ ἐτήτυμον ἔνομα ναρκη.
 Ἐπὶ θάλασσῃ κλαελαί, καὶ περγλίδες, ἔργατ' ὀνίχους.
 Et non multò post.
 Ἄλλοι δ' ἐν βένθεσσι ὑπόβρυχι μιννάξκει
 Φωλφοῖς.

Ex his cum aliquot enumerarit, adiungit
 Ἐν ὃ ὄνος κένοισ ἐναεθμιος, ὅς περὶ πάντων
 Πήσοδ' ὄπωροιο κινὸς δεμείαν ὄμοκλῶ.
 Porro quid simile habet ὀνίχους chirurgicum instrumentum apud Hippocratem cum asino: Quare etsi ὀνίχους per diminutionem dicitur ab ὄνος, non vbique tamen asellum cōuerterim. Nec ὀνίχους Dorionis asellum piscem à Latinis nominatum esse crediderim, vt demonstrabimus quum de acipensere dicemus, quamuis hunc de quo nunc agimus, modò ὄνον, modò ὀνίχους Græci, Latini verò asellum tantum nominasse videantur. Huius aliquot sunt genera in Oceano, veteribus fortasse incognita, de quibus deinceps dicemus.

Ac primùm de eo qui *merlus* à nobis dicitur. Asinus igitur siue merlucius piscis est pelagijs, cubitali magnitudine, aliquando maiore. Dorso cinereo, ventre candido & argenteo, cauda quadrata, capite prominente & depresso, oculis magnis, magna oris scissura. Maxilla inferior superiore paulò longior est, & latior, in vtraque non solum dentes sed etiam in palato acuti, in os recurui. In interiore oris parte post linguam ossa sunt, parte superna, infernaque aspera, & in gula è regione cordis duo alia reliquis longiora quæ obitât, atque præpediunt, ne pisces dum deuorantur, in gulæ angustias compulsi, aculeorum asperitate cor vulnerent: est enim valde gulosus hic piscis. Branchias quaternas habet duplices, inter quas situm est cor figurâ ossis dactylorum, id est, fructuum palma, pericardio contactum supra septum transversum situm, tribus constans partibus, vt in cæteris piscibus, quas suo loco perspicuè declarauimus. Ex quibus liquet minimè verum id esse quod de hoc pisce scribit Athenæus. *κεν μόρος ἔτος ἰχθύων τὴν καρδίαν ἐν τῇ γαλίᾳ ἔχει.* Solus hic ex piscibus cor in ventre habet. Nam si *γαλίᾳ* nomine cavitatem illam intelligit quæ diaphragmati subest, *ἀνοψία* id falsum esse conuincit. Sin eam etiam cavitatem quæ superior est diaphragmate, eadem in parte cor habet, qua alij omnes pisces. Neque video cur natura instituti sui oblita, in hoc pisce potius quàm in alio, cor à ventriculo, interstinisque diaphragmate non secluserit, cuius vsus in piscibus alibi exposuimus. Cæterum asinus ventriculo est magno, superiore parte lato, inferiore in acutum desinente, quem hepar albescens veluti manu complectitur, magis dextra parte, quàm sinistra, ex quo fellis vesica pendet, felle viridi distenta. Ventriculum sequitur angusta ecphysis, cui cõtinent est latum & amplum intestinum, quod rursus angustatur, graciliusque fit. Splen in mesenterij medio situs rubescit. Spinæ dorsû subest vesica aère plena. Pinnis natat quatuor: quæ in supina parte sunt, fluuiatilium quorundam modo ori propiores sunt, quàm quæ ad branchias sunt posita. Podex non multum infra locatus est, à quo ad caudam pinna continuatur. Huic similis est alia in dorso ad caudam ferè protensa. Hac rursus alia breuior, mox à capite ceruicis loco. Linea à superciliorum loco ad caudam ducitur. Galenus scribit asellos, si probo vtantur alimento, & mari puro carnis bonitate cum saxatilibus contendere. Qui verò prauo, alimento vtantur, aut in aquis mistis, & potissimum si eæ vitiosæ fuerint, degunt, carnis quidem molliem non abijcere, sed pinguitudinem & lentorem acquirere, propterea neque suaves amplius, vt ante, manent, sed alimentum ex seipsis excrementitium reddunt. Et in libro methodi medendi septimo, in iis numerat

cibus

cibus qui & boni fucei, & concoctu faciles, minimèque glutinosi sunt. Et alibi, molli esse carne, nec minus probandos esse quàm saxatiles atque ex iure albo febricitantibus esse apponendos scribit. Quare asini carnes quidem sunt molli, sed non æquè ac saxatiles friabili, nonnunquam etiam ferinum quid respiciunt, id quod non in hoc tantum pisce, sed in omnibus ferè alijs piscibus & auibus, atque omnibus animantibus quæ carne solum vescuntur comperias. Idem igitur asinis accidit quod multis: hi enim quamuis in præstantissimis piscibus habeantur, tamen pro diuersa victus ratione, vel meliores, vel deteriores efficiuntur. Iecur aselli delicatissimum est, & cum nulli iecinore comparandum. Latet æstate si Aristoteli credimus, longo tempore: indicio est quod non nisi longo tempore post capiatur, nostri tamen piscatores omni ferè tempore asellos capiunt. Plinius. Duo asellorum genera sunt. Callariæ minores, & bacchi qui non nisi in alto capiuntur, ideoque prælati prioribus. Et alibi. Callarias asellorum generis, ni minor esset. Et Athenæus, vt initio capitis diximus, *ὄνον* ab *ὄνιχο* ex Dorione differre tradit. Quæ duo *ὄνον* scilicet & *ὄνιχος*, si quis semper confundenda esse putet, fateatur necesse est asellum, qui vulgò nunc ab omnibus pro merlucio habetur, neque *ὄνον*, neque *ὄνιχος* dici posse secundum Aristotelem *ἐν τῷ περὶ ζωνιῶν* citante Athenæo. neque enim merlucius os habet *ἀνεβήστος* *ὄνιχος* *τοῖς γαλίαις*, id est, apertum & hians similiter ac galei, id est, in parte supina, sed os habet in promptu partèque primùm obuia, hians quidem sed non vt galei. Præterea non est *ἡ ζωαγελαστὸς*, id est, solitarius: hoc enim falsum esse apparet, ex magna asellorum captura, quæ fit in Anglia, Scotia, alijsq; in locis, ex quibus per totam Europã sale conditi & exiccati conuehuntur: neque enim tanta merluciorum copia simul caperetur nisi gregatim natarent. Iam verò nec illud quadrat, quod *τῷ ὄνι* tribuit Aristot. Obruant arena sese, asinus, raia, passer, squatina, cumque nullam sui corporis partem non tectam reliquerint, verberant radiolis sui oris quos piscatores virgulas vocant, quas pisciculi cum aspexerint, adnatant, quasi ad algas quibus vesci soliti sunt. Has virgas ad alliciendos pisces in merlucio nusquam videas, quæ in squatina manifestissimæ sunt. Postremo neque merlucius *ποικιλοστροφος* est, cum Epicharmus apud Athenæum *ὄνις ποικιλοστροφος* vocet. Nulla, inquam, harum notarum merlucio qui *ὄνος* & *ὄνιχος* appellatur, inest. sed ei apertissimè insunt, quæ nos *ὄνιχος* capite de acipensere esse demonstrabimus. Quare *ὄνον*, & inde hypocoristicon nomen *ὄνιχος* fateor à Galeno & veterum per multis pro eo accipi pisce, quem hîc depinximus, qui que merlucius vocatur. Ab alijs verò vt à Dorione *ὄνιχος* pro alio longè diuerso, qui

Lib. 8. meth. cap. 2.

Lib. 8. de hist. cap. 5.

Lib. 9. cap. 17. Lib. 32. cap. 11.

Libro 7.


Lib. 9. de hist. ani. cap. 37.

Libro 7.

& γαμπελάς & γαμαρίας, & χεμάρις nominatus fuit, multò maior merlucio. Et si dissentiat Plinius qui callariam minorem asellum facit. Qui *ὄψιχος* cum in magnâ molem accrescat veluti diminutiuum nomen ab *ὄψος* in hac significatione non considerabitur, in qua etiam *ὄψος* ab Aristotele dicitur, quum de radiolis oris eius loquitur loco paulò antè citato. Ex his perspicuum est etiam veteres nomina ista confudisse. Hoc tamen capite à vulgari omnium huius temporis doctorum hominum sententia non recedimus, qui merlucium asinum siue asellum esse credant, idque non sine ratione. Primum id ostendit cinereus color, qui cum asinorum color sit, ab eo aselli pisces dicti sunt. Varro. Alia piscium vocabula à coloribus, vt hæc, asellus, vmbra, turdus. Deinde lapides in cerebro molis similes. Postremò caro mollis & friabilis. Hæc de prima asellorum specie.

Tr. 4. de ling.
lat.

De Secunda Asellorum specie.




CAPUT X.

QVI Vulgò à nostris *merlan* dicitur, asini species est minor, multumque ab eo pisce differt, qui à Venetis *pesce molle*, à Romanis *phycò* nominatur, qui est antiquorum phycis vt L I B. V. I. docuimus. Merlanus verò maris oceani piscis corporis habitu asino similis. Oculis magnis, perspicuis, coloris argentei. Squamis paruis tegitur, ore est medio. Dentés paruos habet in maxillis. Pinnarum numero, situque asino similis, hoc dempto quòd asinus duas tantum in dorso habet, hic tres. Linea à branchiis ad caudam sinuosa ducta est. Ventriculū magnum habet cum multis appendicibus, hepar ex candido rubescens, vuluam bifariam tantum diuisam, & non quadrifariam vt ineptè quidam scripserunt, id quod certo comperiet ex anatomie dissectandi peritus, qui pro vuluæ partibus vasa spermatica temere non acceperit. In capite calculos oblongos habet, non omnino rotundos quales habet plurimi alij pisces. Carne quidem friabili est, & molli sed nõ perinde ac phycis: vnde hos pisces comesos nõ maiori oneri esse ventriculo, quam si è zona appellè gestaretur, vulgò dicunt Galli,

Galli, qui duræ carnis pisces probant, cæterisque præferunt. Merlanus ob carnis mollitiem assus melior est quàm elixus. Quare in faragine fringendus farinaque aspergendus, vt partes contineantur, neque diffluant. Vescitur aphyis, caridibus, gobionibusque ignobilibus & paruis, atque aliis huiusmodi pisciculis, quos integros deuorat, non dentibus in frustra diuidit: dentes enim habet non ad incidendum sed ad retinendam prædam. Pisciculi verò in ventriculo in frustra discissi ideo reperiuntur, quòd cibi in ventriculo dum à calore natiuo immutantur & concoquuntur, comminuuntur & atteruntur. Quæ postrema ideo adieci, ne mirum quid aut huic pisci peculiare annotasse videretur is qui de piscibus nuper librum edidit.

De Tertia Asellorum specie.



CAPUT XI.

RE B V S Primum nomina posita sunt iis in locis, in quibus ipsæ nascuntur & proueniunt, quæ deinde seruant exteri, ad quas res eæ conuehuntur. Vt Germani oliuarum & malorum arantiorum nomina non mutauerunt: dicunt enim *Olif* & *Orang*, & nos zingiber, pipet, mumiam vocamus nominibus barbaris, quæ vnà cum rebus à barbaris accepimus. Sic *Egrefin* vel *Eglefin* vocamus piscem, cui Angli, Scotique, qui hoc piscis genere abundant, nomen dederunt. Est is ex Asellorum genere Græcis, vt arbitror, incognitus. Capite est magno, oris scissura magna, oculis magnis, rostro aquilino. Quod nonnullos impulit, vt crederent ouem marinam esse, sed non sine errore. Quam enim vocauimus vmbra, Græci huius temporis ouem marinam appellant. Sed de hac re mox. Pesci de quo nunc loquimur, è mento carnosâ appendix barba instar pro-pendet. Branchias quaternas habet, circa has, venulas veluti appendices sanguine plenas, instar lumbricorum contractas & corrugatas.

In faucibus ossa aspera asini modo. Similiter pinnas quatuor ad natandum, sed in dorso tres, à podice duas. Maculas aliquot nigras insperfas habet, sed non multas, vt in asino vario videre licet. Carne est molli & friabili. Hunc salitum à Britannis *Hadox* quidam vocari existimant. At mihi alium ab egrefino pro *Hadox* ostenderunt aliquando ichthyopolæ, qui latior erat, & ad eum quem *Goberge* proximo capite appellabimus propiùs accedebat. Hic mihi falsa eius opinio improbanda, qui egrefinum, veterum Græcorum esse *πρόβατον* & arietem autumat: quòd crista in ceruice promineat, in quo chameleonem & chameopardalum terrestrem æmulatur, quòdque præter apicem, etiam gibbum super naribus gerit, in terrestrium pecudum formam. Quid quæso pinna ceruicis loco cristæ instar erecta facit, vt *πρόβαλον*, id est, ouis marina dici possit? Ex ea verò nota sola, quòd gibbum super naribus gerat in terrestrium pecudum formam, effici non potest, vt ouis marina dicatur, cum umbra piscis non rostri solùm, sed totius oris forma terrenam ouem multò meliùs referat. Ridiculum autem id cum dicit se credere egrefinum *πρόβατον* & arietem esse: nam rationibus confirmare, vel veterum testimoniiis comprobare oportet, non temere credere. Deinde si *πρόβαλον* & arietem piscem pro vno & eodem accipit, vehementer errat: quoniam aperte eos distinxit Oppianus, qui *πρόβατον* cum iis numerat, qui in alto latent.

*Ibid. lib. 1. αλιω-
τικώμ.*

Ἄλλοι δ' ἐν βένθεσι ὑπόβρυχα μιμνάσκει

Φωλφοῖς πρόβατον τε καὶ ἵππατον.


Multò post *κρίον*, id est, arietem cum cetaceis.

Κήττα δ' ὀβριμόγυα, πειλάεα θάλασσα πόντος.

Quorum vim & immanitatem cum exposuerit, & ex his multos recensuerit, addit, *κελοί τ' ἀργαλέοι*. Item Plinius cum cetaceis & beluis marinis recenset Arietem. Et alibi. Tiberio principe contra Lugdunensis prouinciæ litus insularum, trecentas amplius beluas reciprocans destituit oceanus, miræ varietatis & magnitudinis, nec pauciores in Santonum litore, intèrque reliquas, elephantas, & arietes candore tantùm cornibus assimilatis. Rursus. Grassatur aries vt latro, & nunc grandium nauium in salo stantium occultatus umbra, si quem nandi voluptas inuitet, expectat, nunc elato extra aquam capite piscantium cymbas specularum, occultusque adnatans mergit. Ex his efficitur, neque *πρόβατον* & arietem eundem esse piscem, neque si idem esset, vllò modo eum esse, qui nunc egrefinus nominatur, tum quòd mores omnino repugnent, tum quòd cornua quæ arietis Plinius attribuit, egrefino desint.

De Quarta

De quarta Afellorum specie.




CAPUT XII.



ALIA Est asinorum species, quæ vulgò *goberge* dicitur, maris oceani piscis est, qui ex terræ parte nuper reperta salitus ad nos aduehitur, morhua siue molua latior & maior: hæc enim cubiti est magnitudine, aut non multò maiore, ille duorum cubitorum magnitudinem superat. Colore est cinereo, ventre falcato. Squamis tegitur. Ore est mediocri sine dentibus. Oculis satis magnis. Pinnarum numero sitùque superioribus duobus similis est. Cauda in vnicam definit. Linea à branchiarum suprema parte ad caudam obliquè producitur. Partibus internis asino similis est. Carne constat duriore quàm asinus, minùs glutinosa quàm molua. Piscis iste in aqua maceratus vel fuste contusus pauperiorum & rusticorum cibus est.

De quinta Afellorum specie.




CAPUT XIII.



ST Etiam inter oceani asinos, is piscis qui à nonnullis molua, ab aliis *Muschebout*, ab aliis *leopard* à maculis nominatur. Nos asinum varium appellabimus. Piscis est squamosus *gobergo* proximè descripto similis, item moluæ, sed maior. Dorso cinereo, multis maculis nigris consperso, ventre candido, falcato. Pinnas tres habet in dorso, à podice vnicā, duas ad branchias, duas in ventre, quæ magis ab ore sunt remotæ, quàm in asino & *gobergo*, in quibus duobus hæc

ventris pinnae, fluuiatilium piscium modo ori propiores sunt, & loco firmiori innixae. Ore est magno. Oculis minoribus quam gobergus. Dentes habet in maxillis. Internis partibus asino similis est. Hanc moluam maiorem esse puto: ei enim similis est hic piscis, & eodem modo maculatus. Substantia carnis ferè eadem: nam glutinosus est, sed minùs quam molua.

De Molua.




CAPUT XIII.

VÆ Molua vel morhua à Gallis nominatur, ab Anglis *morhuel*. piscis est maris oceani, magis corporis figurâ, quam carnis substantiâ asinis similis. Cubitum vnum longus est, & eò plus, pedem vnum latus. Ore est magno, dentes habet in maxillis. Ex inferioris maxillae extremo appendix carnosâ, veluti pilus è mento propendet. Oculis est satis magnis, parum acutè cernentibus. Inde Gallorum est proverbum, Oculi morhuæ, quod iacitur in eos, quibus infirma est & hebes oculorum acies: sic enim ferè semper accidit, vt qui magnis sunt oculis & prominentibus, maximè quibus lata est pupilla, parum acutè cernant ob maiorem spirituû dispersionem. Pinnas habet ad branchias & in ventre binas, partibus pronis tres, à podice duas. Dorsum cinereis fuluisq; maculis notatum, venter falcatus. Recens hic piscis carne est multò meliore, quam salitus & exiccatus: quippe cuius caro tum glutinosa adeò est, vt etiam butyro diu immersa (quod, vt pinguis omnia glutinosarum rerum adhaesionem impedit) digitis ita hæreat inter edendum, vt vix reuellatur. Cùm cõtrâ fieri oportere ratio ipsa suadere videatur, quòd sal calefaciat, extenuet & incidat. At cur glutinosior morhua tempore efficiatur, in causa esse puto tenuis humoris consumptionem. Quemadmodum in farina multa aquâ diluta euenire videmus, quæ si aliquandiu coquatur, tenuioribus partibus ab igne absumptis tam spissa glutinosaq; redditur, vt ea ad multa ferruminanda vtamur. Idem in sacchare in aqua dissoluto experieris: coctione enim glutinosius multò fiet. Salpam nonnulli pro molua vsurparunt, sed magno errore, vt iam docuimus. Alij Plinij ichthyocollam esse putauerunt, qui & pro pisce & pro eiusdem glutino ichthyocollam

Lib. 5. cap. 27.

collam vsurpat. Ichthyocolla, inquit, appellatur piscis, cui glutinosum est corium, idemque nomen glutino eius. Horum opinionem cum de ichthyocolla dicemus, improbabimus. Multò minùs Dioscoridis ichthyocolla dici potest: *ἡ ἰχθυόcolla λεγομένη κριλία ἐστὶν ἰχθύως κριλίας*. vbi fortasse non κριλία sed κριλλὰ legendum. Nam morhua piscis est Græcis veteribus incognitus, non cetaceus, vt ichthyocolla. Præterea ponticam præferunt Plinius & Dioscorides, at morhua in toto mari mediterraneo non reperitur. Neque verò, si ex morhua ichthyocolla, id est, glutinum fiat, rectè cõcluditur morhuâ ichthyocollam piscem esse. Fuerunt qui pisces quosdam cum asellis numerarunt, quos potiùs in mustellorum genera referri oportet: sunt enim longi & læues, similiter eum quem nos Plinij ophidion esse demonstrabimus, non rectè aselli speciem fecerunt. Postremò Angli Germaniq; pisces salitos & exiccatos *Stok fish* appellant, qui omnes asellorum generibus non comprehenduntur.

De Mustella vulgari.



CAPUT XV.

MVSTELLAM Nostri piscatores appellant, quam Ligures & Itali galeam, alij *pesce moro*. Græci hodie *gaidera psaro*. Piscis est marinus, lotè vulgò Lugduni nominatæ similis, vel phycidi antea à nobis descriptæ. Corpore est longo, fusci coloris, sine squamis. Ore satis magno, paruis dentibus. Ex maxillæ inferioris extremo cirrus vnicus & candidus propendet. E suprema verò maxillæ superioris siue rostri parte duo cirri eminent sed nigri. Pinnis duabus natat post branchias positus, item duabus alijs paruis in supina parte propius os accedentibus. Alia est pinna à podice longa ad caudam ferè attingens. Huic similis alia est in dorso, sed longior. In ceruice cirrus alius est, & vnicus velut paruae pinnae initium. Corpus in mucronatam caudam desinit, & in pinnam vnicae eiusdem figurae. Linea recta medium corpus intersecans ad caudam ducta est. Ventre est magno & paulùm prominente. Intus ventriculum habet ma-

Bb

gnum cum appendicibus. Intestina sine gyris ad podicem demissa. Hepar album sine felle. Squillis & pisciculis vescitur. Carne est molli & friabili, & ea in saxatiliū penuria, etiam egri vesci possunt, si elixa sit, sani frixa in sartagine. Sit ne hæc Plinij & Aufonij mustella, magna inter doctos contentio est. Plinius: Proxima est his mensa generis duntaxat mustellarum, quas mirum dictu, inter alpes lacus Rhetie Brigantinus æmulas marinis gerit. Aufonius in Mosella.

Lib. 9. cap. 17.

*Quaque per Illyricum per stagna binominis Istri
Spumantum indicis caperis mustella natantum.*


Plures hæc ad lampetras nostras referunt, quorum verior sententia mihi videtur, vt fusiūs capite de lampetra dicemus. Quare piscis quem hîc oculis subiecimus, à veterum mustella procul abest. Ob id mustellam vulgarem cognominauimus, quam ex asellorum genere esse puro, vt fortasse callarias sit, asellus minor Plinij. Quanquam hæc de re certi nihil statui posse existimem, nisi quòd affirmare possum, errasse eum qui callariam & clariam pro diuersis piscibus ponit, cum sit planè idem piscis, sed clarias ab Oppiano tantum per syncopen dicatur pro callarias.

Lib. 1. ἀλιό-
τικόν.

Ἰστρία, καὶ κλαρία, καὶ περιγλίθες, ἔργατ' ὀνίχων.

Idem mustellæ vulgaris picturam aliter quàm nos expressit, verum hæc, vt & mullæ aliæ eiusdè autoris piscium εἰcones, deprauatissima est, & à naturali figura alienissima. Alius ex Æliano scripsit mustellam breuem esse piscem similem iecori, sed cum in Æliano, qui hodie extat, nihil tale compererim, nihil certi ex Æliano de mustella proferre possum.

De Mustella alia vulgari, siue Galea pisce.



CAPUT XVI.

PISCEM quem hîc oculis subiecimus, apud nos rarissimum. cum ad me attulisset piscator, diu multumque nomen, naturamque sciscitatus, comperi eum esse, qui à Massiliensibus mustella vocetur, ob similitudinem quam cum superiore habet, ab Illyricis


peg

pegorella, à Græcis huius ætatis etiam *gaiderosfaro*, id est piscis a sinus. Piscis est marinus merlano quodammodo similis: differt autem appendicibus quæ in superiore maxilla eminent. Alia ex inferioris maxillæ extremo, veluti è mento barba propendet. Pinnas duas ad branchias breues habet. Subsunt in ventre aliæ duæ cirris quàm pinnis similiore. A podice pinnam aliam habet cum pinna caudæ cõtinuam, in dorso duas, prior parua est, altera magna cum pinna caudæ continens. Partibus internis superiori similis est. Hepar ex albo rubescit in tres lobos diuisum, quibus tanquam manu ventriculū amplectitur. In hepate fel habet. Ventriculū magnum cum appendicibus multis. Intestina in spiras conuoluta. Vesicam aëre plenam ex tunica crassiuscula & alba. Carne est molli & friabili, & cum asinorum vel etiam saxatiliū carne conferenda. Vt liberè dicam quod sentio, quæ asino siue asello notæ insignes & euidentissimæ tribuuntur ab Aristotele huic magis competere mihi videntur, quàm merlucio, quem omnes hodie asellum veterum esse iudicant, maximè τὰ παβδία. id est, virgulæ

ad alliciendos & capiendos pisces, quibus prorsus caret merlucius, quòd lapides molares in capite habeat, quod lateat. Nec illud prætermittendum autorem libri de Aquatilibus nuper editi non rectè pisci isti squamas admississe, cum totus squamosus sit.

335

Bb 2






G V L I E L M I
R O N D E L E T I I
D E P I S C I B V S

L I B E R X.



De Hirundine.



C A P U T I.



HACTENVS De piscibus maximè squamosis & latis tradidimus, nunc de rotundis & rubescentibus, quorum alij sunt squamosi, alij minimè: omnes verò vel apud antiquos celeberrimi, vel notas certissimas & maximè illustres habent, quibus ab alijs dissident. Prima omnium erit *χελιδών* Græcis, hirundo Latinis dicta, sanè perquam similis volucris hirundini. Quam ob causam idem nomen ab omnibus ferè gentibus seruatum est. nam huius ætatis Græci *χελιδόνα* vocant addita voce *ἰσσο*, ad distinguendum piscem ab aue. Nostri *arondelle*. Maris Adriatici acola *rondela* vel *rondola*. Massilienses *rond*

rondole. Hispani *volador*. Gallorum nonnulli *volant*, quod auis instar ad lapidis iactum extra aquam volet. Alij *papilionem*. Alij *ratepenade*, id est, vespertilionem, quod colore, alarum magnitudine maculisque vespertilionem æmuletur. Quæ tamen si attentius consideres, tum etiam volatum (demissè enim volat, quemadmodum aues è flumine aquam hausturæ, vel è terra festucas cibumve collecturæ) hirundini volucris magis quàm vespertilioni assimilaueris. Hirundo igitur piscis est marinus, pinnis caudaque expansis hirundini volucris persimilis. Capite est osseo vt testudo, quadrato, duro, aspero, cuius posterior pars in aculeos duos definit ad caudam spectantes. Branchiarum opercula ossea sunt, in duos itidem aculeos definitentia, qui pinnam quæ ad branchias est ferè attingunt. Vtrinque in oris scissuræ extremo duos globulos vnionibus similes conspicias. Oculis est magnis, rotundis, rufis vel rubescentibus, veluti nocturæ oculi. Corpus totum squamis asperis & osseis contegitur, quarum singuli ordines singulas lineas efficiunt, corpusque utcunque angulatum vel strictum reddunt. Circa caput caudamque quadrato est corpore, circa ventrem rotundo & candido, dorso verò ex nigro rubescente. Pinnæ ad branchias sitæ longissimæ sunt & latissimæ, ad caudam ferè pertingentes, nigrescentes, stellulis, maculisque variis asperæ, veluti papilionum alæ. Ante has pinnas pendent veluti pinnarum appendices, quæ omnibus ferè piscibus de quibus hoc libro agimus, propriæ sunt, vt cuculo & miluo. In his enim ante branchiarum pinnas siti sunt veluti cartilaginei pili. Sunt aliæ duæ pinnæ in dorso erectæ, eisdem coloribus notisque quibus branchiarum pinnæ, depictæ. Cauda in pinnam vnica definit, hirundinis auis caudæ simillimam. Corporis color maiore ex parte ex nigro rubescit. Aliquando hirundines omnino rubræ Romæ visæ sunt. Nostræ magis nigricant, maiorisque sunt. Oris partes internæ rubræ sunt, coloris iucunditate & splendore, sandaracam vel cinnabarin superantes. Iis partibus hirundo noctu lucet, videturque candentes carbones ore continere. Quæ faciunt vt hoc loco non dubitem quod sentio exponere: Hirundinem scilicet ob causam modò dictam, piscem eum existimari posse, qui à veteribus lucerna appellatur, Plinijque locum hunc inemendatum esse. Volat hirundo perquam similis volucris hirundini. Item miluus subit in summa maria, piscis ex argumento appellatus lucerna, linguæque ignea per os exerta tranquillis noctibus relucet. Verba ista, item miluus subit in summa maria loco suo mota esse suspicor, vt sit hoc pacto legendum. volat hirundo sanè perquam similis hirundini, piscis ex argumento appellatus lucerna, linguæque ignea per os exerta tranquillis noctibus relucet. Item miluus subit in summa maria, vel verba ista. Item mil-

Lib. 9. ca. 36.
¶ 27.

uus &c. si ita legantur vt in vulgaribus nostris codicibus extant, parenthesi esse includenda, & reliqua ad hirundinem non ad miluum esse referenda. Pisces enim qui à nostris lucerna dicitur, lingua ignea non est, neque is aliter in tenebris splendet, quàm cæteri pisces quibus ossa sunt branchiarum opercula. Quare non dubito quin æquus lector, lucernæ hirundinisque palatum linguamque & oculos contemplatus, sententiæ meæ subscripturus sit. Est etiam aliud cuius admonitum lectorem velim, nimirum neque lucernam, neque hirundinem, lingua per os exerta noctu relucere, quicquid dicat Plinius. Pisces enim linguam habent affixam hærentemque, præter paucos, vt delphinum, cui libera est, soluta & exerta. Reliquas hirundinis particulas persequamur. Gulam breuem habet. Ventriculum cum multis appendicibus. Fellis vesicam in hepate, cor angulatum. Oua rubra. Volat extrâ aquam hirundo, ne piscium maiorum præda fiat, vt scri-

Lib. 1. ἀλι-
τρίων.
Lib. 4. ἀλι-
στριών.
ani. cap. 9.


bit Oppianus. Et Aristoteles. Strident etiam marinæ hirundines, & sublimes volant, haud quaquam mare attingentes: sunt enim iis pen-
næ longæ & latæ. Stridoris autem causa est branchiarum scissura parua & stricta: ær enim affatim per angusta loca emissus, sonum stridorémve edit. Eadem de causa cuculus piscis obstrepit, vt eodem in loco docet Aristoteles. Prætereà eandem ob causam hirundo diutius in aëre viuere potest extra aquam, quoniam ær neque subito, neque affatim per angusta branchiarum foramina ingreditur, permeatque, & ingressus facilius intus retinetur. Hirundo carne constat dura siccaque, quæ multum nutrit, sed difficilè concoquitur. Hanc

Lib. 8. Athenæus Polypi, seu potius Pompili carni comparat. Quo Athenæi loco ineptissimè abutuntur nonnulli, vt hirundinem marinam poly-
po assimilent, cum Athenæo ne per somnium quidem, id vnquam in mentem venerit: nam substantiam cum substantia, non figuram corporis cum figura confert, vt libro octauo fusiùs declarauimus. Cùm hirundo carne sit dura, diutius seruata tenerior fit & melior, vnde fit vt Romam aduecta melior sit quàm in litore. Hirundinis fel contra oculorum suffusiones valere ipse sum expertus. Ne quis similitudine deceptus pro hirundine aut mugilem alatum, aut quemlibet alium volantem piscem vsurpet, illius loci Athenæi meminerit, αἰ-
σίοις ποσὶ ἔμπερὲ ἴφισιν εἶναι χέκκους, χελιδόνας, βέλγλους.

Lib. 7. Spen sippus ait similes esse cuculum, hirundinem, mullum. Sic is, quem hîc depinximus, cuculo, mulloque, colore, corporis specie similis est, longissimas latissimâsque pinnas habet, volat extra aquam, cuius rei testes sumus oculati. sunt & testes qui ad Herculis columnas nauigarunt, vbi tanta aliquando volantium hirundinum turba conspicitur, vt non pisces sed aues aquatiles esse credantur.

De cu-

De Cuculo.



CAPUT II.



Ο Κ Κ Υ Ζ. Latine cuculus, vt auis ita piscis dicitur, à nostris *morrude* ab ore, quia *morre* vocant os cum prominentibus labris. Galli à mullis non distinguentes, quòd eiusdem sint coloris, *rouget* vocant. Santones hunc & similes *perlon*, Massilienses *galline*. Agathenses *rondelle* à corporis rotunditate. Neapolitani Græci nominis vestigia seruantes *cocchou*, quasi coccygem, Maris Illyrici accolæ *organo* à voce. *χέκκουξ* & piscis & auis à voce dicitur. Aper piscis acheloi amnis vocalis est, & chalcis, & cuculus: alter enim quoddammodo stridet, alter perinde vt cuculus auis obstrepit, vnde nomen accepit. Quæ omnia creditam vocem emittunt, aut attritu branchiarum (horridi enim asperique sunt ij loci) aut ventris internis partibus, in quibus spiritum inclusum habent, quem dum atterunt atque agitant, sonos illos edunt. Cuculus piscis est marinus, hirundini marinæ corporis specie similis, si os, alarum magnitudinem, squamarum copiam excipias. Ventre est candido, reliquo corpore rubro. Capite magno, angulato. Rostrum in duos aculeos breues terminatur. Palpebrarum loco duo itidem sunt aculei parui, capitis quoque posterior, & superior pars in duos aculeos ad caudam spectantes desinit. Item os branchias operiès aculeos habet. Cute tenui integitur, præterquam in medio corporis latere, in quo virga protensa est, ex squamis tenuibus cõtexta, & in dorso in quo à capite ad caudâ duo squamarum aculeatarû ordines protruduntur, locum medium cauum relinquētes, è quo pinnae duæ exoriuntur, quæ natando eriguntur, quiescēdo in cauo veluti in vagina cõduntur. Harû prior minor quidē est, sed primos aculeos lōgiore & acutiores habet: posterior lōgior est, à medio dorso ad caudâ ferè protēsa, sed aculeos minores, & pilis similes habet. Pinnis quatuor natat,

duabus ad branchias positis, mediæ longitudinis, quæ extremis partibus rubescunt, duabus aliis in supina parte æqualibus, candidis. ante has pendent veluti fila, quemadmodum in hirundine diximus. Pinna alia est à podice ad caudam, qui ori quàm caudæ propior est. Toto corpore est carnosio, spisso, rotundo, circa caudam latiusculo. Cauda in pinnam latam terminatur, perinde ferè ac in hirundine. Branchias duplices habet, palatū flauum, gulam breuem. Ventriculi appendices multas. Hepar ex albo rubescens, sine felle: splenem rubrum, vesicam aëris plenā, spissam. Musculos magnos habet & carnosos, vnde à Gal-
 lib. 7. *Libro 7.* *Libro 3.* *Libro 7.*

De Mullis.

CAPUT III.

SEQVNTVR Mulli, hirundinibus & cuculis similes, vt ex Speusippo diximus: Mulli, inquam, sanè plus æquo à vteribus laudati. Horum plura sunt genera, quæ singulatim exponemus. Dicitur à Grecis τε-
 lib. 7. *Libro 7.* *Ibidem. Cap. 9.*

τεγλα, non τεγλα, vt docet Athenæus. Nam fœminina nomina in λα desinentia, alterum λ postulant, vt τεγλα: quæ verò γ annexum habent, in η desinunt, vt τεγλη, αηλη, ζεγλη. Quanquam in excusis Aristotelis exemplaribus sepe τεγλα legitur. Cur τεγλη dicatur, ostendit ex Aristotele Athenæus: Τὴν δὲ τεγλιν φησὶν Ἀριστοτέλης τεῖς ἰσθμῶν τῶν ἐν τῷ πελάγει ζῶων, τεκμαίρεσθαι λέγων τῶν ἀλιείων τῶν ἐκ τῆς γόνυς τεῖς φαινομένης περὶ τῶν τοῦ ποταμοῦ οὐκ ἐν τῷ πελάγει ἐστὶ καὶ δὲ ὀνομασίας. Scribit Aristoteles in quinto de animalibus, mullum ter parere, piscatores id conicere ex eo quòd quibusdam in locis ter fœtura appareat, fortasse igitur inde nomen habet. Id confirmat Oppianus L I B. I. ἀλιόλυκον,

Τεγλα δὲ τεγλονοῦν ἐσώονται εἰς γονῆα.

Ac-

Accipiunt trigla à terno cognomina partu.

Non igitur quòd triformis sit, sed quòd ter pariat, τεγλη nominata est. Mulli nomen Fenestella à colore mulleorum calceamentorum datum putat, autore Plinio. De mulleis verò hæc Festus Pompeius: Mulleos genus calceorum aiunt esse, quibus Reges Albanorum primi, deinde Patritij vsi sunt, quos putant à mullando, id est, siædo dictos. Mulleos igitur purpureos fuisse oportet, cùm mulli sanguinei, id est, purpurei sint. Ouidius in halieutico:

Tenui suffusus sanguine mullus.

Et Oppianus rosei coloris esse ait:

Τεγλης δὲ ποδὸς ἔχουσα φῶλα νέμεν).

Vel varios mulleos fuisse oportet, cùm mulli magna ex parte purpurei sint, aliqua parte candidi, alia liuidi, habent & lineas aureas parallelas. Maximè cùm expirant, colorem mutant. Plinius: Mullum expirantem versicolori quadam, & numerosa varietate spectari proceres gulæ narrant, rubentium squamarum multiplici mutatione pallescentem, utiq; si vitro spectetur inclusus. Ego frequenter in litore expirantes & variè colorem mutantem vidi. Epicharmus τεγλας κυφῶς nominat apud Athanæum, quòd capite sint repando, vt opinor, maximè barbam habentes. Sophron apud eundem τεγλας πιδόνος, id est, pingues, parum apto epitheto. Nam mulli autore Galeno, omnium ferè aliorum carnem habet durissimam, & valde friabilem, quòd idem significat, ac si dicas, nihil in ea esse lentoris, neq; pinguedinis. Mullus hodie à Romanis, cùm iam vetus Latinū nomen exoleuerit, trigla dicitur: à Massiliensibus summoto λ triga: à Nicensibus strilba: à Venetis barboni: à Burdegalensibus barbeau: à Gallis surmulet: à nonnullis barbarim: ab aliis moil, id est, maris perdix: à Cretensibus nomine composito ex Græco corrupto & Veneto τεγλημπαρμπού: ij enim ἑ per μω efferunt. Mullorum, vt diximus, plures sunt differentie: alij enim barbati sunt, qui ἡμνεάτιδες à Sophrone dicuntur, ἐπεὶ αἱ δὲ γένεσιν ἔχουσαι ἡδίστες εἰς τὰ μᾶλλον τῶν ἄλλων, quoniam qui barbam habent, ceteris sunt suauiores. Alij barbati non sunt, qui distinctionis gratiā ἀσώγονες, id est, imberbes à nobis dici possunt. Rursus barbatorū differentie à loco succiq; bonitate inueniuntur: alij enim in alto mari degunt qui omnium sunt optimi, alij in marinis stagnis & cœnosis litoribus, vnde lutarij dicti, vel q; lutum oleant, vel quòd luto vescantur. Plinius: Lutarium ex his vilissimi generis appellant. Huiusmodi per multos habemus in stagno nostro. Itaq; quemadmodum Plinius purpurarum genera plura pabulo & solo discreta facit, ita & mullorum genera discernere possumus, vt aliud sit lutense, putri limo, aliud algense, alga enutritum, aliud quòd aliorum piscium carne vescatur. Eodem modo à locis differentie sumentur.

Lib. 9. cap. 17.

Lib. 1. ἀλιόλυκον

Ibidem


Libro 7.

Lib. 3. de alim. facult.

Lib. 9. cap. 17.

Lib. 9. cap. 37.

De Mullo barbato.



CAPUT IIII.

MVLLVS Barbatus in alto mari, in marinis stagnis, & litoribus viuit, rarò inter saxa, nisi luto, arena, musco obducta sint, frequentissimè in mari nostro capitur, pedalem magnitudinem attingit. Plinius. Mullis magnitudo modica, binasque libras ponderis rarò admodum exuperant, nec in viuariis piscinisque crescunt. Septentrionalis tantùm hos & proxima Occidentis parte gignit Oceanus. Martialis,

Lib. 9. cap. 17.

Nolo mihi ponas rhombum, mullumque bilibrem.
 Libro 15. Horatius trilibrem dixit, *Laudas insane trilibrem mullum.* Seneca in epistolis scripsit mullum quatuor librarum pondo Tiberio Imperatori donatum, quem in macellum cum deferri & venire iussisset, ab Octauio quinque sestertiis emptum fuisse. Mullum octoginta librarum in mari rubro captum Licinus Mutianus prodidit, teste Plinio, quod credibile non est. Mullus à capite ad caudam lineas habet aureas. Color eius purpureus per squamas non aliter quam per pellucidum cornu conspicitur: sunt enim eæ magnæ, tenues, ferratæ, obliquo situ dispositæ, facillè deciduæ, quæ cum deciderint, ruber ille color veluti nitens purpura apparet, lineæ verò aureæ euanescent. Capite, & dorso est gibbo, oculis rufis, ore paruo, sine dentibus. Ex inferioris maxillæ extremo cirri duo molles, candidi pendet, vnde barbati à Cicerone, & barbati à Varrone cognominantur. Et has maxillæ apophyses seu appendices barbam appellauit Plinius. Mulli, inquit, barba gemina insigniuntur inferiori labro. Pinnas habet duas ad brachias aurei coloris, in supina parte itidem duas candidas, à podice aliam, in dorso duas, prior ex firmioribus, posterior ex mollioribus aculeis constat. Cauda rubet. Gula parua est, ventriculus paruus cum innumeris appendicibus. Hepar ex albo rubescit, felle caret, quam ob causam ex hepate condimentum paratur, de quo postea. Splen nigricat exiguisque est, cor triangulare, branchiæ quaternæ & duplices. Partes internæ facillè putrescunt, quamobrem cum mulli longa vetustura seruari non possint, rarò Lutetiæ, & in magnis vrbibus procul à

In parad. lib.
 3. de re rust.
 Lib. 9. cap. 17.

mari

mari distitis venales reperiuntur, cumque in oceano sint maximi, præsertim in Britannia, qui procul amandare volunt, prius coquunt, farinaque probè subacta pistaque concludunt. Cur facillè putrent, in causa esse puto victus rationem: luto enim & sordibus sapius vescuntur, vt mox fusius ostendemus. Mullum ter anno parere autores sunt Plinius, Oppianus, Athenæus Aristotelem secuti. Oppiani & Athenæi locos superiore capite protulimus. Plinij verò locus est huiusmodi: Mulli pariunt ter anno, his certè toties foetura apparet. Quæ ex Aristotelis LIB. V. de historia animal. sumpta sunt, quo loco docet Aristoteles alios pisces semel tantùm parere anno, vt thynnus, cestreum cæterosque quos *χρῖδες* vocat, Gaza fusaneos, alios bis, vt sargum vere & autumno, triglam verò ter. Quæ tam apertè dicuntur, vt hoc loco de Aristotelis sensu dubitare nemo possit: at qui alium eiusdem operis locum cum hoc diligentius contulerit, non parum certè de mulli partu ambiget. Locus is est: *Ἰσακίδης τῶν ἀγελαίων ἰκθῦν τεύλη τὸ γροακίνοσ, τῖνδὲ ὃ ἔτοιθ' περὶ μετόπωρον, ἰκθῖδὲ ἢ τεύλη ἐπὶ τῷ πηλῷ, εἰς ὃ φέ τῖνδὲ πολὺ γὰρ χρόνον ἢ πηλὸσ ψυχρὸσ ἐστὶ.* Vltimi gregalium pariunt mullus & coracinus, pariunt autem autumno. Mullus in limo parit, quare serò foetificat: longo enim tempore limus frigidus est. Si mullus autumno tantùm parit, vltimus scilicet gregalium, atque serò: quæ fit vt ter anno pariat? Nam ter autumno vno parere verissimile non est. Athenæus recitata Aristotelis sententia, qua ter anno parere asserit, subiungit ter tantùm vitæ parere, reliquo tempore sterilem esse, quod in ipsius vtero vermiculi nascantur, qui semen deuorant. Sed locum Athenæi, quia in iis quæ extant exemplaribus, indistinctè & inemendatè legitur, adscribere non grauabimur, vt lucem ei aliquam afferamus. *Τῷ τεύλῳ φυσὶν ἀριστοτέλῃσ τῖσ τῖνδὲ τῷ ἔτῃσ ἐν πῆλῳ ζῶν, τεκμαίρεσ λέγων τῖσ ἀλιεῖσ τῖτο ἐκ τῖ γόνῃσ φαινομένησ χῖ, ἰωὸσ τόπουσ, μήποτε οὐδ' ἐνδῶθεν ἐστὶ θ' ἡ ὀνομασίασ, ὡσ ἀμύαθ ὅτι εἰ χῖ μίαν φέρουσαι, ἀμ' ἀγελαδόν. Σχῖρος ὃ ἀπὸ τῖσ σκαίρῃσ, ἀφύαθ ὃ ὡσ ἀν ἀφῖεῖσ ἔσσαι, τῖνδὲσ δὲ σφῦεῖσ, θυῖνοσ ἀπὸ τῖσ θύλῃσ, ἐστὶ γὰρ ὀρμητικὸσ χῖ τῷ τῖσ κωδὸσ ἐπιπύλλῳ, διὰ θ' ὑπὸ τῖσ ἡ κεφαλῖσ οἰσῖσ ἐξελαύνεσ, ἐστὶ ὃ καρχερόδδουσ, (μυαγελαστικὸσ, πῶσθῖστικλοσ, καὶ ἀρχοφάγοσ. Τεύλη τεύλον τεκῖσ (ἀγρονὸσ ἐστὶ, γίνε) γὰρ ἰνα (χρωλήμια. ἀντὶ ἐν τῖ ὑστεραία ἀ τ' γόνον τ' γίνουσθον κατεσθῖσ. Hæc si quis cum vulgari lectione conferat, longè dilucidiora esse fatebitur. Cum autem de trigla cœpisset dicere Athenæus, ac in eius atque aliquot aliorum piscium etymum diuertisset, de eadem continenter scribit, post tertium partum sterilem esse, hoc satis demonstrat sequens contextus, in quo de trigla plura tradit. Aristoteles mullum inter litorales numerat. Item Oppianus & Plinius. Galenus inter pelagios. Qui barbati sunt, in litoribus sapius capiuntur, imberbes in alto mari, vt locis ita victus ratione,*

Lib. 9. cap. 17.

Cap. 9.

Lib. 7.

Lib. 8. de hist.

anti. cap. 13.

Lib. 1. ἀλιεῖσ

τινῶν.

Lib. 9. cap. 17.

Lib. 3. de hist.
animal. cap. 2.
Lib. 3. ἀλιείων
τιμῶν.

& proinde succi bonitate nulli à se differunt. Aristoteles scribit, alga, ostreis, luto, carne vesci. Oppianus sordidissimis quibusque cibis, vt hominum cadaueribus, nullumque in mari esse piscem qui fordes tam auidè appetat, tantumque aquatilia omnia spurcitie vincere, quantum sus terrena reliquas animantes.

Τερίγλις δὲ ἔτινα φημὶ χερσόβιον ἐδαωδῆς
Τέρωνος, πάλαι γὰρ αἶον ἀλὸς ὡκε κίχης
Φέρβει, ἰμεῖρη δὲ δὴ αἰὸς ἔξοχα διατῶς.
Σώμα δὲ ἐκπάγλως ἐπιτέρεται ἀνδρομοίσι
Πυθομόιοις, ὅτ' ἂν ἡ ἐλὴ φονέουσα θάλασσα.
Εὐκείλα δὲ τερίγλις σέοσι τε φημὶ τεπέχθαι
Ἡθεα πυρομόιοις αἰεὶ περὶ γαστέρος ὀρμύ.
Ἄμφω δὲ αἰ μὲν ἔασι δὴ ἀκέραιοι ἐν νεπέδεσσιν,
Οἶδι ἐνὶ χερσαίῳ ἀεὶ σέοσι ἀγέλιον.

Lib. 3. de alim.
facult.

Galenus mullos, qui cancellos vorant, & grauiter olere, & insuaues esse, & ad coquendum difficiles, malique succi esse scripsit. Quare eiusdem Galeni consilio vtendum censeo, qui monet, vt priusquam vescaris, ventrem reseres, tum ex gustu, odoratuque iudicium facias. Ergo ij mulli optimi iudicandi sunt, qui in maximè puro mari, cibis optimis, minimèque sordidis vescuntur. Horum caro dura est, maximèque friabilis, quæ cum probè concocta fuerit, nutrit aliis piscibus copiosius. Cibns enim durior ac crassarum partium alimentū corpori copiosius præstat, quàm humidior & mollior: præsertim quando præter id quod modò dictum est, substantiam habet corpori alendo accommodatam ac familiarè, quæ voluptate iudicatur. Vt verò Diphilus apud Athenæum scribit, mulli caro stomacho grata est, subastringens, dura, corruptu difficilis, aluū sistit, maximè super carbones assa. In sartagine frixa grauis est, concoctu difficilis, quouis autem modo parata omnis, sanguinem elicit. Laudatissimi, inquit Plinius, qui conchylum sapiunt. Hæc cum ita sint, iure mirum videri possit: cur tam prodigo luxu insignis & pretiosus ab antiquis habitus sit nullus. Nam si alimenti copiam, quàm præstat, spectes, omnes alij pisces qui præterquam quòd dura, etiam glutinosa sunt carne, copiosius alunt, si suauitatem gratiamque succi, à multis saxatilibus, aliisque ea laude superatur. Id quoque Galenus se intelligere posse negat, cur permulti grandissimos mullos emptitent, cum nec adeò suauis sint carne, vt minores, nec ad coquendum facili, vt quæ dura admodum sit. Ob eam igitur causam, cum quendam aliquando interrogasset, qui ingenti pecunia prægrandes mullos emerat, quid esset, quòd tantopere illos expeteret, respondit se primùm propter hepar illos tanti emisse, tum autem & propter caput. Hepar quidem per se non edebant, sed garelæum in vase cum pauxillo vini præparantes, in eo viscus ipsum tant

Libro 8.

Lib. 9. cap. 17.

Lib. 3. de fac.
alimenti.

tantisper comminuebant, quoad totum simul ex ipso, & humidis præparatis succus vnus fiat, simplex ad sensum & similis, in quo nulli carnes intinctas edebant. At mihi profecto inquit Galenus, nequaquam tantæ suauitatis esse videtur, neque tantam corpori utilitatem afferre, vt tantopere sit concupiscendum, vt nec ipsum caput, quanquam gulosi hoc quoque laudant, ac secundas post iecur ferre prædicant. M. Apicius, vt scribit Plinius, ad omnem luxum ingenio mirus, in sociorum garo mullos necari præcellens putauit, atque è iecore eorum alecem excogitare prouocauit. Ego in garo ex encrasicholis, in oleo & aceto igni liquatis confecto hepar mulli comminuo, cultelloque tantisper misceo, dum vnus ex omnibus succus fiat, ex eoque condimento carnem mulli edo, caput verò quia multum huius condimenti ebibit, fugitur: ideoque laudatur, non quòd aliquid aliud quod probandum sit, habeat: continet enim duntaxat cerebrum, annexæ sunt branchiæ quæ edendo non sunt. Mullorum assiduo cibo aciem oculorum hebetari tradunt Plinius & Dioscorides. Et mullos in cibo inutiles neruis inuenio fieri, inquit Plinius, vel quia spiritum animale absumit vel conturbat. Si mulus viuus in vino suffocatus fuerit, & id vir biberit, rei venereæ operam dare non poterit, inquit apud Athenæum Terpsicles. Si verò ex eodem vino mulier biberit, non concipiet. Cum igitur veneris incendia restinguat, eam ob causam contra omnia veneficia ex menstruis mulierum auxiliatur, vt etiam autor est Plinius. Mulieres enim huiusmodi philtrea parant, veneris inflammandæ causa, qua vt cum mullorum esu viri prohibeantur, à mulierum amore abhorrent, illasque fugiunt, multò verò ad id efficaciores reddentur mulli, si edantur saliti vel aspersi ea chrysocolla, qua nunc aurifices aurum ferruminant, quàmque arabico vocabulo *baurach* appellant. Fortasse ob id quòd castos viros efficiat, Dianæ sacrum esse mullum, non ineptè aliquis cum veteribus fabulari possit, quanquam alii veteres Hecate attribuât (quæ eadem est cum Luna & Diana, vt autor est, Aristophanis interpretes, & in natura Deorum Pharnutus) ob nominis communionem: est enim, vt ait Athenæus *τριόδιτης, καὶ τριγύλιος, καὶ ταῖς τριακάσι δὲ αὐτῇ τὰ δειπνα φέρουσι*, id est, triuia est Hecate, tres habet oculos, trigésimo & vltimo die mensis, siue in neomenia cœnam illi mittebat, vel quia autore Apollodoro, vt citat Athenæus, *τρίμορφος ἡ θεὸς*, id est, triformis est Dea, vnde Vergilius dixit.

Tergemmamque Hecatē, tria virginis ora Diana.

Et Ouidius.

Ora vides Hecates in tres vergentia partes.

Seruet rot in ternas compita secta vias.

Hegesander mullum in Dianæ sacris circumferri scripsit, quia cen-

In libello ποσειδάωνος περὶ ἰσθμίων

setur lepores marinos hominibus mortiferos sedulo venari & deuorare, quod cum summo mortalium commodo faciat, venatrici Deae venator piscis dedicatur. Simile quid tradit Plutarchus. τεύγλαν τοὺς ἐλευσίνι μύσας σεβασμένους, καὶ τῆς Ἥρης ἐν ἄργεί τῶν ἱερῶν ἀπεχομένων ἐπὶ τιμῇ τῆς ζωῆς: τὸ γὰρ θαλάσσιον λαγῶν, ὅς ἐστιν ἀνθρώπων θανάσιμος, κλέβουσιν αἱ τεύγλαι μάστιγα, καὶ ἡ θάλασσα γυσι δὴ αὐτὰ ὡς φιλόανθρωπα καὶ σώφρονα ζῶα τ' ἀδείαν ἔχουσι. Mullum Eleufinie sacerdotes colere, eiusdemque Iunonis apud Argiuos antistitem, ob animalis reuerentiam abstinere: marinum enim leporem exitialem homini nulli necant, cum primis que infestant. Quare tanquam hominum amantia, & iis salutaria animantia securitatem hanc obtinere. Item Plinius. Lepore marino vescitur vnum tantum animalium, vt non intereat, nullus piscis, & tenerescit tantum, & ingrator viliorque fit: Eundem leporem marinum venatur & deuorat scarus, autore Athenæo. Sed quibus de causis hoc loco Athenæus lapsus sit, vel locus is sit mendosus libro sexto exposuimus, non solum Plinij, sed etiam Aristotelis auctoritate freti, qui disertè tradunt scarum alga, herbisque vesci, non aliis piscibus. His probatissimorum autorum testimoniis rationem addidimus quam suo loco leges. Locus verò Athenæi is est: ὁ δὲ σκάρος ἀπαλόμαχος, φαιθρός, γλαυκός, κίρκος, ὠπεπίος, εὐδαμῶδισος, ὠκρίλιος, τέτων ὁ πρόσρατος ὑποπίος, ἐπιδὴ τὸς θαλασίους λαγῶς θηρέοντες σιτουίλια. Cum igitur nulli lepore marino venatissimo animali vescantur, ob hanc maximè rationem, non solum quia in lutulentis sordidisque locis degunt, ex Galeni consilio exenterandi sunt, contra coquorum consuetudinem qui integros coquunt: reiectis enim intestinis, ventriculoque minus periculosi erunt, quanquam aliquando gallinas ederimus in quarum ingluvie serpentes reperti fuissent, & lacertos marinos quos scolopendris marinis vesci anatome nos docuit. Mirum illud quod de nulli torpedinisque antipathia scribit Alexander Aphrodisicus.

In problem.


ὅδεις ὁ καὶ τὸ θαλασίον κάρκινον ἀγνοεῖ πῶς διὰ τὸ μήνθε δὲ σῶμα κάρκινος. Ζεῖ ληττε κρατὶς μὲν ἀλλοπαθεῖ τῆ κάρκινος. Nemo ignorat torpedinem marinam per funiculum corpori stuporem inducere, cui trigla contr-

Lib. 31. ca. 8. Lib. 2. cap. 24.


etata contraria vi resistit. Plinius scribit mullos inueteratos tritosque in potione vomitiones concitare. Dioscorides mullum marini draconis, aranei ac scorpionis ictibus mederi, si crudus atque dissectus admouearur. Hæc de mullo tantopere à veteribus celebrato, quem nos graphicè depinxisse certissimum est: id enim confirmant cum cuculo, & hirundine corporis similitudo, color ille magna ex parte roseus, qui vel cum minio certare possit, alia ex parte varius color, maximè quum expirat. Præterea illa barba inferiori labro propendens, tum carnis substantia dura, sicca, & maximè friabilis, ad hæc mag-

magnitudo modica. Postremò nominis Græci vestigia ad hæc vltimæque tempora à quibusdam gentibus seruata.

De Mullo imberbi.




CAPUT V.



M B E R B I S Mullus is est, qui à nostris imbrigo dicitur, ab insigni rubore: ebriosis enim, quos imbrigos nostri vocant, sapius rubet facies. Ab hoc igitur exaturato & splendido rubore pisci isti nomen à nostris datum est. Piscis est marinus, rarus, hirundini & cuculo corporis figura similis, colore magis rubro. Capite magno, stellulis caelato. Oculis magnis. Ore paruo cuius pars interna cinnabaris colore est, vt in hirundine, sine dentibus. Os branchias operiens in aculeos terminatur ad caudam spectantes. Ad branchias pinnae sunt duæ rubrae cum appendicibus aliquot, vt in hirundine & cuculo diximus, in ventre duæ alia. Cute aspera contegitur & rubra in dorso & lateribus: nam ventre est candido, ad quem à dorso lineæ multæ ductæ cernuntur. A capite ad caudam dorso medio duo sunt acutorum officulorum ordines cauum efficientes, è cuius medio pinna rubra aculeis constans erigitur, cuius pinnae aculei parum serrati videntur, id quod in nullo alio pisce præterquam in eo qui sagittarius vocatur, comperi: quanquam anthia idem tribuat veterum scriptorum nonnulli. Sequitur alia pinna veluti è mollioribus pilis constans. Cauda rubra est scorpionis caudæ similis. Ventriculorum paruum habet cum appendicibus multis & longis. Denique partibus omnibus internis mullo barbato similis est, vere ouis multis distentum ventrem habet. Carne est dura siccaque. Hunc piscem ex mullorum genere esse, certissimo sunt iudicio tum maxima cum hirundine, cuculo, mullo barbato similitudo, tum insignis splendidiq; rubor, nihil que omnino reclamant, nisi quod veteribus parum notus fuisse videtur, qui de solo mullo barbato videtur scripsisse.


De Mullo aspero.



CAPUT VI.

HX GENERE Mullorum imberbium is est, qui à nostris *cauillone* dicitur à clauo lignei, qui *cauille* à nostris vocatur similitudine. Est enim corpore breui, terete, digiti magnitudine, colore minij, vel valde purpureo. Capite, brachijs, pinnis, mullo proximè descritto similis, sed squamas habet paruas, serratas, obliquè sitas. A capite ad caudam lineam ex squamis contextam. Pinnarum quæ ad branchias sunt, color est varius: nam parte exteriori candida sunt, parte interiori ex viridi nigrescunt, quemadmodum milui pinnæ. Ventriculo est paruo cum appendicibus paucis. Hepar habet candidum sine felle, longius quàm in alijs huiusmodi piscibus, splenem paruum ex rubro nigricantem. Brachias quaternas duplices. Carne est dura siccaque à cuculi carne non discrepante. Hunc piscem ob similem corporis figuram, similem colorem, mullorù generi subieci, & à squamarum asperitate mullum asperum nominauit, cum nullum aliud nomen, imò ne mentionem quidem vllam piscis istius, apud antiquos scriptores legerim.

De Corace.




CAPUT VII.

KOPAZ Piscis à Græcis, à Latinis coruus, à nostris *cabote* à capitis magnitudine dicitur, à Romanis *gallina*, à Burdegalesibus *perlan*, vt reliqui similes. Piscis est marinus, corporis forma miluo similis, aculeorum pinnarumque magnitudine discrepans. Ossa brachias integritia

gentia cæcata in aculeos desinunt. Pinnæ quæ ad branchias, minores quàm in hirundine, maiores quàm in miluo sunt ex viridi nigricantes parte interiori, exteriori albescunt, cum maculis rubescentibus. Dorsum ex caruleo nigricat, latera rubescunt. Venter lactei est coloris. Caput est magnum, locus inter oculos cæcatus. In dorso virgas ex ossiculis contextas, instar cuculi habet, in eodem pinnas duas, prior est breuior cum aculeis longioribus acutioribusque, posterior longior est, cum multo minoribus aculeis. Linea simplex à capite ad caudam ducta est. Palato minus est flauo quàm miluus. Ventriculum paruum habet cum multis appendicibus, intestina tenuia, hepar ex albo rubescens, carne duriore est quàm miluus, teste Athenæo.

Lib. 8.

De Miluo.



CAPUT VIII.

LEPAZ Non solum auis, sed etiam piscis à Græcis dicitur, quem cum Latini accipitrem conuerterint, non miluum, qui ab iisdem *milvos* nominatur, tamen *ίεραχθ*, vel vt est apud Oppianum *ίρηθ*, piscem eum esse existimo, qui miluus siue miluago à Plinio appellatur. A nostris lucerna quod noctu splendeat, eadem de causa à Prouincialibus *belugo*: nam *beluguez* fauillas appellant. Miluus igitur piscis est marinus, corporis formam coruo persimilis, corpore magis rubro, capite minus lato, vtrinque compresso. Pinnarum numero, caudaque similis, magnitudine & colore dissidens. De magnitudine capite superiore dictum est. Quantum ad colorem attinet, parti pinnarum quæ ad branchias sunt externæ, nulla macula rubra in sunt, interna ex viridi non nigricat, sed pinnæ ista partim flauescunt, partim nigricant. Linea à branchiis ad caudam ducta simplex non est, neque leuis, vt in coruo: sed ex acutis breuibisque aculeis horret. Non squamis sed cute aspera contegitur. Partibus internis mullo imberbi similis. Palatum parum flauum est. Carne est sicca duraque, vt scripsit Athenæus. *αδ'ίεραχθ* *Χιλιρα* *αυρι* *ο* *τερος* *υδ* *ου* *κα* *κ* *υ* *γ* *ος*. Miluago quoties cernatur extra aquam volitans, tempestates mutari Tebuis niger auror est, tradente Plinio. Oppianus etiam prodidit miluum in summo mari volitare.

Lib. 1. & λιστιμύρ. Li. 9. c. 27. & l. 32. c. 2.


Lib. 8.

Libro 1. & λιστιμύρ.

Ἄκρον ἐπιλαύοντες ἄλδος πόρον ἰδεῖν
 Ἄμφω-μηχοῦνοι, & ἐπεμῶνοι οὐρεῖοι.
 At radunt summamē milui lati aquoris undam,
 Hos nantē similes dicas, similesque volanti.

Quam nostri lucernam vocant, miluum. Quem *cabote* coruum esse existimamus, his adducti rationibus. Coruo pisci à nigrore nomen est datum, sic coruus noster omnium huius generis, de quo nunc agimus, piscium nigerrimus est. Præterea carne est multò duriore quam miluus, quod coruo tribuit Athenæus. Miluus verò post coruum minus ceteris rubet, per summum mare volitat, vt sepe vidimus. Neque me latet alios aliter huiusmodi pisces distinxisse, vt cum qui à nobis coruus dicitur cuculum esse asserant, non animaduertentes cuculum ἐρυθρόν, id est, rubrum dici, eum verò quem pro cuculo exhibēt nigrum esse. Deinde miluum esse quem coruum appellamus, ob pinnarum quæ ad branchias sunt longitudinem. Sed latius est ob prædictas causas ita distinguere, vt nos distinximus.

De Lyra.



CAPUT IX.

LYRA Piscis nomen est, apud Græcos & Latinos, qui à nostris *grouau*, vel *grougnant* vocatur, quòd grunniat more suis. A Liguribus *organo*, ob sonum quem edit. A Gallis *rougee*, à rubro colore. A Germanis inferioribus *le chan*, quasi gallus marinus. Lyra piscis est marinus teres, ruber. Capite osseo magno. In posteriore eius parte, in osse branchias regente, & in dorso aculeis magnis & robustis armatus. Rostrum in duo cornua lata protenditur, quibus lyra antiquæ formam refert, squamis paruis & asperis contegitur. Partibus internis superioribus similis est. Plus ossium quam carnis habet, quæ dura est, siccaque, satis suauis tamē si elixa ex aceto edatur. Variæ fuerunt de hoc pisce scriptorum

rum sententiæ. Alij capitonem à capitis magnitudine vocauerunt, sed κεφαλος, id est, capito esse nequit, cum ex mugilum genere non sit. Alij orphum. Alij erythrinum, ob colorem rubrum, sed falso: hi enim pagro limiles sunt, vt suis locis decuimus. Non defunt qui pro cithario acceperunt. At citharus rhombo similis est, autore Galeno. Quare cum rhombus, eique similis citharus plani sint pisces latique, lyra verò piscis teres, longus, crassoque capite, ea citharus dici nequaquam potest. Præterea citharus carne est dura & friabili, lyra dura quidem, sed glutinosa. Quare piscem quem hinc depinximus, eum esse contendimus, cui lyre nomen à veteribus datum sit. Primum quia rostrum cornua, lyre antiquæ figuram referunt, vt comprobant, cum multa antiquorum monumenta quæ Romæ hodie visuntur, in quibus lyre antiquæ forma insculpta est, tum illud maximè quod vidi Romæ, initio pontificatus Iulij tertij, in quo Atlas cæli globum humeris sustinens, signa cælestia, & in his lyre antiquorum figura, expressa erant. Lyram verò cornua habere testis est Plinius, de testudinibus loquens. Troglodyte cornigeras habent, vt in lyra, annexis cornibus latis, sed mobilibus, quorum innatando remigio se adiuuant. Deinde vocalis est, qualem lyram esse affirmat Aristoteles. Ἰόφως δὲ τινας ἀφιάς, καὶ περισσὺς οὐς λέγεται φωνεῖν, οἷον λύρα καὶ χρομῖς. ἔτσι γὰρ ἀφιάς ὡσπερ γρογγισμῶν. Pisces quidam strepitus stridorisque edunt, quos vocales esse dicunt, vt lyra & chromis: hi enim veluti grannitum quendam edunt.


Ca. 16. li. 5. & cap. 26.

Libro 3. de Aliment. facult.

Lib. 9. ca. 10.

Lib. 4. de hist. cap. 9.

De Cornuta, siue Lyra altera.




CAPUT X.

DELINIVS. Locis duobus cornuta meminit, priore quum de volantibus piscibus loquitur: altero quum de cetaceis. De cornuta cetacea alias dicemus, nunc de altera quæ cornua attolit e mari, quæque volare nititur. Eum piscem esse existimo, qui à nostris *malarmat*, id est, per antiphrasim malè armatus vocatur. Nos eundē cata-

Li. 9. s. 27. Li. 32. c. 11.

phraftum vel *δρακων* primi nominauimus, quod vndiquaq; armatus, totusque ossis sit. A Liguribus *malearmato pesce*. A Romanis *forchato* & *pesce forcha*, à duobus cornibus nominatur. Nonnulli lyræ superioris marem esse arbitrantur, sed falsò: nam in huius ventre oua rubescètia sepe reperiuntur. Est igitur cornuta marinus piscis octogonus, colore phoeniceo, totus squamis ossis cõtectus, in quarum medio tumor durus erigitur, qui in omnibus continuatus corpus angulatum efficit. Capite est duro, osseo in duo lata cornua desinente. Os in supina est parte, sine dentibus. Ex inferiore maxilla cirri carnosì, breues, molles propendent. Aculeorum, pinnarũ numero sitũq; & cauda cuculo, nullo imberbi, & lyræ similis. Pinna dorsi longis constat villis, rubris. Totum quoq; corpus rubrũ est dum viuít, extincto color ille euanescit. Ventriculum paruũ habet cum appèdicibus paruis. Hepar magnum pro corporis ratione, album, in quo fellis vesica. Splenem paruũ, rubrum. Vesicam magnam aëris plenam, ob squamarũ pondus opinor. Branchias quaternas duplices. Carnis parum habet, ob eam causam facitè exiccatur, sitq; leuissimus. Caro sicca est durãq; minus tamẽ quàm cuculi, vel milui. In aëdibus exiccatus suspenditur, cauda, vnde ventus spirer, indicante. Nos piscem hunc aliquando lyrã esse putauimus: sed cum vocalis non sit, etiam si cornua maiora habeat, cornutam rectius dici nũc arbitramur. Nec obstat id quod de cornuta scripsit Plinius, cui sesquipedalia ferè cornua tribuit. At tollit cornua e mari sesquipedalia ferè cornuta, quæ ab his nomen traxit. Nam de maximis cornutis, intelligit: quæ verò sepius capiuntur, semipedalia ferè, vel etiam minora cornua habent, vt fortasse apud Plinium semipedalia pro sesquipedalia legere oporteat.

De Dracone .



CAPUT XI.

DRACONEM, Dracunculũ, vranoscopum, non absurdè proxime descriptis subnectemus, tum quia similiter aculeos ad caudam spectantes habent, tum quia dura siccaque sunt carne. Præterea id facio Plinii exemplo, qui cornuta draconem subiunxit, quem à dracunculo distinxit, quum literarum ordine pisces enumerat

rat. Draco, quidam aliud volunt esse dracunculum, est autem graculo similis, aculeos in branchiis habet ad caudã spectantes, sic & scorpio lædit dum manu tollitur. Quæ de dracone non de dracunculo accipienda sunt: quoniam et si dracunculus aculeos ad caudã spectantes habeat, minimè tamẽ vt scorpio lædit dũ manu tollitur, quod magno suo malo quiuus experiatur. Id cum probè norint piscatores, ichthyopole, coci, draconẽ viuũ intrepidè non contrectant, & Galli non nisi truncato capite mensis apponunt. Verũm idem est draco cum eo quem araneum alibi vocat Plinius. Rationes quibus in eam adducor sententiam hæ sunt. Nusquam legas in mari animantia esse aculeis venenum immittentia, præter pastinacam, cuius radio nihil in mari est execrabilius, inquit Plinius, scorpiũ, draconẽ, araneũ, porcũ marinum, de quo hæc Plinius. Inter venena sunt pisciũ porci marini spinæ in dorso, cruciatu magno læsorum, remediũ est limus ex reliquo piscium eorum corpore. Pastinacam & scorpiũ nemo vnquã cum dracone, vel araneo confuderit, si modò eorũ notas ex veteribus didicerit. Porci nulla est cum dracone similitudo, siue corporis speciẽ, siue vitam, siue morès consideres, vt inde marini porci nomen iure tribui queat. superest araneus, quem eundem cum dracone esse conuincunt aculei spinæ in dorso nigri maximè venenati, iidem modò araneo, modò draconi à Plinio attributi, vt nulla sit rei, sed nominis tantum differentia. Præterea quod de dracone scripsit Plinius, id in araneo nostro quiuus experiatur, qui piscium capturæ interesse voluerit: captum enim arena semper se obuoluentẽ cernet. Plinius: draco marinus captus, atque immissus in arenam, cauernam sibi rostro mira celeritate excauat. Huc accedit gentium sententiæ nostræ consentiẽs appellatio. Nostri enim Ligures, Hispani, Malsilienses, eum quẽ draconem esse constat, quẽmque Græci huius ætatis *δράκων* dicunt, araneum appellant. Est igitur *δράκων θαλάσσιος*, Latine draco marinus siue araneus Gallis *vine* dictus, Siculis & Neapolitanis *tragina* corrupta voce pro dracana. Piscis in arena & litoribus degens, testibus Oppiano & Aristotele. In nostro mari palmum maiorem raro superat, in oceano, aliquando cubiti magnitudinem attingit, falcato est ventre, dorso recto, colore vario: dorso enim fusco est, ventre candido, lateribus lineis aureis transversis pulchrè distinctis. Capite percam marinam æmulatur, oris scissura obliquè à superiore parte in inferiorem vergente, quò fit vt ore aperto & hiantè, maxilla inferior superiore maior videatur, dentibus paruis densisque. Oculis est sursum spectantibus, & adeò splendide virescentibus, vt smaragdum pulcherrima viriditate superent, iidem breui interuallo à se distant, in quo triangulum expressum, & aculeos paruos cernas. branchiarum opercula in aculeos ad caudam spectantes terminantur,


quæ post articulationem cum ossibus capitis, tenui membranaque simili substantia potius quam ossea constant. Quamobrem draco ea, quum extra aquam aëre trahit inflat, non aliter quam nos cum buccas inflammas. In ceruice vel dorsi principio, quinque aculeos habet, tenues, nigros, præcutos, tenui membrana nigra connexos, quibus venenatum vulnus infligit, multoque perniciosius quam branchiarum aculeis. A capite, oculis, venenatisque aculeis draconi nomen datum, teste *Æliano*. Marinus draco aliis piscibus reliquo corpore assimilis est, eius caput, & oculorum magnitudo, terreni draconis speciem similitudinemque gerunt, magni enim sunt, & venusti, Maxille etiam similitudinem quandam habent cum terrestribus, & eius pellis non procul abesse à terrena palpanti videtur, simul & infestis, & venenatis armatus est aculeis. A ceruicis aculeis pinna incipit ad caudam usque continuata. Alia est à podice ad caudam. Alia duæ ad branchias, eodem situ quo in fluuiatilibus, id est, inferiores multò quam in marinis esse soleant. Inter has & scissuræ oris finem in parte supina duæ alia sunt, minores, cæcidæ. Podex non procul à branchiis distat. Linea à branchiis ad caudam ducta multò est altior, dorsoque propior quam in cæteris piscibus, cute dura tegitur, squamis paruis & tenuibus aspersa. Ventriculo est magno, splene paruo, hepate ex albo rubescente, corde angulato. Loliginibus paruis, aliisque minutis piscibus vescitur. Moribus & veneni viribus scorpionis similis est, carne dura, siccaque est, vt *Philotimus* tradidit, id quod *Galenus* approbat. Nemo existimet nos araneum *Plinij* cum araneo *Aristotelis* confundere, cum toto genere differant. Est enim ὁ ἀράχνης, id est, araneus *Aristotelis* ex genere malaçostracorum, cui similem cancellum facit. Araneus verò *Plinij* piscis est sanguine præditus, & venenatis aculeis, vt ostendimus. Hic silentio præterire non decet eius sententiam, qui draconem *Romæ trachina* nominatum, trachurum veterum nominum similitudine deceptus esse putat, eius verba sunt. *Trachina* & ipsa etiam in fricturæ numerum refertur, quam trachurum, vt *Oppiano* videtur, esse putamus, vel vt *Athenæo* placet, trachidam, eo argumento quòd infestam & propè letalem spinam in ceruicibus habeat, & binas item alias, & quidem acutissimas ab auribus prominentes. Hic piscis oblongus est ac tenuis, & falcatus in ventrem, cuius latera lineæ frequentes & obliquæ, vergentes ad cæruleum colorem pulcherrimè describunt. Falsam esse opinionem hanc, etymum ipsum, & modò citata verba clarè ostendunt τράχης enim à caudæ asperitate, aculeisque nomē habet, at draco nō in caudā, sed vt ille ait, in ceruicibus infestā & propè letalē spinam habet, & binas itē alias, & quidem acutissimas ab auribus prominentes. Reiciēda quoque est *Alberti* magni sententia, qui draconē beluā marinam esse censet, quæ

vene-

venenatis dentibus & piscatores, & alias animantes subitò interficit. Neque enim draco inter beluas marinas recensetur aut à *Plinio*, aut ab *Oppiano*, neque dentibus, sed aculeis venenatis nocet, vt ex *Plinio* antè probauimus. Idem confirmat *Dioscorides*. δράκων θαλάσσιος ἀναπληθεὶς, καὶ ἐπιθεὶς, ἵαμα ἐστὶ πρὸς τὴν ἐκ τῆς ἀχίθης αὐτῆς πωληγίω. Draco marinus dissectus & apertus impositusque ictus spinæ suæ qua ferit, medella est. Quamquam *Dioscorides* aliquando δηγμα ἀπὸ τῆς πωληγίης vsurpet, id est, morsum pro ictu siue pūctura, vt cum de mullo loquitur. αὐμὴ ὃ ἀναχθεῖσα καὶ ἐπιθεῖσα, θαλάσσιου δράκοντος καὶ σκορπίου καὶ ἀράχνης δηγματὰ ἴαται. Mullus marini draconis & scorpionis, & araneæ moribus medetur. Non minori reprehensione dignus is qui in suis in *Dioscoridem* commentariis capite de dracone marino pro eo hippocampum verum describere videtur: nam in iis quæ capite de hippocampo, de ipso hippocampo tradidit vehementer errat, cæque cum de hippocampo dicemus improbabimus. Porro id absurdū est quòd scribit, non eundem esse draconem marinum, de quo tradiderint *Dioscorides* & *Plinius*, duas ob coniecturas, quæ vanissimæ sunt. Prior est, quòd draco marinus *Dioscoridis* spina venenata pūgit, cui ictui draco ipse dissectus, atque impositus medetur, alter verò Draco nēpe *Plinij* morsu solū nocet. Vbinā quæso hæc *Plinius*? nusquam sanè. Imò verò eadē planè quæ *Dioscorides* scripsit. Draconis marini scorpionumque ictus, carnibus eorū impositis sanatur. Et ibidem. Draco marinus ad spinæ suæ qua ferit, venenū ipse impositus, vel cerebro toto prodest. Altera coniectura est, quòd ex *Dioscoridis* verbis colligere licet, facile esse draconem marinum habere, qui veneno suo remedio sit, cōtrā difficillimum alterum habere cū grandis sit belua. Minimè verò *Plinius* in beluis marinis draconē numerauit, imò ab iis seiūxit. Cum enim LIB. X. X. I. beluas marinas recenset draconis marini non meminit, sed postea cū aliis piscibus numerauit. Sunt qui nō intellecto nominis etymo, quòd antè ex *Æliano* tradidimus, quum draconem marinum audiunt, simile quid animo fingunt iis draconibus quos pictores pro arbitrio pingunt. Vnde fit vt quidā raias exiccatas, atque in eum modum efformatas pictasque quo pictores dracones terrenos figurare solent, pro veris draconibus marinis accipiant, sed facilè imperitis imponitur, qui neque ex antiquorum scriptorum lectione piscium cæterarumque animantium naturas didicerūt, neque res ipsas intuiti sunt. Quæ si fecissent, ex capite, ore, brachiis apertis, pinnis, aculeis, caudæ asperitate, atque ab aliis huiusmodi, raias agnouissent. Huiusmodi raiæ Antuerpiæ sic efformatur, atq; inde alio deportatur. Verū ad draconē redeamus aduersus cuius venena, multa & præsentia remedia dedit natura. Nā vt ex locis ante citatis liquet, ipse impositus ictus suos sanat. Mulli

Li. 11. de sim. med. facul. caro imposita idem præstat. Idem Galenus scribit. Draconem marinum aduersum suum ipsius ictum impositum, necnon mullum valere. Et dioscorides. Peculiariter autem ictus à marino scorpione & Dracone inferuntur qui molestos cruciatus cient, interdum autem sed raro nomas excitat, quibus absinthij, saluię aut sulphuris ex acetriti potio subuenit. Et nos aliquando vidimus partem à dracone marino punctam in tumorem erigi, & cum doloribus vehementissimis inflammari, quæ si negligatur, facile gangræna corripitur, quo in malo piscatores nostri ad lentisci folia, tanquam ad sacrâ anchoram confugiunt, iisque partem vulneratam confricant, melius sibi consulturi, si draconis ipsius dissecti carnes vel cerebrum imponerent. Nec est negligenda theriaca confectio cum aqua absinthij sumpta. Que omnia remedia cõferunt priusquam gangræna partem vulneratam occupauerit, tunc enim gangræna causa scarificanda pars est, & garo acetosque fouenda, caput mulli saliti imponendum. Eiusdem etiã recentis è capite cinis contra omnia venena prodest, cæca quadam naturarum discordia.

De Dracunculo.




CAPUT XII.

DRACUNCULI Piscis Plinius solus, quod sciam, meminit, quem à dracone differre scripsit, ut proximo capite ostendimus. Hunc esse putamus qui à nostris *lacert* vocatur, quod lacertis terrenis corporis figura similis sit, & dracunculum ut à dracone maiore distinguatur esse appellatum. Est piscis marinus dodratali magnitudine, cotto fluuiatili non multum absimilis, rostro acutiore, & capite latiore. Ranae etiam piscatrici quodammodo similis est, sed rana piscatrix ore est maiore, pinnis concoloribus quæ in dracunculo variæ sunt. Capite est magno, cõpresso, rostro prominente, ore paruo sine dentibus, sine vlla ad branchias scissura, sed huius vice supra caput utrinque foramen est, ut in Hippocampo, quod, nisi dum piscis viuit, eoque aquam trahit & emittit, manifestum est. Oculos magnos supra caput positos habet, capitis os in aculeos desinit ad caudam spectantes. Pinnas longissimas pro corporis magnitudine habet, partim aurei, partim argentei coloris æmulas. Quæ ad branchias sitæ, aureæ sunt

sunt, in radice argenteæ. Quæ in supina parte, à cæterorum marinarum piscium pinnis, situ magnitudineque dissident: nam & ori propiores sunt, & longiores iis quæ sunt ad branchias. In dorso duæ eriguntur, prior parua est, aurea & argenteis lineis distincta, posterior magna admodum in medio dorso, papilionum alis non valde dissimilis, radiis quinque hordei aristas similibus, membranæque constans. Radij priores longiores sunt, posteriores breuiiores, contra quam in membrana, quæ singula radiorum interualla, veluti intertexta occupans paulatim crescit. Eadem quoque varia est, lineis enim argenteis in medio duarum nigrarum sitis distinguitur. Hæc in medio dorso cauo veluti in vagina conditur. Alia est à podice ad caudam etiam aurea, demptis eius fimbriis quæ nigricant. Corpus totum sensim gracilius fit, & in pinnam longam terminatur, cuius fimbriæ nigricant. Est & picto corpore: nam ab huius medio argenteæ lineæ ad venter ductæ sunt. In maxillis partibusque anterioribus veluti punctis argenteis notatur. Ventre est lato, plano, candido. Cuticula tantum tegitur. Capitur hic piscis maximè caniculæ vigentis tempore, cuius syderis vim omnia ferè animantia sentiunt, etiam pisces ipsi, quorum alij è profundo sursum se efferunt, alij in profundum secedunt, alij ad saxorum latebras confugiunt. Carnis substantia gobionibus paruis similis est, iisdemque alimentis vesci traditur. Minus venenatus est huius quam draconis ictus. In Agathensi litore capitur, alioqui rarus est, & tum ob raritatem, tum ob venustatem summumque omnium rerum opificis Dei in hoc pisce artificium, piscatores ipsi admirantur, & amicis qui naturæ rerum contemplatione delectantur dono dant.

De Vranosco.



CAPUT XIII.

VI *ερανοσκόπος* à Græcis, & *χαλιώνυμος* vocatur, ab Athenæo etiam *ἀγνος* dicitur, quæ vox quanquam castum significet, nihil tamen de huius piscis castitate apud veteres autores legas. Veteri Latino nomine caret: quam ob causam Plinius Græcis semper vsus est.

Galeni interpres cæli speculatorem appellauit. Gaza pulchrum piscem perinde ac si καλλιχθίνω, non καλλιώνυμος legisset. Atqui tum ob fuscum colorem, tum ob capitis, totiùsque corporis speciem, fœdus est aspectu. Et καλλιώνυμος, id est pulchri nominis piscis nominatur, ob ἡμεροσκόπου appellationem, quæ pulcherrima est, & homine quàm pisce dignior. Homini enim proprium est sursum aspicere, id est mente naturam rerum & cælum contemplari, fragilia & caduca, quæque falsò in bonis à vulgo habentur despiciere, atque infra se posita arbitrari. Quemadmodum vero ab antiquis pulchro honestoque nomine donatus est hic piscis, ita à Massiliensibus turpi pudendoque, quod honestæ matronæ præ pudore nominare vix audeant. Vocatur enim ab his *tapecon*, quòd pessi instar conformatus esse videatur, & *raspecon*, quòd caput ob asperitatem ad scalpenda muliebria pudenda accommodari possit. Ab Italis *boca in capo*, à nostris *rat* appellatur. Oppianus ἡμεροχθίνω nominat, quòd interdium in arena dormiat, noctu vigilet prædæ quærendæ causa, vnde & νυκτεῖς vocatus est. Ex quibus liquet non de phoca, vt opinatur Erasimus, etiam si noctu in terram exeat somni capiendi causa, sed de vranoscopo potius intelligendum esse Suidæ locum quo scribit. ἡμεροχθίνος ἰχθύς τις, καὶ ὁ κλέωνος. id est, hemerocæterus piscis est quidam, & fur. Fures enim quòd interdium dormiant, noctu vigilent, ἡμεροχθίνοι aptè nuncupantur, etiam Hesiodi testimonio.

Μήποδες ἡμεροκαίτος ἀνὴρ ἀπὸ χεῖμαθ' ἔλθται

Vranoscopus piscis est marinus, litoralis, pedali magnitudine, sine squamis. Capite magnò, osseo, aspero ranæ piscatricis capiti quodammodo simili. Os longè secus quàm reliqui pisces situm habet, nimirum supra caput, magnum & patens, cuius operculum est maxilla inferior, sursum valde attracta. Lingua breuis sed lata, oris internas partes ita occupat, vt eas nisi linguam digito valde cõprimas & sum moueas videre non possis. Ex ea parte quæ inter linguam est, & maxillam inferiorem, oritur membrana in principio latiuscula, sensim in carnosam rotundamque apophysin desinens, extra os propendens, qua pisciculos alliciat, allectos deuoret. Eandem cum vult retrahit & exerit veluti serpens linguam. Oculi supra caput siti recta cælum intuentur, vnde ἡρανοσκόπος nomen optimo iure datum. Nam dracunculus, rana piscatrix, raia, pastinaca, rhombus, passeris, buglossi, sepia, polypus, oculos habent supra caput. Sed pupillæ ad latera spectant, non sursum ad cælum. Ossa capitis, caudam versus in aculeos desinunt tenui membrana opertos. Ab ossibus branchias integentibus itidem duo alij aculei ad caudam spectant membrana tecti dempto extremo mucrone. Branchias quaternas habet, iuxta quarum scissuram pinnae duæ magnæ & robustæ, & variæ exoriuntur.

Sub-

Subsunt in parte supina alię duæ minores, albę, maxillæ inferiori propinquæ. Has pinnas sequitur os, veluti sternum, quod tribus aculeis horret. Succedit pinna alia à podice ad caudam. In dorso duæ sunt, quarum prior, capiti propior parua est & nigra, vt in araneo. Posterior ad caudam vsque porrigitur, dorso concolor. Cauda in pinnam latam desinit, pauonis caudæ dum piscis viuunt æmulam, fimbriæ purpurascunt. Dorsum fusco colore est, venter candido, qui colores, dum viuunt, manifesti sunt, alioqui vnà cum vita pereunt. A capite lineę duæ ex squamulis constantes ad caudam protenduntur, reliquo corpore cute dura intecto, quæque facillè excoriari possit. Ventriculus firmissimis tunicis constat, è cuius ore appendices octo dependent. Hepar candidum est, à cuius exteriori parte fellis vesica pendet, admodum magna, si corporis magnitudinem spectes, felle valde distenta. Fellis substantia, oleum colore, & consistentia refert. Vulua multum infra posita est bifida. Carne est alba, dura, non multum à carne ranę piscatricis differente, grauisque odoris, de qua sic Athenæus: ἡρανοσκόπος δὲ καὶ ὁ ἀγνος καλλιχθίνος, ἢ καὶ καλλιώνυμος, βάρυς. In arena & cœno latet, vt piscibus insidietur. Cum igitur carne, cœnosaque aqua vescatur, grauem virosique saporis esse necesse est. Vranoscopus in venando eodem astu, quo rana piscatrix vtitur: cum enim luto se immerferit, caput paulum exerens, membranam siue apophysin ex ore demittit, ad quam pisciculi tanquam ad vermem adnatant, qua præmorfa admonitus vranoscopus, statim retrahit, & cum ea pisciculum. Nos primi particulam istam in hoc pisce deprehendimus, quòq; astu pisciculos venetur, obseruauimus, nulla enim prorsus, quod sciam, huius mentio fit apud vllum aut veterem, aut recentem, Græcum Latinumve scriptorem. Vranoscopi meminit Galenus his verbis. ὁ δὲ οὐκ ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ὀρθῶς ἐστῆναι τὸ ἀνθρώπου, ἢ εἰς τὸ οὐρανὸν ἐτοιμῶς ἀποβλέπει, καὶ λέγειν ἔχει. ἀνθρώπου πρὸς ὄλυμπον, ἀταρβήτοις προσώποις, ἀνθρώπων μὲν ἐστὶν ἔχων ἑωραχθῶτων ἐδεσώποτες τὸ καλλιχθίνον ἡρανοσκόπον ἰχθυῶν, ὡς ἔπος γὰρ καὶ εἰ μὴ βέλτοιτο πρὸς τὸ ἡρανὸν ἀβλέπει. Existimare, inquit, ob id hominem rectè stare, vt cælum promptè suspiciat, hominum est qui nunquam vranoscopus viderit, qui etiam inuitus cælum semper aspicit. Porro eundem esse piscem qui vranoscopus & callionymus vocatur, confirmant Athenæus, Plinius, reliquique veteres autores. Athenæi locus iam citatus est. Plinius. Callionymus siue vranoscopus. Et alibi. Callionymi fel cicatrices sanat, & carnes oculorum superuacuas consumit. Nulli hoc piscium copiosus, vt existimauit Menander quoq; in comædiis. Item piscis & vranoscopus vocatur, ab oculo quem in capite habet. Dioscorides de felle loquens. Est vis omnium acris & exalfaciens, intensus tamen & remissis viribus differunt. Siquidem præstantius in effectu esse videtur fel marini scorpionis, & piscis qui callionymus ap-

D d 2

Lib. 4. ἀλιον
τιμωρ

Lib. 8.

Lib. 3. de vst
part. cap. 3.

Lib. 32. ca. 11.
Lib. 32. cap. 7.

Lib. 2. cap. 96.

pellatur. Idem ferè Galenus. Animalium quorundam singulariter bilis à medicis laudatur, tanquam aciem exacuat oculorum, & suffusionum initia digerat, veluti piscis quem vocant callionymum, hyæna, & scorpionis marini. Ex his omnibus constat nos verum vranoscopum exhibuisse. Nec obstat quod Plinius, vt ante citauimus, scripsit vranoscopum dici ab oculo quem habet in capite, quasi vnicū oculum habeat. Iam enim demonstratum est, nulli animali plures paucioresve oculos duobus esse. Quare enallage numeri vsus Plinius, oculum pro oculis posuit: quemadmodum Dioscorides quum draconem marinum ad ictus spinæ suæ valere dixit, cum spinarum dixisse oportuisset. Postremò eundem esse vranoscopum siue callionymum, & hemerocæten Oppiani, perspicuè declarat & veluti ob oculos ponit eius pictura.


Lib. 2. ἀλιούτιον

Φράζο δὲ ἀφραδίη προφερέσταιον ἡμεροκίτων
 Ἰχθῦς, ὃ πᾶσι πάντας ἀεργότατον τέκεν ἄλμη.
 Τὸ δὲ ἦτοι κεφαλῆς μὲν ἄλλω τέτραπται ὑπερθεῖν
 Ὀμμάτω, καὶ εἴς τε λαβρὸν ἐν ὀφθαλμοῖς μέγιστον.
 Αἰεὶ δὲ ψαμάθοις πανυμέλιος τελευτοῖται
 Ἐὐδῶν, νυκτὶ δὲ μένος ἀνέρχεται, ἡδὲ ἀλάληται
 Τένεα κέκληται καὶ νυκτερίς.

Quæ sic conuerti.

*Stultitia insignem memorabimus hemerocæten
 Segnitieq; omnes superantem, quos creat æquor.
 Scilicet huic sita sunt in vertice lumina, sursum
 Conuersa, immodicæque, hac inter, hiantia cernes
 Ora. dies totos fulua prostratus arena
 Dormit, noctu autem vigilat, solusque vagatur:
 Nycterida hinc etiam appellant.*

His subiungit aded voracem esse piscem, vt ciborum copia nimis distento ventre dirumpatur atque emoriatur, quo tristi exitu homines à luxu crapulæque deterret, & ad temperantiam adhortatur.



G V L I E L M I
 R O N D E L E T I I
 D E P I S C I B V S

LIBER XI.

§

Qui dicantur plani pisces.

CAPUT I.



HACTENVS De longis simulq; spissis siue corpulentis piscibus diximus. Nunc de planis tractabimus. Ne quis verò auratam, sparum, cantharum, melanurum, glaucum seferinum, aliósque multos huiusmodi pisces, cum thunnis, lupis, mugilibus, comparans, illos planos vocet, hos rotundos, ne quis etiam planos pro leuib; accipiat, primùm qui plani propriè appellentur pisces, deinde quæ sint eorum differentia explicandum. Sunt igitur plani, siue lati, à Græcis πλατείς dicti, qui prona supinæque parte, ita in longum latumque extensi, vt in tenuitatem degenerent extrema, neque in dorsum ventremque sed in latera dilatentur, spinæque media à capite ad caudam protensa, apophyses longas seu radios non ad pronam supinamque partem, sed ad latera emittat. Hos prostratos siue iacentes, sicut alios non planos, erectos: vt saxatiles mugiles appellauit Columella. Planorum alij spinas habent, vt rhombus, passer, buglossum: alij pro spinis cartilaginem, vt torpedo, raia, pastinaca. Rursus horum alij læues, alij squamosi, alij asperi. De spinosis priùs pertractabimus, quoniam omnes qui superioribus libris explicati sunt, etiam spinosi sunt, proximo libro de cartilagineis dicturi. Illis omnibus hoc est commune, quod parte supina candido, prona, fusco colore sint, quod in prona parte oculos habeant ad latera spectantes, id quod in causa est, cur eodem modo natèt, quod altero oculo orbatu incedunt, tradente Ari-


Lib. 8. ca. 17.

Lib. de nimia ingressu.

D d 3

stoteli, peruersa est enim ijs oculorum acies, quemadmodum strabonibus. Planos omnes pisces Aristoteles ῥόμβους vocat.

De Rhombo aculeato.



CAPUT XI.

ROMANI Græca voce rhombum piscem appellauerunt, Aristoteles & reliqui Græci eundem ῥόμβου, Gaza passerem interpretatus est, Athenæus ῥόμβοι καλεῖται ἡ ῥόμβου ῥόμβου, καὶ ἐστὶ τὸ ῥόμβου ἐκλυμαίνον. Nec Aristoteles vsquam rhombi meminuit. Præterea quod Aristoteles Psettæ tribuit, nempe quod arena obruat sese, vt pisces alliciat: idem Plinius rhombo, eo in loco quem ex Aristotele mutuatum esse quilibet facile indicabit, si locū hunc cum illo conferre voluerit. Sumitur etiam passer siue ῥόμβου pro diuerso pisce à Rhombo. Plinius, Marinorum alij sunt plani, vt rhombi, soleæ, ac passeres, qui à rhombis situ tantum corporum differunt. Galenus quoque libro tertio de aliment. facult. & Diphilus apud Athenæum Psettæ à rhombis manifestè seiunxerunt. Rhombus piscis à rhombo figura nomen habet, quæ quatuor æqualibus lateribus cõstat, non autem rectis angulis. A Gallicis *lozange* dicitur. Itali omnes & Massilienses, *rhombo* piscem appellant, nostri *romb*, Galli *turbot*. Normani *bertoneau*. Græci huius temporis ῥόμβου. Rhomborum duas species facimus, rhombum aculeatum & læuem, quibus rhomboidem addemus. Primùm aculeatum describimus. Is piscis est planus, litoralis, parte prona fusca, in qua multi sunt aculei maximè circa caput, & à capite caudam versus. In eadem parte linea ducta est nigra, pinnae quoque illæ nigrae sunt, alibi candidæ. Os magnum habet, hiãnsque, sine dentibus, sed horum vice maxillas

Libr. 7.

Lib. 9. de hist. cap. 37.

Lib. 9. ca. 42.

Lib. 9. cap. 20.

Libro 8.

xillas asperas obtinuit. Ab inferiore maxilla propendent appendices duæ, tenues barbæ modo. Non procul hinc podicem habet. E regione pinna incipit magna ad caudam vsque continua. Huic similis alia statim à capite. Vtraque paulatim ab initio ad medium vsque crescit, inde eadem proportione, ad caudam vsque decrescit. Hæ totum ferè corpus ambiunt, rhombique figuram efficiunt. Branchias quatuor habet rhombus, duplices. Cor compressum. Ventrículum magnum, oblongum, in superiore parte complicatum, dorso annexum, quem intestinum excipit. Sed intestinum duas apophyses habet magnas, sed breues, in angulos duos desinentes, inter quos ventriculi ephyfis alligatur. Hæc ventriculi cum intestinis coniunctio propria est, in hoc rhomborum & passerum genere. Ventrículum hepar tanquam manu comprehendit, ex albo rubescens, cui hæret vesica multo felle distentâ. Splen ex nigro rubescit, inter intestinorum spiras latitans. Oua rubra sunt replicata ventriculi modo: facit enim ventris breuitas, vt omnia ferè interna replicata sint. Carne vescitur, maximè cancris, vorax est, piscis que multos ingerit. Quamobrem in fluuiorum stagnorumque ostiis plurimum est, vt pisces subeuntes persequatur. In mari nostro, & in ostiis Rhodani magni capiuntur, sed in Oceano multò maiores. Vidimus Oceani rhombum quinque cubitos longum, latum quatuor, spissum pedem vnum. Quauis igitur ab Ouidio dicatur, & Adriaco mirandus litore rhombus, & à Martiale:

*Quauis lata gerat patella rhombum,
Rhombus latior est tamen patella.*


Tamen nunquam rhombi Adriatici, nostrive magnitudinem attingunt eorū qui in Santonico, vel Britannico litore capiuntur. Cùm gulosus sit piscis, facile hamo capitur. Ad gulæ verò libidinem explendam multum illi confert piscandi solertia à natura data, de qua Plinius. Nec minor solertia ranæ, quæ in mari piscatrix vocatur, eminentia sub oculis cornicula turbato limo exerit, assultantes pisciculos pertrahens, donec tam propè accedant, vt affiliat. Simili modo squatina & rhombus abditi pinnas exertas mouent specie vermiculorum, itémque quæ vocatur raia. Quæ ex Aristotele sumpta esse apparet, quo in loco ῥόμβου pro rhombo dixit, vt initio capituli docuimus. Καταμύζουσι δὲ εὐαίς τὸ ὄνος καὶ βαΐραχος, καὶ ῥόμβου, τὸ ῥόμβου, καὶ ὅταν ποιήσῃ ἐαυτῆ ἀδελφία, εἴτε ῥαβδολίε) τοῖς ἐν τῷ ῥόμβου, ἀκαλεῖται οἱ ἀλαίς ῥαβδία, τὰ δὲ μικρὰ ἰχθύδια προσέρχονται ὡς πρὸς φυκία ὑφ' ὧν ῥέφον). Obruunt sese asellus, rana, & passer, siue Rhombus & squatina, cùmque se totos occultauerint, verberant oris sui virgulis, vt vocant piscatores, ad quas pisciculi adnatant tanquam ad algas, quibus vescantur. Reperiuntur in hoc genere mares

Lib. 9. ca. 42.

Lib. 3. de fac.
alument.

& fœminæ: alij enim semen, alij oua habent. Rhombus dura est carne & friabili, quanquam Galenus Philotimum reprehendat, qui inter pisces, qui molli sunt carne, cum citharos numerarit, eis similem rhombum prætermiserit, qui tamen molliore sit carne, quàm cithari, carnèque asellorum multò inferiore. Locus est huiusmodi: Περὶ δὲ τῆς κίθαρᾶς καὶ πάντων θαυμάσιον τὸ φιλότιμον, παραπλήσιος γὰρ ὢν ὁ ῥόμβος αὐτῶν μεγαλύτερον ἔχει τὴν σάρκα, τῶν ὀνίσιων ἀπολιπόμενος ὅτι ὀλίγη. Sed qui Rhombum præsertim aculeatum gustauerit, is proculdubio dura carne esse iudicabit, maximè si grandior sit: qui enim parui sunt, humidiores mollioresque sunt. Elixus ex aceto vel in sartagine coctus editur, cum mali arantij succo. Rhombum inter delicatissimos cibos habuit veterum luxus, vnde prouerbium, nihil ad rhombum, de his quæ minimè conferenda sunt. Lieni medetur rhombus viuus impositus, vt tradit Plinius, deinde remissus in mare.

De Rhombo læui.




CAPUT III.

RHOMBVS Alter est, qui vt à superiore distinguatur, læuis à nobis dicitur, quòd aculeis prorsus careat. A Gallis *Barbue*. A nostris per similitudinem *Passar*, dictus quasi passer, à nonnullis *Pansar*, id est, ventriculosus: nos enim *Panse* ventrem appellamus. Sed *Passar* meo quidem iudicio rectiùs dicitur, quanquam verus passer seu *ψιττα* non sit, sed ei figura duntaxat similis, situ verò dissidens: huic enim dexter resupinatus est, passeribus læuus, quo situ cum rhombi à passeribus differunt, autore Plinio, eum quem capiti huic præfiximus, in rhombis haberi est necesse. Est igitur rhombus læuis rhombo acu-


aculeato figura partibusque tum internis, tum externis omnino par, demptis aculeis: nullos enim neque in supina neque in prona parte habet. Præterea latior est, & tenuior rhombo aculeato, carnèque molliore, suauiore quàm passer. Quare de rhombo læui Galeni locus intelligi posset, quo rhombum cum piscibus mollis carnis connumerandum censet. Vel fortasse non absurdè quis existimauerit, rhombum læuem Galeni citharum esse, quòd is mollis sit carnis, cuiusmodi rhombum læuem esse constat, quòdque eum rhombo similem faciat. Ælianus autem longè alium ex mari rubro citharum descripsit. Et Athenæus cithari species duas alias tradidit, de quibus paulò post dicemus.

De Rhomboide.



CAPUT IIII.

ROMÆ Piscem sæpe vidimus, qui ab ichthyopolis Rhombi nomine venditur, quem tamen à superioribus rhombis diuersum esse sensus ipse doceat, etiam si figurâ rhombum imitetur. Quare hunc rhomboidem appellauimus, vt tantum à rhombo pisce differat, quantum figura rhomboides à rhombo figura: est enim rhomboides figura, quæ neque latera æqualia, neque angulos rectos habet. Est igitur rhomboides piscis rhombo vel passeris similis, sed à passere situ differens, squamis paruis intectus, oculis multum à sese distantibus. Linea à capite ad caudam per medium corpus ducta, initio sinuosa, deinde recta corpus in duas æquas partes dirimens. Corpore est exiguo & breui: nunquam enim quantum obseruasse mihi licuit palmi magnitudinem superat. Internis partibus à rhombo non differt. Carne est media, neque molli nimium neque dura. In litore nostro rarus est, semelque tantum vidisse mihi contigit. Huius mentionem nullam à veteribus factam fuisse comperio.



CAPUT V.


DE Citharo ex Aristotelis lib. de animalibus & piscibus hæc profert Athenæus. ὁ κίθαρος φησὶ καρχάρωδες, μνη-
ρης, φυχράγος, ἢ γλωτταν ἀπολελυμένος, καρδίαν λευκὴν
ἔχων καὶ πλαιτεῖαν. Citharus ferratis est dentibus, solita-
rius, alga vescitur, linguam solutam habet, cor album

Lib. 3. de alim.
facult.

& latum. Præterea Galenus citharo rhombum simile esse scripsit. Ex
quibus colligo hunc verum citharū esse, quem hic exhibemus, qui ho-
die Romæ satis frequens est, & folio nominatur. Cū enim piscibus à
natura lingua data sit ὀσώδης, καὶ σὸν ἀπολελυμένη, ut ait Arist. id est, ossæ
& non soluta, vel σκληρὰ καὶ ἀκαθάρωδης καὶ παροσπεφυκῆα, id est, dura spinea
& adhærens, isq; vnicus sit ex planis cui lingua soluta sit, teste Aristo-
tele, contra aliorum piscium naturā, rectè mihi videor hunc citharum
esse affirmare. His adde notas reliquas, quæ aptissimè quadrant, quòd
ferratos habeat dentes, quòd solus capiatur, quòd alga vescatur quem-
admodū salpa, quòd fit, ut insuauiore sit carne quàm buglossum. Vnde
Pherecrates apud Athenæū ὁ ἀγαθοὶ ἐνεστὶν ἐν κίθαρω τὴν χιθάρω. Est igitur ci-
tharus piscis planus rhombo, quodāmodo similis, buglossum similitior, si
squamas excipias, quæ in citharo sunt magnæ rhombi figura. A capite
ad caudā linea tenuis ducta est. Partibus internis reliquis planis simi-
lis. Ex his liquet de citharo non rectè sensisse eum qui piscem à Gallis
egresinum siue eglefinū nominatum citharū esse crediderit: cū ex
Galeno citharum planum piscem esse constet, linguamq; ei solutā ef-
se. Quæ egresino nullo modo cōueniunt. Lōgè grauior est, minimèq;
dissimulandus error illius qui citharum cum cantharo cōfundit, cū
toto genere differant: nam cantharus litoralis est piscis, quem cum au-
rata, orpho, synodonte numerat Aristoteles: is enim similis est corpo-
ris figura, citharus verò planus piscis buglossum similis, vel rhombo Ga-
leno autore, & cantena (sic enim à Massiliensibus citharum appellari
scribit) non solum planus piscis non est, sed etiam carnis substantia,
vita, moribus, à citharo plurimum differt.

Lib. 8. de hist.
anim. cap. 13.

De cit



CAPUT VI.


ALTERIVS Cithari ex Archestrato meminit ^{Libro 71}
Athenæus rufi siue subflauī, qui assandus est, caseo
multo oleoque condiendus, quique sine sumptu ap-
parari non potest, prior verò albus, & in aqua salēque
multo elixandus, additis herbis. Versuum Archestra-
ti hic ferè sensus est, qui cū apud Athenæum satis mendosè legan-
tur, sic restitui possunt:

Κίθαρον δὲ κελύω
Ἄν μὲν λευκὸς ἔη, (ἀρκεὶ σπέρδος τε σπερύνη
Ἐφείν εἰς ἀλμύλῳ χιθάρω, καὶ φύλλα χιθάρω.
Ἄν δὲ ἢ πυρρὸς ἰδεῖν, ἔ μὴ λίαν μέγας, ὀσώδης,
Ὀρθὴ κεφαλῆς δέμας νεοθηγεῖ μαχαίρα,
Καὶ πολλὰ πυρρῶ, καὶ ἐλαίω τῆτον ἀλίφε.
Χαίρη γὰρ σαπυανῶδες ὄρων, ἔστι δ' ἀχόλατος.

Hunc citharum esse puto, qui asper etiam dici potest: est enim su-
periori figurā similis: lingua magis soluta, oris scissura magna, denti-
bus ferratis, squamis intectus rotundis, asperis. Virgam habet à ca-
pitate ad caudam protensam, latiusculam, maioribus squamis constan-
tem. Partibus internis superioribus similis est. Is Venetiis reperi-
tur optimus. Sunt qui verum buglossum esse credant, nec sine ratio-
ne, non ob figuram solum sed etiam ob asperitatem: Est enim bouis
lingua magna & aspera, vnde & buglossum herba vulgo borrago ap-
pellata, & à figura, & ab asperitate. Licebit igitur mea quidem senten-
tia hunc piscem verum citharum esse rufum siue asperum existimare,
vel buglossi nomine comprehendere, de cuius differentiis postea dice-
mus. Alianus citharum quidem buglossum similem esse prodidit, sed
cū qui in mari rubro nascitur, corporis pigmentis à nostro diuersum.
In mari rubro, inquit, piscis nascitur, cuius corpus ita figuratum est, ut

similitudinem lingulae eius latitudo gerere feratur. Squamae non magnam tangenti asperitatem habent, subaureo est colore, & lineis à summo vertice capitis ad extremam caudam sic distinguitur, vt eas citharæ fiduculas contentas esse dicas, vnde is citharus appellatur. Os illi pectus it, & subsidit, idemque nigerrimum est, atque cingulo croceo circumligatur, vertex varietate distinguitur, fulgore aureo & nigris quibusdam lineis. Cauda est nigra præter extrema, ea enim candidissimo colore asperguntur. Alij item picti nati dicuntur, toto corpore purpurei, certis interuallis aureolas lineas possidentes: eorum verò caput cingulis violaceis illustratur, vno quod est ante oculos ab branchias pertinente: altero secundum oculos vsque ad medium caput excurrente: alio autem tanquam monili sic collum circumplicante. Hæc pictura vice ex Æliano transcripsimus, vt citharorum rubri maris iconem animo concipiant studiosi.

De Passere.



CAPUT VII.

Lib. 2. de hist.
anim. ca. 15.

PISCIS ὄψις à Græcis, à Latinis passer dicitur. Piscis alius ἰσθῆος, id est, passer, ab Aristotele dici videtur, cum de felle piscium loquitur: Οἰδὲ ἄλλοι πρὸς τοῖς ἐντέροις, οἱ μὲν πορρώτερον, οἱ δὲ ἐγγύτερον οἶον βέλταχος, ἔμοψ, Ἰωαγγελίς, σμύραϊνα, ξιφίλας, χελιδῶν, ἰσθῆος. In aliis fel intestino hæret, his propius, illis remotius à iecore, vt in rana, ellope, synagride, muræna, gladio, hirundine, passere. Sed hoc loco hirundinem & passerem expungi oportere censeo. Suspicionis huius occasionem mihi præbet primùm Gazæ conuersio, in qua hæc omissa sunt: deinde ex sententia, quæ proximè sequitur,
huc

huc translata esse videntur duo hæc nomina, quæ pro auibus non pro piscibus posita sunt. Sed ad Psettam reuertamur, quæ ab Italis nostrisque *plane*, ab alijs *platuse*, à Gallis *plye* nominatur. Piscis est rhombo figura similis, sed contractior, buglosso latior. In parte prona fuscâque oculos habet. Pinnæ totum ferè corpus ambiunt. Cauda in vnicam, latamque definit. A capite ad caudam, linea parum sinuosa per medium corpus ducta est. Os paruum habet buglosi modo; sine dentibus, cuius situ à rhombis differt. si enim passerem ita erigas in latus, vt maxilla inferior humum versus spectet, supina pars, laua erit, prona verò dextra. Contrà in rhombis quibus eodem modo in latus erectis supina pars dextra erit, prona, sinistra. Plin. Marinorum alijs sunt plani, vt rhombi, soleæ, passeris, qui à rhombis situ tantum corporum differunt: dexter resupinatus est illis, passeris lauus. Partibus internis rhombo similis est. Stagna subit & fluuios: delectatur enim aqua dulci. In stagno nostro magna passerum captura est hyeme. In Ligeri flumine sæpe etiam capiuntur, minus nigri molliorésque marinis, qui proculdubio non genere, sed alimenti varietate solum à marinis differunt. In hoc genere mas est, & fœmina: in alijs enim oua, in alijs semen reperitur, quod lac vulgus appellat, quia lactis instar candidum est, quod propter Aristotelem, dico qui hæc literis prodidit. ἐπι δὲ ἐνια καθάπερ ἐν τοῖς ὄσπραγοδέρμοις καὶ ψυλοῖς, δὲ μὲν τίχλον ἐστὶ τὸ γενῶν, δὲ δὲ ὀχέουον ἴκ ἐστὶ. Ἔτω καὶ ἐν τοῖς ἰχθύσι δὲ τῶν ἰσθηῶν γένος, τὸ τῶν ἐρυθρικῶν, καὶ αἱ χάναι τὸ πάντα τὰ τοιαῦτα ὡς φαίνεσθαι ἔχουσα. In testaceis & stirpibus est quod pariat & generet, quod autem maris officio fungatur deest. Sic etiam inter pisces, genus passerum & rubellionum & chanarum: oua enim in his omnibus reperiuntur. Quod si de omni passerum genere intelligatur, falsum esse experientia docet. Hyeme ventrem ouis distentum habet passer, idque potissimùm obseruant qui emunt: oua enim meliora suauioraque ipsa carne habentur. Passer vere parit. In Gallia rariùs cū ouis capitur, in nostro litore ferè semper. Cuius rei ea est causa, vt arbitror, quod piscatores nostri in stagno tantum hyeme piscantur, quo fœminæ pariendi causa subeunt: in Gallia in mari tantum piscantur, mares potius quàm fœminas, quæ ouorum copia pressæ in imo latent. Passeres & plani omnes in limosis locis feliciter proueniunt, vt annotauit Columella, ob eam causam in stagna nostra se è mari recipiunt. In Oceano verò planorum omnis generis maxima est copia. Vidimus Antuerpiæ in taberna quadam passerum planorumque piscium omnis generis, exiccatorum tantam copiam quanta cuiquam credibilis esse queat. Latent enim in arena & limo ob id reciprocante Oceano facillè capiuntur. Passeres marini minus humida mollique sunt carne quàm qui in stagnis

Lib. 9. cap. 20.


Lib. 4. de hist.
anim. cap. 11.

Ec

vixerunt, qui præter quàm quòd molles sunt, lutum etiam resipiunt. Molliores sunt, & ferè insipidi in dulcibus aquis educati. Præferendi itaque sunt omnibus marini. Secundum locum obtinent in stagnis versati. Postremum fluuiatiles: à nostris friguntur in sartagine, & pro bono, gratoque cibo habentur. Galenus psettam buglossio similem esse annotauit, non tamen eiusdem planè esse generis: mollius enim, ciboq; gratius, denique omnino melius esse buglossum psetta.

Lib. 3. de Ali
men. facul.

De alia Passeris specie.




CAPUT VIII.

PASSEREM pro vnica piscis plani specie cum veteribus autoribus superiori capite vsurpauimus. Nunc si pro genere accipiamus cui species aliquot subsint, de quibus deinceps dicemus, nihil absurdi nos facturos arbitror: nam Aristot. ὁ τῶν ψηλλῶν γένος constituit LIB. de Histo. animal. & τὰς ψηλλοειδέεις LIB. de animalium ingressu omnes eos appellat, qui plani cum sint oculos habent in prona parte, ideoq; ita natant, vt strabones ingrediuntur. Omnes igitur huiusmodi plani dicti sunt passeris, à colore passerum auium: nam parte supina albicant, prona fusci sunt, & terrei coloris, instar passerum auium. Igitur passerum generi eum planum subiicimus qui *quarrelot* à Gallis, id est, verbum è verbo quadratulus nominatur. Sunt qui cum hoc tantum nomine appellent, cum minor est, quum verò senuit *plye*. Ego verò specie hunc ab illo differre existimo: magis enim quadrata est forma is qui ab ea quadratulus nuncupatur, maculasque rufas siue subflauas plures habet. Totus læuis est. Carne candida, molli, valde humida. Huius magna copia in Oceano capitur.

Lib. 4. ca. 11.

De Pas

De Passere aspero siue squamoso.




CAPUT IX.



CEANVM mare planis piscibus abundat, in quibus numeratur passerum species, quæ à Gallis *limande* vocatur, ab Anglis *brut*, squamis, asperitateq; à superiore differens. Flauas maculas in pinnis quæ corpus ambiunt & in reliquo corpore habet. Linea corpus intersecans sinuosa, in passere nostro rector est. Carne est candida, humida, molli, minus tamen quàm superior, parum glutinosa, non multum buglossis inferiore. Antuerpiani exiccatos vendunt, magnoque suo lucro alio coquendos curant.

Cap. 9.

De Passeris tertia specie.



CAPUT X.




EST & alius piscis planus passerum generi subiiciendus *flez* à Gallis nominatus. Squamis paruis integitur. Colore est nigro. In corpore pinnisque id ambientibus maculas rufas habet. Osiculis munitus est in capite, mediòque corpore, in parte

Ec 2

supina. Carne est candida & molli. Hac, & superiore passerum specie mare nostrum prorsus caret, ac fuisse vtrunque veteribus incognitam affirmare aulim: quia ad Oceanum vsque non penetrauerunt, nec in Oceani piscibus cognoscendis operam studiumque posuerunt. Sunt qui *flez* fluuiatilem piscem esse putent. Quod si intelligant in fluuiis nasci & viuere, id plane falsum est, nam in mari reperitur. Quod si in mari natum flumina subire sentiatur recte dicunt. Non solum enim hac, sed etiam alia passerum species in fluuios migrant. Istius species duae videntur esse, vna minor quae *flez* dicitur, altera maior quae *fletelet*, etiam si diminutiuum nomen id esse videatur, ab Anglis *helbut*, nostris litoribus incognitus, in Anglia frequens, Lutetiae rarus, & ob raritatem solum commendatior, neque enim priore salubrior, delicatiorve est, sed paulo duriore carne.

De Buglosso.



CAPUT XI.

VBIUNGIMVS rhombis passeribusque buglosa: nam victus ratione locoque conueniunt, & vt apud Athenaeum scripsit Speusippus LIB. II. similium. Similes pisces sunt psetta, buglossum, tænia. Huius generis species aliquot constituimus, quae deinceps exequemur. Ac primum de buglosso proprie sic appellato dicemus. Βλέγλωττα καὶ βέγλωσσα. Βλέγλωττον ἔστω βέγλωσσον vel βέγλωσος à Græcis dicebatur, hodie γλωττα. A Varrone & Plauto lingulaca, à linguæ figura, quae Græcis est γλωττα, cui βε particulam additam fuisse puto, vt magnitudinem potius quam bubulæ linguæ figuram significet. A Plinio solea. Item ab Ouidio,

Fulgentes soleæ candore et concolor illis

Passer.

A figura soleæ quæ solo pedis subiicitur. In tota Gallia *sole*, in Hispania *linguado*, Romæ *linguata*, Venetiis *ssfoia* à folij alicuius maioris si

ris similitudine. Solea piscis est planus tenuis, longiore contractioreque corpore quam passer, ita vt passer inter soleas & rhombos medius sit, pedali magnitudine, vel maiore in Oceano, supina parte candida: prona nigricante in qua oculi insunt. Ore est incuruo, sine dentibus. Branchias quatuor, cor compressum, denique viscera omnia eadem cum passeribus habet. Squamis tegitur paruis. Linea recta à capite ad caudam ducta est. Corpus sepiunt pinnae breues, quarum altera à capite ad caudam continuatur, altera è regione podicis, non procul à branchiis distantis orta, itidem ad caudam vsque protenditur. Hæ colorem à proxima parte mutantur: Etenim parte supina candida sunt, prona nigricant. Similiter & quæ ad branchias sunt, & in ventre. Cauda lata est, vnica pinna constans. Fel in hepate habet aduersus suffusiones vtile. Hyeme vado maris excauato conduntur, torpedo, solea, & psetta autore Plinio. Frigus igitur solea pertimescit, tum quia lapides in cerebro habet, tum quia corpore est tenui. Carne est dura, & non nihil glutinosa, quæ ob id difficile corrumpitur, diutius seruatur, neque longa vectura putrescit, imò melior efficitur & salubrior. Id verissimum esse iudicabunt ij qui diligentius omnia expendunt, quibusque sapit palatum. Hinc fit vt Lutetiae sapidiores melioresque sint soleæ quam in ipso litore. Nam caro omnis calore externo primum tenescit, eiusque sapor ille dilutus, & vt ita dicam ferè insipidus, acrimoniam quædam non ingrati acquirat, postremò putrescit, molestaque acrimonia linguam, palatumque torquet, qua tamen acrimonia quidam delectantur, quibus stolidus est, hebesque gustatus sensus. Et maris nostri soleæ Lugduni meliores quam in Montepelio, vbi sæpius viuæ adhuc coquantur: quam ob causam duriores sunt, difficiliusque concoctionis. Galenus similis quodammodo inter se esse passerem & soleam scribit, non tamen omnino eiusdem esse speciei. Soleam enim molliorem esse, ciboque suauiore, ac omnino passere præstantiorem. Suauitate quidem, alimenti copia, succi bonitate, solea præstantior est. At carne duriore solidioreque esse experientia sensusque conuincunt. Neque verò est quod quis de buglosso dubitet, is ne sit quem descripsimus: omnia enim ad amulsim conueniunt, omnium etiã qui hactenus de piscibus aliquid literis mandarunt, consensu. Neque quicquam obstat Athenæi locus ex Aristotelis LIB. de animali. hæc citantis (ελάγχθη, φησι, βέσ, τρυγών, γαρίκη, βέλις, βάσαχος, βέγλωττα, ψήττα, μύς. Cartilaginea sunt, inquit, bos, pastinaca, torpedo, raia, rana, solea, passer, mus. Nemo est enim qui statim non iudicet, locum esse corruptum, cum neque Aristoteles neque Plinius, neque vlli alij qui in piscium cognitione exercitati fuerunt, quique diligenter cartilagineos pisces enumerarunt, in eorum numerum buglossum vel passerem reposuerint, quibus vtpote peritio-

Lib. 9. ca. 19.


Lib. 3. de fac. aliment.

Libro 7.

Lib. 4. de in-
terpret. somn.

ribus fidem adhibendā esse iudico potius quā Æliano, & Artemi-
doro, qui non satis rectē cartilagineos definierunt. Cartilaginea vo-
cantur, inquit Ælianus, quæ squamis carent, vt murena, conger, tor-
pedo, pastinaca, bos, mustellus, delphinus, balæna: hæc enim sola
sunt de aquatilibus viuipara. At murena spinas habet non cartilagi-
nem, nisi murenam fluuiatilem intelligat. Delphinus verò & balæ-
na, neque spinas, neque cartilagineam propriè habere dicuntur, sed
solida ossa terrenarum animantium modo. Artemidorus verò. Qui-
cunque, inquit, pisces cartilaginei sunt, ex his longi omnes vanū la-
borem significant, & quæ speramus non perficiunt, quoniā elabun-
tur, & squamas non habent, quæ corpori circumlitæ sunt, veluti ho-
minibus colōres. Sunt autem hi. Murena, anguilla, congrus. Quibus
reiectis Aristotelem, Pliniūque excellētis doctrinæ viros, & rerum
cognitione præstantes sequimur, ex quorum sententia buglossus, &
passer plani quidem sunt pisces, sed spinosi, & non cartilaginei.

De Solea oculata.




CAPUT XII.

Lib. 7.

SPECIEM Buglossi alteram facimus eam quæ
Malsiliæ satis frequens est; quæque illic & apud nos
pegouse dicitur, à squamarum vt arbitror tenacitate,
ita enim tenaciter hærent, vt nisi diu in aqua calida
maduerint, desquamari non possit. Est aliis soleis cor-
poris habitu, & partibus internis omnino similis, sed in prona parte
maculas habet magnas, oculorum effigiem cum iride & pupilla re-
ferentes. Vnde soleam oculatam appellandam esse censeo, quemad-
modum torpedinis oculatæ, item raiæ oculatæ species vna est. Huius
mentionem nullā à veteribus factam fuisse comperio, nisi quis eam
esse dicat, quam Athenæus *ἐχάρου* vel *χέριν* ex Dorione vocat. *διω-
λείων δ' ἐν τῷ περὶ ἰσχυρῶν γράφει. τῶν δ' ἡλαίων βέλγλων, ψήττων, ἐχάρου, ὃν
καλεῖται καὶ χέριν.* Sed hoc aliis æstimandum relinquo.

De Cy


De Cynoglossō.



CAPUT XIII.

PLANNVM piscem quem hic exhibemus qui *pole*
à Gallis nominatur, necesse esse inter buglossi spe-
cies numerare forma ipsa satis arguit, qua buglossi
planè similis est. Est tamen corpore spissiore & bre-
uiore, squamis tegitur paruis, in ambitu serratis. Co-
lore est fusco. vt rhombus à passere, ita hic à prima buglossi specie
differt situ corporis, necnon sapore. Verus enim buglossus suauis
est sapore, & perdici comparatur, quemadmodum rhombus pha-
siano. At hic insuaue quiddam & graue redolet, quod inter eden-
dum facilè percipiunt ij, qui vel veræ soleæ ignorantia, vel pretio
paruo inducti hunc pro illa emunt. Sunt qui non nisi pabuli ra-
tione differre credant, quod equidem non probo. Etenim si pabu-
li varietas saporem, succūque immutare potest, non ita ad
corporis habitum formamque immutandam nullam vim habet.
De colore nihil dico, qui pro alimentorū differentia variari potest.
Quare cum victus ratione, notisque aliis quas supraposui piscis
hic à buglossō dissideat, rectè aliam à buglossō speciem constitui-
mus. Ea fortasse est quàm Epicharmus apud Athenæum *κυνόγλωσσον* Libro 7.
ἔν appellauit. Vel si Epicharmi *κυνόγλωσσον* non sit (nihil enim
certi ex tam paucis verbis Epicharmi ab Athenæo citatis colligi po-
test) optimo quidem iure, vt à ceteris buglossi generibus distin-
guatur, cynoglossum nuncupabimus, neque aliud est genus cui no-
men hoc aptius quadret. Est autem cynoglossum carne dura, glu-
tinosa, difficiliorisque concoctionis, feriniquè saporis, ob algas, her-
basque alias quibus vescitur. In mari nostro non reperitur. In Occa-
no frequens est. Sunt qui similitudine decepti in mari nostro capi pu-
tent, eumque esse piscem quem Malsilienfes *seruantin* vocant. Sed
hoc suo loco refellemus.

De Arnoglosso.




CAPUT XIII.

ARNOGLOSSVS læuis siue Arnoglossus simpliciter ea buglossi species à nobis vocatur, quæ squamis carere videtur, prorsusque læuis esse. Nam vt plantagini herbæ à figura vel foliorum læuitate, arnoglossi, id est, agninæ linguæ nomen positum est, ita species hæc arnoglossus à læuitate vel figura rectè nominabitur, quæ à nostris *perpeire* vocatur. Est reuera ex buglossorum genere, quod corporis habitus, figuræque indicat. A cæteris differt, quod multis squamis tenuissimis, & statim deciduis integatur, vt meritò læuis dici possit, tenuisque tantum cute opertus esse videatur. Corpore est valde gracili, pellucido, candido. Carne est tenera, delicata, palmi magnitudinem nunquam attingit. Statim atque ignem vidit coctus est, quem admodum aphyæ. Sunt qui hæc buglossi speciem tæniam esse existimauerunt, hæc tantum moti cõiectura, quod tænia, psetta & buglossum similia sunt autore Speusippo LIB. II. similia. Sed hæc sententia facile conuellit Aristotelis autoritate; qui tæniæ pinnas duas duntaxat tribuit, cum hæc species quatuor habeat, duas ad branchias, duas alias quæ corpus sepiunt, quemadmodum in buglossis.

Lib. 3. de Hist. animal. ca. 13.

De Solea parua siue lingula.




CAPUT XV.

HANC Buglossi parui speciem diminutio nomine lingulam appellamus, quod sit buglossorū omnium, quæ à linguæ figura nomen traxerunt, minima. Neq; debet existimare aliquis maiorum fœturam esse. Certa enim nota à buglossis omnibus discernitur. Est enim

enim piscis planus buglossis reliquis specie quidem similis, sed semper paruus, dodrantalem magnitudinem nunquam excedens. Linea quæ corpus dirimit, spinamque firmat vel tuetur, ex squamis contexta est longè eminentioribus quàm in toto corpore, dempta ea parte quæ circa maxillam inferiorem est. Duriore est carne quàm buglossus læuis, glutinosique non nihil habet. Satis rarus est piscis, & ob corporis tenuitatem vilis. Solent enim magni corpulentique pisces probari, parui verò reici, nisi ex Aphyarum sint genere, vt vnâ cum spinis edantur. Exigui alij quibus eximendæ sunt spinæ molesti.

De Hippoglossis.




CAPUT XVI.

HIPPOGLOSSVM vocamus buglossi speciem, quam Galli *flettan* appellant, quod fluitando natet, vt opinor. Huius nomen nullus apud Aristot. Plin. Oppianum requirat: veteribus enim incognitus fuit, Oceani tantum accolis notus. Quare huic pro ipsius natura nouum nomen imposuimus, quod faciendū esse cõsent Plato & Galen. Hippoglossum igitur à nobis vocatur, quod buglossa omnia magnitudine superet. Græci enim rei magnitudinem indicant β & ιππο particulis, vt in ιππογλωσσῶ, ιππομαράθρω. Sic hippoglossum dicimus à magnitudine non à similitudine cū hippoglossis herba. Quod autem buglossi species sit hippoglossum nostrū, nemo est qui non statim primò aspectu iudicet: oblongo enim cõtractoq; est corpore, altera parte candido, altera nigricante, in qua oculi siti sunt. Ore est cõtorto, dentibus munito cithari modo, quibus buglossi carent. Pinna corpus ambiunt, vt breuiter dicam. Buglossus est cetaceus. Vidimus enim hippoglossum quatuor cubitos longū. Carne est dura sed suaui, ad rhombi naturam proximè accedente. Ossa spongiosa habet, qui-

bus inest medulla, quæ à cupediarum amatoribus expetitur. Piscis est maris Oceani. Antuerpiæ salitus & in frusta dissectus venditur. Capitur etiã sæpe in Oceano iuxta Galliæ Bologniã. Ibi huius frusta farine massa pbe subacta & pista inclusa aromatizq; cõdita in furno coquant, vt diutius seruari possint, & asportari. Hæ sunt oēs buglosi species quas vidisse contigit, quæ cum oēs veteribus cognitæ nõ fuerint, nemini mirum videri debet, si pro rei natura noua nomina fecerim.

De Tænia.




CAPUT XVII.



IAINI' A Græcis fascia est, qua in significatione Galenus, & Hippocrates in LIB. de fracturis vsus est sapius. Significat & redimiculum seu vittã, qua puellæ nostræ capillos redimire solent, quam seruati Latini nominis vestigiis nostri *vette* vocât. Sed à fasciarum similitudine dicuntur tæniæ lapides sub aquis candicantes, in longum porrecti, quales sunt in sinu maris nostri nõ procul ab ostiis Rhodani à nautis formidati, quas Græci vocabuli imitatione *tiniez* appellant. Ab eadem fasciæ similitudine piscis *Tænia* vocatur, quem Gaza vittam interpretatus est. Plinius tæniæ vocabulum retinuit. A nostris piscatoribus *flambo* vocatur, id est, flamma, quia colore est rufo, siue flammeo, vel quia quum natat flammæ modo moueatur, & flectatur. A quibusdam *spase*, id est, ensis nominatur, à figura. Capite enim lato est, reliquo corpore in acutum paulatim desinente. Tæniæ differentias duas obseruauit. Vna vera est Aristotelis tænia. Alteram similitudinis causa tæniam etiam vocabimus. De tænia Aristotelis prius dicemus. Piscis est fasciæ similis, id est, longo, tenui, strictoque corpore, ac flexibili longorum piscium instar, corporis tenuitate, carnis sapore & candore buglosso similis. Capite est depresso, ossibus multis constante. Oculis magnis, rotundis, pupilla exigua. Ad branchias pinna vtrinque vnica, ad natandum data. In prona parte villos habet, ad caudam vsque, & in eisdem cauda terminatur. Tantæ est tenuitatis vt ossa vertebrarum spinæque quibus firmatur, carne non recta appareant. Crassum lentumque succû gignit, quia carne est dura & glutinosa, cuiusmodi sunt longi omnes qui flexuoso corporum impulsu vtuntur. Psilothrum palpebrarum fieri ex tæniæ iccore sicca

siccato, cum oleo cedrino perunctis pilis, autor est Plinius. Hanc veram Aristotelis tæniam esse affirmamus, quia tenuis, longa, candida, Lib. 32. cap. 71 pinnas duas duntaxat habens, vt scribit Aristoteles: Lib. 2. de hist. anima. ca. 131 Οι μὲν πλείστοι τετραρα πτερύγια ἔχουσι. οἱ δὲ ἁρομήκεις οἷον ἐγγέλους δύο, ὄντα πρὸς τὰ βράγχια, ὁμοίως δὲ κερρεῖς, οἷον ἐν Σιφαῖς οἱ ἐν τῇ λίμνῃ δύο, καὶ ἡ χαλαμένη τæνια ὁμοίως. Pisces plurimi pinnas quaternas habent, longi autem vt anguilla binas, iuxta branchias, & mugiles lacus sipharum itidem binas, similiter & quæ tænia dicitur. Præterea buglosso similis est teste Speusippo, sed hoc differt quod oculos in prona parte non habeat, sed vtrinque vnum.

De altera Tæniæ specie.




CAPUT XVIII.



IAINI' A alia est cui nomen hoc, vel fasciæ aptissime quadrat: est enim tenuis & longissima, quippe quæ ad duum triumue cubitorum longitudinem accrescat. Corporis specie priori similis est, eo verò differt, quod præter pinnas quæ ad branchias sunt sitæ, duas alias habet sub maxilla inferiore rufas, cuius coloris sunt villi dorsi caudaque. Præterea quinque maculas habet in parte prona, purpureas rotundas, certo spatio à sese distantes, quales ferè in solea oculata. Squamis caret, aculeisque. Ob id fortasse de hac intelligendus Oppiani locus *τæνια ἀβληχεῖαι*, id est, imbecillæ. Colore est argenteo. Ventriculum magnum habet, & longum. Intestina recta, sine vllis gyris ad anum porrecta. Cor compressum. Hepar ex albo rubescens. Lien & fel-vix ob paruitatem apparent. Carne est dura, glutinosa, malum succum gignente. Hanc tæniam rectè dici perspicuè indicat corporis longa & fasciæ similis figura. Nam medici etiam longos latosque lumbricos *τæνιας* vocant, quæ etiam *κελεῖαι* dicuntur. Tæniam nostræ similem Pifis mihi ostendit Portius philosophus grauissimus quam ad se è Gallia missam narrabat, sed cærulea erat, dentibusque maioribus, quæ à pictore præter piscis naturam adiecta fuisse arbitror.

Lib. 1. de hist. anima. ca. 131

De Fabro siue Gallo marino.



CAPUT XIX.

DVBITAVI aliquando in quam piscium classem piscem hunc referrem. neque enim inter squamosos, neque inter cartilagineos, neque inter beluas rectè collocari potest, quoniam iis omnibus dissimilis est: neque inter *σφραγιδεις* recensendus, quippe qui vna parte candidus, altera, nigricans non sit, sed corpore concolore dempta vnica macula. A planis verò oculorum situ differt. At cum exigua sit hæc differentia, corporèque plano sit, & figurâ rhombo capite tenus quodammodo simili, non ineptè planis piscibus adnumerari posse videtur. Sequitur aliâ multoque maior dubitatio, quo nimirum nomine piscis hic à veteribus nuncupatus sit. Variæ enim hac de re fuerunt sententiæ. Sunt qui *χάλκρον* Athenæi esse suspicentur, sola nominis affinitate moti, quia à Romanis hodie *citula* nominatur. Sed iis, cum nulla prorsus ratione suspicionem hanc confirmant, assentiendum non arbitror. Idem aliquando Acanthiam esse putauerunt, ob dorsi aculeos, sed nõ sine magno errore. Cum Acanthias veterum Græcorum Latinorumque sententia, ex Galeorum sit genere, hic autè piscis de quo nunc agimus minimè sit *γαλεώδης*. Quibusdam videtur esse chalcis de genere rhomborū apud Columellā. Hinc esca latentiū mollior esse debet, quàm saxatiliū: nam quia dentibus carent, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt, mandere quidem non possunt: itaq; preberi conuenit tabentes haleculas & salibus exesam chalcidem, putrèmq; sardinam, nec minus squalorum branchias, & quicquid intestini pelamys, vel lacertus gerit. Ex his liquet chalcidem inter viles pisciculos numerari, qui ad aliorum escā in Viuaria coniciebantur. Athenæus quoque trichiis & thrisis alsimi

Lib. 6. cap. 17

Lib. 7.

assimilat *χαλκίδες* ὅ καὶ τὰ ὅμοια θρίσσαι, τριχίδες. & θρίσσαι καὶ ὁμογενῆ *Libro 8.*
χαλκίς καὶ ἐρέτιμος. Postremò hanc opinionem funditus euertit Aristotelis autoritas, qui chalcidem inter fluuiatiles pisces recenset. His *Lib. 6. de hist. anima. ca. 14.*
 igitur refutatis nostra quidem sententiâ, piscis iste fuerit qui ab Athenæo *χαλκεύς*, à Calcide dissidens, vocatur: *διαφέρει ὅ τ' χαλκίδος ὁ χαλκεύς.* A Plinio faber siue Zeus. L I B. I X. Zeus, inquit, idem faber appellatur, & L I B. X X I I. faber siue Zeus. A Mafsiliensibus *truceie*, *Libro 7. Cap. 18. Cap. 11.*
 quia dum capitur, suum more grunnit. In Lerino insula, & Antipoli *rode* vocatur, id est, rota, quia rotè modo rotundus ferè sit, rostro non exerto nec hiante, & in medio corpore maculam nigrâ habeat, veluti centrum. Caue autem rotam Plinij hîc accipias: eam enim inter vastissimas beluas commemorat. Apparent rotæ appellatæ à similitudine, quaternis distinctæ radiis, modiolos earum oculis duobus vtrinque cludentibus. Romæ piscis hic noster *citula*, vt dictum est, & piscis sancti Petri cognominatur. ferunt hunc piscem fuisse quem iubente Christo D. Petrus ceperit, vt in eius ore numisma pro tributo reperiret, vnde digitorum impressorum vestigia in medio corpore relicta fuerunt. Galli *doree* vocant, ab aureo laterum colore. Nostri cum Hispanis *gal*. Santones & Baiionenses *iau*, id est, gallum à dorsi pinnis surrectis, veluti gallorum gallinaceorum cristis. Græci hodie *χριστόφορον*, aiuntque Christophorum, dum Christum humeris gestas, mare traiceret, piscem hunc apprehendisse, & impressa digitorum vestigia reliquisse. Faber piscis est planus, vel certè compresso admodum corpore, varij coloris: caput enim & dorsum obscura sunt, pinna nigricant, latera aurea sunt. In medio corpore nigram maculam habet vtrinque minimi nûmuli magnitudine. Squamis tegitur tam paruis tenuibusque, vt nisi digito scalpas, vix appareant, læuque corpore esse videatur. Linea obliqua à capite ad caudam ducta est. Oculum vnum vtrinque magnum habet. Supra oculos aculei duo sunt acuti. Spina dorsi decem aculeis inæqualibus firmatur, postremi minimi sunt, primi maiores, medij maximi. Inter binos aculeos eminent veluti pili longissimi, setis porcinis similes, ad quorum radices ossicula sunt, veluti clauis bifidi & inæquales, quorū alter in anteriorem, alter in posteriorem partem vergit, è quorum medio nascitur pinna tenuibus radiis contexta, vsque ad caudam protèsa. Huic similis alia est in ventre pinna, quinque tantum aculeis constans. Pars ventris, vtrinque ossibus instar acuti cultri secantibus firmatur. Ex ea duæ longissimæ pinnae propèdent. Duæ sunt aliæ ad brachias. Cauda in vnicam desinit. Ore est admodum hiante. Branchias quaternas habet. Gulam manifestam. Intestina tenuia in gyros cōuoluta. Hepar candidum sine felle. Lienem rubescens, exiguū, mesenterio hæretem. Inter intestina oua rubra latent. Cordis pars infima rubet, suprema

Ff

quemadmodum & media ex albo rubescit, quòd in paucis piscibus spectatur. Carne est minus dura quam rhombus. Non desunt qui orthratoriscum Lacedemoniorum esse putent, & porcum marinum Latinorum, nec sine ratione, nempe quod gruniat dum capitur. Plinius. Appion maximum piscium esse tradit porcum, quem Lacedemonij orthratoriscum vocant, grunnire eum quum capiatur. Eandem sententiam confirmant dorfi spinæ, quas idem Plinius porco marino tribuit. Inter venena sunt piscium porci marini, spinæ in dorso, cruciatu magno læsorum remedium est limus ex reliquo piscium eorum corpore. Sed cum porcus vel orthratoriscus in maximis piscibus habeatur, is esse non potest de quo nunc loquimur, & si satis magnum in Oceano captum Antuerpiæ viderim. Duo sunt quibus à nostra sententia deduci aliquis possit. Vnum est quod faber ab atræ fuliginis colore dictus esse videatur, idque ab Oppiano indicari his verbis.

Lib. 1. ἀλι-
νικῶν.

Γέτραν ἄρρον ἔχουσιν ἐφέστιον, ἠδὲ σκιαίναν,
Χαλκία, καὶ κορακίον ἐπὶ τῶν μιν αἰθροῖν χροῖν

Sed quod de nigro colore hîc dicitur, ad coracinum solum referendum esse perspicuè liquet ei, qui versus rectè distinxerit. Alterum est quod Columellæ Gadîu fretò, & Atlantico mari fabrû proprium esse placet. Vt litorum sic & fretorum differentias nosse oportet, ne nos alienigeni pisces decipiant: non enim omni mari potest omnis esse, vt elops qui Pamphylia profundo, nec alio pascitur, vt Atlantico faber, qui & in nostro Gadîu municipio generosissimis piscibus adnumeratur, eumque prisca consuetudine Zeum appellamus. Quæ sit accipienda esse puto, vt maximè in Atlantico mari, & Gaditano fretò reperiatur faber, illicque potius quam alibi principatû obtineat, non quod nullo alio in loco nascatur. Quod Plinij autoritate confirmatur. Et hæc natura vt alij alibi pisces principatum obtineant, coracinus in Ægypto, Zeus idem faber gadibus. Non equidem diffiteor pisces quosdam esse, qui quibusdam in litoribus solum aut fluuiis aut lacubus reperiuntur. At plurimos etiam pisces esse constat, certis locis à veteribus assignatos, qui aliis in partibus maris etiam tum capiebantur, vel postea capti sunt: ita tamè antiquorum literis proditum fuit, vel quia horum locorum pisces optimos & frequentissimos, alibi rarissimos celebrare voluerunt, vel quia indigenarum incuria, aliarum maris partium siue aliarum aquarum, quas ipsi non perlustrauerant, pisces ignoti erant. Quare cum nulla satis firma ratio esse videatur quæ propositam sententiam possit conuellere, in ea permāneo, veterumque fabrum seu Zeum esse puto, qui hoc capite descriptus fuit.

Lib. 9. cap. 18.


Gulielmi



G V L I E L M I
R O N D E L E T I I
D E P I S C I B V S
L I B E R X I I .

§

De Pastinaca.



CAPUT I.



LANOS Pisces in duo genera distinximus: alios enim spinas habere diximus, alios pro spinis cartilagineam: sic enim quæ χονδράκιον Aristoteli dicuntur, interpretatur Plinius. Eadem ἑλάχι & ἑλαχόδη Aristoteles appellauit primus, ἀπὸ τῆς σέλας ἑχίν, autore Galeno, quod noctu cutis eorum splendeat. Latine cartilaginea Plinio autore dicimus. Cartilagineorum alij plani sunt, alij longi. De planis hoc libro tractabimus, in quibus habentur pastinacæ, torpedinum, raiarum species, alique pisces memoratu dignissimi. Ac primùm de pastinaca, quæ notas viresque maximè

Li. 3. de Hist.
animal. ca. 7.
Plinius lib. 9.
cap. 24.

Lib. 3. de alim.
facult.
Ibidem.

perspicuas & insignes habet, ipsoque nomine nostris & aliis satis cognita, cuius species duas esse dicimus: quanuis antiqui vnus duntaxat meminerint, vel ob similitudinem non distinxerint: neque enim facultatibus, neque caudæ aculeo differunt, sed rostro tantum & capite, vt postea declarabimus. Τρυγών Græcè dicitur, Latine pastinaca, ita vertente Plinio. Ambrosius turturem Latine expressit ad verbum, quem secuti sunt nonnulli, vt Martinus Gregorius medicus Græcè & Latine doctissimus, in libello Galeni de Attenuante victu, quem Latinum fecit. Nos cum Plinio & Cornelio Celso, quos Gaza etiam secutus est, pastinacam dicemus, cuius nominis vestigia secuti sunt nostri, qui *pastenago* vocant, Romani *bruccho*, Ligures *ferrazza*, Siculi *bastonago*, Massilienses *bougnette*, quia farina conspersa & in fartagine fricta, trij genus quod vulgari lingua *bougnette* vocant, referat. Nonnulli Prouinciales *bastango* vel *vastango*. Flandri lingua sua muris caudam. Galli raiam ob similitudinem, quam cum raiis habet. Burdegalenses *taretonde*. Dalmatæ *laccizza*. Epicharmus ὀπιδοκενσον, quod in posteriore parte aculeo armata sit. Sunt qui columbam marinam appellent. Pastinacam à Latinis dictam puto, à caudæ colore, rotunditatēque pastinacæ radici simili. Τρυγώνα verò non à colore, vt quidam scripsit: nam piscis hic flauescit, sed ab alarum ex partium similitudine. Hic vtile est studiosos lectores admoneri pastinacam marinam, & pro pisce, & pro herba à Cornelio Celso sumi, ne quis homonymia fallatur. Is enim libro sexto ita scribit: Plani piscis quem pastinacam nostri, *συγώνα* Græci vocant, aculeus est, &c. & libro quinto remedia docens aduersus Italiae serpentes, Italia, frigidioresque regiones, hac quoque parte salubritatem habent, quod minus terribiles angues edunt, aduersus quos satis proficit herba betonica, vel cantabrica, vel centaurium, vel argemone, vel triffago, vel personata, vel marina pastinaca, singulæ, binæve tritæ, & cum vino potui datæ, & super vulnus impositæ. Cum pastinacam marinam herbis adnumeret, easque terendas, & potui dandas esse præscribat, quæ de herbis propriè dicuntur, eam pro herba accipiendam puto. Sunt qui pastinacam erraticam pro marina legant, ego verò lectionem non mutandam censeo. Nam idem autor lactucam marinam pro syluestri dixit, & quemadmodum brassicam marinam, ita pastinacam marinam dicere possumus. Quam contra serpentes prodesse etiam testis est Dioscorides. Serpentium moribus, ictibusque prodest, inquit, præsumentes quoque nulla affici iniuria à serpentibus traduntur. Sed pastinacam piscem depingamus, vt à similibus internoscatur. Pastinaca piscis est planus, cartilagineus, læuis, sine squamis aculeisque in toto corpore, præterquam in cauda, in qua aculeum longum, acutum, vtrinque ferratum habet, quem rad

Lib. 9. cap. 48.
in hexamero.

Cap. 7.

Cap. 27.

Lib. 3. cap. 59.

radium Plinius appellauit, Græci κέντρον, cuius dentes (sic enim feræ scissuras Cicero pro Cluentio appellauit, & Columella denticulatas falces dixit, & Plinius cancrorum forcipes denticulatas) caput versus reflectuntur, cui aliquando duo alij parui breuesque ad radicem adnascuntur. Cauda longissima est, læuis, flexibilis, caudæ muris persimilis: initio enim crassa paulatim in eam tenuitatē terminatur, vt filum esse dicas. Impropriè mihi videtur de radio pastinacæ locutus Dioscorides. τρυγώνος θαλασσίας ὁ κέντρον, ὃ δὴ ἀπὸ τῆς αὐτῆς πέφυκεν ἀνεστραμμένον τοῖς φολίω, ὁ δὲ ὄντα πονεῖν τῶν ἀνδρῶν, θρύπτει γὰρ καὶ ἀποβάλλει, id est, marina pastinacæ radius, qui eius cauda enatus aduersus squamis reflectitur, dentium dolores mitigat: nam eos frangit & euocat. Vel aculei ferrati dentes ad caput spectantes φολιδίας appellat, vel pastinacæ tegumentum, id est, squamas, siue corticem, quorum alterum φολιδίος nomine significari non potest: alterum pastinacæ minimè competit. φολιδίος enim propriè sunt τῶν ὄφρων λεπίδες, id est, serpentum squamæ, vel cortex melius, vt in Aristotele vertit Gaza, vnde φολιδία animalia vocat cortice intecta, quæ hyeme latent. Id apertissime ostendit Alexander Aphrodisi. in Problematibus. Πεζοῖς δὲ ζώοις τριχῶν ἢ φύσιν περιέβαλε, ἑρπετοῖς δὲ φολιδίας, ἐνδύοις δὲ λεπίδας, ἢ ὄστρακα, id est, pilis gradientes bestias natura texit, serpentes cortice, aquatiles squamis vel testa. Quare cum neque aculei ferrati dentes φολιδίος dici possint, quod substantia sit dura, planæque ossæ, neque pastinaca cortice vel squamis intecta sit, aduersus quas à capite ad caudam versas radij dentes reflectantur, non possum non existimare, vel Dioscoridis locum in emendatum esse, vel improprio vocabulo, aut radij dentes, aut cutem læuam pastinacæ expressisse. Quæ reprehendendi eius autoris causa, cuius maximè sum studiosus, nemo à me dicta esse putet, sed annotandi tantum loci gratia, ne vnica vucula à piscis huius cognitione lector diligens retardetur. Verum pastinacæ picturam persequamur. Radij dentes quò propiores caudæ, eò maiores sunt, quod in causa est cur facilius penetret, difficilius autem educatur, ob reflexos dentes. Itaque si piscem pupugerit, tanquam hamo retinet. Radius in media ferè est cauda, ex crassiore eius parte ortus. Rostrum in angulum acutum desinit, non venenatum vt Rauisius Textor scriptum reliquit, sed citra periculum edule est. Venenum in radio est duntaxat, quam ob causam abscissa cauda venditur, ne emptores inscij lædantur. Idem autor falsò scripsit, nullum esse huius veneni remedium, cum multa sint à veteribus experientia comperta, & posteris tradita, quæ deinceps proferemus. Oculos in prona parte habet pastinaca. Os, foramina pro naribus, ite branchiarum foramina in supina parte: quia neque in hoc pisce, neque aliis

Lib. 2. cap. 22.

Lib. 9. cap. 42.
& 48.
Lib. 2. cap. 22.
Lib. 9. cap. 31.

*Lib. 3. de alim.
facult.*

cartilagineis planis, ob corporis tenuitatem, in lateribus collocari potuerunt, demptis squatina & rana. Partes in quibus branchiæ sitæ, flaccidæ sunt, & carne vacuæ. Quamobrem Galenus cartilagineis planis hoc commune esse scripsit, vt partes quæ circa caudam sunt, carnosiores sint mediis partibus, quod torpedinibus maximè inest: videntur enim mediæ ipsarum partes, veluti cartilaginem quandam tabidam habere, illud est circa branchias mucosum, vel vt modo diximus, flaccidum, quod *χόνδρον ζακερβόν*, id est, cartilaginem tabidam vocat: nam paulò infra quina branchiarum foramina, alia est cartilago dura ac ferè ossæ, quæ naturales partes à spiritalibus separat, quam in pastinaca, torpedinibus, raiisque videre est. Pastinacæ os est paruum, interna oris regio ampla, sine dentibus, sed horum vice maxillæ sunt asperæ, ac ferè ossæ. Ventriculus factis ab ore dissitus, idcirco stomachus ei præponitur. Paruus ventriculus, angustusque in ecphyfim definit, à qua gracile breuèque intestinum dependet. Sequitur aliud initio angustius, quod sensim latius fit, sed priusquam maximè amplificetur, rursus angustatur, postremò in rectum intestinum definit, vnde excrementa porracei coloris excernuntur, qualia in morbis quibusdam, & à pueris reici videmus. Iecur in lobos duos diuisum ex albo flauescit, cui fel adhæret ex viridi flauescens. Vterus est oblongus, quo oua continentur. Pastinaca latitudine sua natat: pinnis enim caret, autore Aristotele. Item Plinio. E planis aliqua non habent pinnas, vt pastinacæ: ipsa enim latitudine natant. In cauda pinnulam quidem habet. Sed Aristoteles & Plinius, quum de piscium pinnis loquuntur, eas quæ ad natandum impellendumque corpus datæ sunt, intelligunt, non eas quæ vel ad tuendum corpus, vel ad dirigendam natationem conferunt. Non solum natat, sed etiam volat, si Aliano credimus, quum enim, inquit, natandi cupiditate affecta est, natare potest, quum rursus volandi studio tenetur, sursum versus sublimis volat. Latera in tenuem quandam substantiam, & branchiarum substantiæ similem designant. In cœnosis locis non procul à litoribus degit, vescitur pisciû carne, quos non robore sed astu & solertia capit. Plinius. Pastinaca latrociniatur ex occulto, transeuntes radio (quod telum est ei) figens. argumentum solertia huius, quod tardissimi piscium hi, mugilem velocissimum omnium habentes in ventre reperiuntur. Coeunt pastinacæ, non solum admotis supinis partibus, sed etiam tergo fœminarum supinis marium superpositis: cauda enim cum valde crassa non sit, impedimento esse non potest. Fœtus verò non recipiunt, vt nec raiæ ob caudæ asperitatem, vt autor est Aristoteles. Verum in Pastinacis caudæ asperitas, de aculeo tantum intelligenda est: præter hunc enim tota cauda lauis, in raiis verò tota aspera.

Radij

Radij pastinacæ miras vires tradit Oppianus, quippe cuius veneno mortiferæque vi cedant tela Persarum venenata, qui mortua etiam pastinaca vires suas seruat, quas non solum in animantes, sed etiam in faxa, herbæ arborisque exerit: illius enim contactu exarescunt & contabescunt. Huc radium Circæ Telegono dedisse narrat, vt eo aduersus hostes vteretur, quo tamen incautus patrem necauit. Versus aliquot Oppiani adscribam, vt eorum elegantia lectores ad locum integrum perlegendum incitentur.

*Τρυγόνος δ' ἔπο τι χροώτερον ἐπ' ἔλεο πῆμα
Τρώμαλος, ἔδ' ὅσα χεῖρες ἀρήια τεχνησάντο
Χαλκήων δὴδ' ὅσα φερεπτερυγῶν ἐπ' οἴσων
Γέροισι φαρμακλήρες ὀλέθηρια μῆλι' ὤσθα
Τρυγόνι γὰρ ζῶντι βέλος ἐλάστον ὀπιηθεῖ
Ζαφλεγές, οἷον πᾶσι λυσιάνηρ πᾶσι φρικεν ἀκρόων,
Ζῶντι τε φθιμένης, καὶ ἀτρήρεα δύνει ἀλλήλων
Ἄτροπον.*

Ælianus hunc aculeum infestissimum periculosissimumque vocat: & mox addit, adeò mortiferam vim ei inesse, vt celeriter non modo homines, sed etiam animalia perdere queat, quod quidem ipsum, vt non admirabilitatem facit, certè id stupendam admirationem habet: quod si ad maximam arborem & vegetam, & summè virentem, aculeum admoueas & defigas, non multo post amittit folia, quæ postquam deflexerint, totus truncus similis est arboribus solis ardoribus exiccatis. Quod homines necet, idē scribit, vnde & Nicander *ὄλοεργόν τρυγόνον* vocat. Nihil vsquam, inquit Plinius, execrabilius, quàm radius super caudam eminens trygonis, quam nostri pastinacam appellant. Idem pastinacæ radio arbores necari dixit. Id hoc loco vere referre possum, cuius testis præfens fui. Rusticus quidam è Cemeneis motibus, cum pastinacam à se furto sublatam veste tegetet, telo femori infixò vulneratus est, sed ne furtum deprehederetur, ad vulneris dolorē exclamare non ausus, clam ad me venit, rem omnem aperit, telum adhuc infixum monstrans quod dilatato vulnere extractū est, atque interea dum cremaretur, & in cinerē redigereretur, vulnere pastinacæ iecur imponedū curari, nec id sine successu: paulò post enim sedatus fuit dolor, cœpitque tumor summitti, nihilominus tamen cum non ignorarem piscem istū sui veneni habere in se antipharmacum, radij cinerē cū aceto vulnere admoui. Quo, & veneno medicatus sum, & vulnus recens planè exiccaui. Venenum istud nostris piscatoribus notum est: captis enim pastinacis caudas abscindunt, nisi si aliquādo in forū piscariū integras deferant, in gratiā medicinæ stadiosorū, qui à me & de pisce & de eius in medicina vsu admoniti, eas emunt &

*Lib. 2. ἀλιείων
τιμῶν.*

*Lib. 13. c. 5. &
cap. 6.*

Lib. 9. cap. 4. &

Lib. 32. cap. 2.

*Lib. 1. de hist.
cap. 5. & libr.
9. cap. 20.*


exiccant. Sunt permulta alia veneni huius remedia. Pastinaca ipsa diuulsa & vulnere imposita, sui ictus medela est, vt tradit Dioscorides. Superstitiosius aliud remedium docet Ætius. Deniq; omnia quæ viperarum moribus medentur, ei qui à marina pastinaca icitur, conuenire autor est Dioscorides. Plinius. Contra pastinacam & omnium marinorum ictus vel morsus, coagulum leporis vel hædi vel agni, drachmæ pondere prodesse tradit. Item contra eandem prodesse etiã mullum in cibo sumptum. Neque verò solùm multis nos præfidiis contra malum hoc muniuit parës rerum natura, sed etiam vt malorum aliorum remedium à pastinaca sumeretur effecit, vt nullus planè sit de ea conquerendi locus. Nam, vt Dioscorides docet, Pastinacæ radio dentium dolor mitigatur, quoniam eos frangit & euocat. Quod Plinius apertius docet. Pastinacæ radio scarificare gingiuas, in dolore dentium vtilissimum, conteriturque is & cum elleboro albo illitus dentes sine vexatione extrahit. Aliam vtendi rationem docet Cornelius Celsus de dolore dentium scribens. Plani piscis quem pastinacam nostri, *τρογύνα* Græci vocant, aculeus torretur, deinde conteritur, resinâque excipitur, qua dente circumdata, hunc soluit. Præterea pastinacæ radius adalligatus vmbilico existimatur partus faciles facere, si viuenti ablati sit, ipsaque denuo in mare demissa. Pastinacæ verò, iecur in oleo decoctum, pruritus scabiêmque non hominum modò, sed & quadrupedum efficacissimè sedat, id quod in cane primùm, deinde in homine verum esse sum expertus, sed efficacius redditur medicamentum, si in oleo iuniperi iecur dissoluatur. Si verò crustosa sit scabies, olei tartari modicùm admiscendum. Pastinacam etiam venenato radio armatam præcipuè persequitur Galenus eodem Plinio autore, quemadmodum delphinum crocodilus, vt nihil sit ne in mari quidem, quod aduersario careat. Profuerit hiæ Galeni locum illustrasse, in quo de iis quæ stupefaciendo dolorem sedant, loquitur **L I B. X I I.** *methodi medendi ἐστὶ δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ φάρμακα διὰ τῶν σπερμάτων ὀνομαζόμενα, καὶ τρογύνας, καὶ μελίωτερα μὲν εἰς τὴν τῶν σπαραγγήμα νάρκωσι, ἀκινδυνότερα δὲ εἰς τὸ μέλλον. vbi pro τρογύνας, id est, pastinacæ legendum *τρογύνα*: sic enim à tranguli figura vocat *τρογίσκος*, καὶ *κεκλιστός*, quos Latini pastillos appellant. Hæc peruersa lectio Thomam Linacrum medicum Latinè & Græcè doctissimum, Galenique interpretem optimum, in errorè induxit. Sic enim Galeni locum citatum couertit. Sunt sanè & alia non pauca ex feminibus confecta, Græcè διὰ σπερμάτων, & τρογύνας ex pastinaca pisce. Qui locus in nonnullis exemplaribus Latinis emendatus fuit, hoc modo. Sunt & alia medicamenta non pauca ex feminibus confecta, Græcè διὰ σπερμάτων & τρογύνα nominata, quæ sicut ad torporè in præfens inducèdū mitiora,*

ita

ita in futurum sunt tutiora. Illud verò medicamentum ex feminibus, siue trigonum, siue trochiscus non pastinacam piscem (etiam si dolorem in vulnerata parte, stuporem in toto corpore inducat, vt prodidit Ætius) sed apij, hyoscyami, anisi semina, & opium recipit, doloris leniendi vim habens, stupefaciendo quidem ob opium, hyoscyamumque, discutiendo verò, ob apium & anisum. Vide quanti erroris, quantumque in Medicina perniciosi, occasionem præbeat vocula vnus peruersa lectio. Nunc illud disquirendum est, num à mensis reiicienda sit, neque in cibis numeranda pastinaca, quod nonnullis visum, quia radio venenatos ictus inferat. At omnia quæ vel ictu, vel morfu venenum infundunt, omnibus partibus venenata non sunt, sed vel aculeos duntaxat, vel dentes venenatos habent, reliquas verò partes veneni expertes. Et, vt terrena omittamus, in marini aranei, siue draconis aculeis, qui ad branchias sunt, & dorsi initio venenum inest, sic & scorpio ictu lædit, illis tamen citra vitæ vel valetudinis periculum vescimur. Idem de pastinaca sentiendum, cuius radius duntaxat venenatus est, quo rescisso citra incommodum vllum quilibet ea vesci potest. Quanquam quæ de eius carnis substantia scribit Galenus, non satis probem, cum eam mollem iucundamque esse dicat, & in libello de Attenuante victu saxatilium loco substituatur. Sola, inquit, cartilagineorum torpedo & pastinaca (sic enim meliùs quàm turtur, vt vertit interpretes) laudantur, possisquæ nonnunquam in saxatilium penuria iis vti, satius tamen fuerit eos pisces præparari, aut albo iure porrum prolixius immiscendo, & piperis portiunculam. Quæ præparatio satis arguit pastinacam torpedinèque, succo & substantia, saxatilibus minimè similes esse. Porrum enim pipèrque non nisi ad crassi siue glutinosi, vel crassi glutinosique humoris attenuationem in cibis permiscetur. Quod si certius huius rei iudicium facere volueris, sensum gustatus iudicem adhibeas, quemadmodum ego sæpius feci. Nam reuera carnem pastinacæ mollem, insuauem, ferinum quid resipientem, malique succi esse comperies. Quare non sine ratione etiam à plebe reiicitur, nec nisi in summa aliorum piscium inopia emitur. Elixæ ex aceto editur, vel farina conspersa frigitur. Hactenus de pastinaca, quam verè nos repræsentsse constat, ex his quæ ex Aristotele, Plinio, Cornelio Celso, Galeno, Dioscoride protulimus. Omnium enim consensu planus est piscis, cartilagineus, è cuius cauda radius enascitur. Quæ omnia sensus ipse, & experientia ei quam depinximus, conuenire docent. His accedit vulgaris gentium variarum appellatio, Latini nominis vestigia retinens.

Lib. 3. de Alimen. facul.

De Secunda Pastinacæ specie.



CAPUT II.

PISCIS Quem hîc exhibemus, à nostris *Glorieuse*. A Romanis & Neapolitanis aquila vocatur. A Genuensibus *rospo*, id est, bufo, & *pesce ratto*. A nonnullis *ratepenade*. Ab Aquitanis *tarefranke*. Ab aliis *falco*. Ab aliis *erango* & *ferraza*. Nos secundam pastinacæ speciem facimus: quia superiori vita, moribus, partibus internis & externis omnino similis est, nisi quòd capite est magis exerto, rostro non angulato, sed rotundato, denique capite bufonem planè refert, vnde bufonis nomen à Genuensibus positum. Latera veluti alæ expansæ magis in angulum acutum desinunt quàm in priore, à quibus *ratepenade*, id est, vespertilio nuncupatur. Caudâ verò, eiusdem radio, & veneno minimè à superiore distidet, & à caudæ longitudine *pesce ratto* dicta est. Ex quibus liquet eum, qui librum de Piscibus nuper publicauit, monstrum potiùs quàm pastinacâ alteram depinxisse, quippe quæ bufoni capite minimè similis sit: quod tamè ipse asserit, & alieno planè situ radium locatû habeat, tum alæ à naturali figura diuersissimæ sint, postremò totum corpus aliena prorsus specie, & à naturali plurimum distâte. Cœnosis in locis viuit, eadè arte qua superior pisces venatur: lentè enim natat, & veluti cum pompa quadam, quâ ob causam à nostris *glorieuse* appellatâ audio. Ac quemadmodû generosus equus benèque curatus, pretiosoque ornatu instratus cum saltu graditur, & propinquantibus calcibus petit, ita pastinaca natans, pisces circumnantes radio ferit. Carne est molli, fungosa, insuauis, vt prior. Quare vehementer errare eû existimo, qui aquilam marinam appellat. Quis vnquam quæso apud Aristotelem, Plinium, aut vllum alium veterem scrip

scriptorem legit, pastinacam marinam esse aquilam? Aut quis vnquam aquilæ radium in cauda venenatum tribuit? Aut quis aduersus ictus venenati radij aquilæ remedia præscripsit? Quòd si Romani, Neapolitanique aquilæ nomen pisci huic dederint, non ideo hinc efficitur veterum aquilam hanc fuisse, cum infinitorum piscium vocabula, quibus hodie variæ gentes vtuntur, à priscorum siue Latinorum, siue Græcorum vocabulis valde dissentiant. Sed quid in his diutius immoror, cum cuius, qui Galenum diligenter legerit, perfacile sit opinionem hanc cõuellerè. Is enim L. B. I. I. I. de Alimentorum facultatibus, quum de piscibus duræ carnis scribit, Philotimi sententiam approbat, qui aquilam marinam duræ carnis esse censuit, quemadmodum & lamiam & congrum. At qui pastinacam hanc gustauerit, eam præhumida mollique carne esse iudicabit, nisi ei vel morbo vel natura gustatus sensus planè hebes fuerit.

De Raiis & earum diuisione.

CAPUT III.


MARE Ita raiis abundat, vt terra spinis, tribulis, rhânis. Quod mirum nonnullis videri posset, cum raiarum vnnum duntaxat, aut summum duo ova, eamque ob causam, vnicum duosve fœtus semel edat, quod etsi verum sit, raias tamen inter cartilaginea omnia fecundissimas esse postea docebimus, quæ non solum magni raiarum prouentus causa est (nam plurimi alij pisces numerosius fœtificant, quorum longè maior est quàm raiarum raritas) sed etiam, quòd raiarum fœtus à paucis aliis deuorari possit. Longè verò magis improbanda est, & impia iudicanda eorum sententia, qui naturam tãquam nouercam accusant, quæ plura fera, aspera, noxiâque produxerit, quam cicura, iucunda, vtilia, eum cõtrâ nihil temere, nihil sine summa ratione, à Deo opt. max. omnium bonorum autore sit creatum, vt, ne à rebus marinis recedamus, pulices maris, cæstri, pediculi que aliis piscibus maxime sunt molesti: at quibusdam sunt iucundissimi: nam hepatus istis libentissimè vescitur, scolopendra venenata est, at acui gratissimo est alimento, lepus marinus lætalis est nobis, at mullo cibus est innoxius & delicatus. Et ne singula persequamur, raiarum quædam totius corporis, omnes caudæ aculeis horrent; aspectu ipso deformes sunt: tamen rusticis usque qui corpus graui labore fatigat in cibo sunt vtilis, plurimumque nutriunt. Fel earudem oculorû cicatricibus & suffusionibus curandis prodest. De his nûc dicendû est. sunt

enim inter planos cartilagineos notissimæ, maximèque variæ. Quare primum vniuersè de iis quædam dicemus, earumque species partiemur: deinde eas sigillatim explicabimus. *βάτος* & *βαίς* à Græcis raia dicitur, à rubi quem *βάτον* vocant similitudine. Quemadmodum enim spinosus est aculeatusque rubus, ita Raia omnis aculeis aspera, non quidem toto corpore: sunt enim *λειβάλοι*, id est, læues raia, quibus nulli sunt in corpore aculei, sed siue læues sint raia siue aspera, omnes vncos aculeos in cauda gestant, sicuti in rubo, cynobato, & rosis cernuntur. Latini nulla habita Græcæ etymologiæ ratione raiam vocarunt, veluti *τρογύνα* pastinacam. Fuit qui aliquando mihi negarit raia vocabulum Latinum esse, præsertim cum Plinius in piscium catalogo eo minimè sit vsus, sed Græco. *Lib. 3. cap. 11. Ibid. cap. 7. Cap. 24.* Box, Batis, Banachus, &c. Et alio in loco bati fel dixerit non raia. At Latino nomine idem libro nono vsus est. Planorum piscium alterum est genus, quod pro spina cartilagineam habet, raia, pastinacæ &c. Latini nominis etymum nullum reperi, nisi fortè à radendo raiam dictam esse existimes. Distingunt nonnulli *βάτων* & *βαίδα*, ut hæc fœmina sit, ille mas. id annotauit qui nomina Græca quibus Latina respondent ex Gazæ interpretatione collegit, in fine librorum Aristotelis de animalibus. Aristoteles quidem *βάτης* nomine sapius vsus est, vno verò loco *βαίδης*; *ἔτι μὲν οὐκ οὐκὶα καὶ βαίδης ἰσχοῦσι ἔστρακῶν*, &c. Et reuera quibus in locis Aristoteles *βάτης* nomen ponit, de his loquitur quæ tam ad marem quàm ad fœminam spectant, de branchiis, de pinnis, de coitu: quum verò de eo quod fœminæ tantum proprium est, *βαίδα* dixit, ut non vana mihi nominum differentia hæc esse videatur. Posset eadem etiam Grammaticorum autoritate confirmari, qui *βαίδα* mollioris piscis genus esse scribunt, vnde *βαίδοσκόποι* dicantur ὀψοφάγοι & gulones autore Cælio Rhodig. ut, quoniam fœmina in omni genere humidiorè molliorèque sit carne quàm mas, *βαίς* raia fœmina propriè dicatur. Athenæus LIB. VII. *βαίδα* & *βάτον* etiam distinxisse videtur, sed locus is ad eò corruptus est, ut nihil inde certi elici possit. In hoc omnes consentiunt raia cartilagineos esse planosque pisces, cauda aspera, sine pinnis quibus natant, latitudine enim sua natant. Aristot. *τῶν ὀσπλαχῶν, ἕνα μὲν ἔχει πτερύγια, ὅτιον ἔτι παλάμα, καὶ κερκίφρα, ὡς περ βάτος καὶ τρογύνα, ἀλλ' αὐτοῖς νεῖ τοῖς παλάμοι.* Cartilaginei quoque generis aliqua pinnis carent, videlicet quæ plana sunt, & caudam habent, ut raia, pastinaca, suaque ipsa latitudine natant. Neque est quod quis mox sequente sententia, ab hac opinione abducatur *βάτος ὃ ἔχει, καὶ ὅτι ὁ παλάμος μὴ ἔχει ἀπολεπυσμένον.* Locus enim manifestè mendosus est, legendumque *βάτραχος* pro *βάτος*. Idem error in codices Latinos irrepit. Raia tamen habere pinnas videmus, & quæcunque suam latitudinem non colli-

colligunt in mucronem. Legendum verò ranam autem &c. Rana enim piscattix & squatina quamuis cartilaginei sint planique pisces, tamen pinnas habent ad natandum, nec sola sua latitudine natant eodem Aristotele autore: *Οἱ δὲ βάτοι καὶ ἔτι τριδάμα, ἀντὶ τῶν πτερυγίων τῶ ἐχάτω παλάμῃ νεῖ, ἡδὲ ῥίση καὶ βάτραχος ἔτι ἐν τῶ πτερύει χεῖρα, διὰ δὲ παλάμος τῶν ἄλλω.* Raia & similes, pro pinnis extrema sui corporis latitudine natant. Squatina & raia pinnas lateribus accommodatas infra gerunt propter amplitudinem partis superioris. Sed rursus locus proximè citatus mendo non caret: nam pro *ἡ δὲ ῥίση καὶ βάτραχος* legitur in impressis Græcis codicibus *ἡ δὲ νάρκη*, non rectè cum mox Aristoteles *τῆ νάρκη*, id est, torpedini alias pinnas tribuat scilicet iuxta caudam. Quæ cum de squatina & torpedine dicitur, clariora fiet. Gaza vel meliore vsus codice, vel re diligentius considerata, non torpedinem sed squatinam conuertit, eius enim interpretationem adscripsimus. Constat igitur raia pinnis natandi causa à natura donatam non fuisse. Nam quæ in caudis raia pinnulæ sunt, non natandi sed dirigendi itineris causa data sunt, pinnas verò eas duntaxat appellat Aristoteles, quibus pisces natando corpus impellunt, quemadmodum in pastinaca prius annotauimus. Omnibus raia membranula, quæ nebula vocatur, oculis obtinetur. Iuxta oculos foramina sunt ampla, ad oris intima vsque patentia, quibus operculum interiore parte à natura additum est, quæ foramina ore aperto dilatantur, clauso ore magna ex parte occluduntur, neque enim, maximè in mortuis raia ab operculo tota obturantur. Foramina alia pro naribus omnes ante oris rictum obtinuerunt. Harum alia dentes habent, alia minimè, sed horum vice os asperum rugosumque. Branchias detectas in supina parte eodem situ ordinèque omnes habent. Aculeis variè à sese differunt. Alia in pronâ supinâque parte aculeis armata sunt, alia in pronâ tantum, alia in rostri supina parte, alia in nulla parte præterquam in cauda, quorum ea est diuersitas, ut in aliis triplici ordine dispositi sint, in aliis simplici. Præterea ipsorum aculeorum plures sunt differentia. Sunt quidem molles & imbecilli, pilorum vel lanuginis modo, nonnulli paulò validiores, alij robustissimi ex ossea planè substantia. Rursus alij longi & tenues, alij parui & vix supra cutem extantes, alij medio modo se habent, omnes ferè ad caudam spectant, longi ferè ad caput. Partibus quibusdam internis differunt, in quibusdam hepar magis rubescit, in aliis flauescit magis. In hepate omnium fellis est vesica. In ventriculi plexu splen situs est. Intestina crassa, in ecphyli, & recti intestini extremo angusta. Cætera in singulorum descriptionibus exponentur. Nunc de raia generibus, quas antiqui

vel differentiis aliquod neglectis, vel fortasse nominibus destituti, in tria tantum partiebantur raiaem scilicet simpliciter dictam, raiaem lauem, & asteriam. Nos diligentius clarioris doctrinae gratia, in multo plures species distribuemus. Raiaem igitur primum in lauem & asperam diuidimus: deinde in raiaem stellulis notatam, & iis carentem. sunt enim & laues & asperae stellulis variae, aliae minimè. Asperarum aliae tactum modicè solum vellicante lanugine, aliae aculeis robustis sed raris, aliae aculeis robustissimis & densissimis asperantur. Rursus earum quae stellulis notantur, aliae binas duntaxat maculas habent, aliae plures. Illae binis maculis circuncinctos circulos habent, ut in buglossi & torpedinis specie. Harum nonnullae rotundae, stellisque pictis similes notas multas habent, quaedam albis nigrisque prona parte conspersae sunt. Sed priusquam singulas explicemus, de earum fecunditate & generatione dicemus.

De Raiarum fecunditate & earum ouis.



CAPUT IIII.




ASVVDVM Hic minimè fuerit causam reddere, cur tam fecundas raiaes esse dixerimus. Non enim solum magnus est raiaarum proventus, quia vix piscis vllus fit tam lato oris rictu, lamia excepta, qui raiaem deuorare possit, vel quia ob totius corporis, vel certè caudae aculeos reliqui pisces ab his abstineant. neque ad id Aristotelis

telis autoritate confirmandum vtimur. Raia inter cartilagineos fecundificat numerosius, verum quia facile pereunt, hinc efficitur vt appareant paucae. Nam neque raia hoc loco legendum sed rana. Graeci enim codices βαζαρον habent non βάρον, neque paucae raiae apparent, sed in oceano & in mari mediterraneo plurimae. Sed alia est certior fecunditatis causa, quae non facile ab omnibus intelligatur, nisi raiaes grauidas aliquando disseuerint, & diligentius contemplati fuerint. de raiaarum ouo haec Aristoteles: *Ἡ μὲν ἐν σκυλία καὶ αἱ βατίδες ἔχουσι τὰ ὄσπρακώδη, ἐν οἷς ἐγγίει ἀσφιδὴς ὑγρότης, ὅ δὲ ἄλλα τὰ ὄσπρακω, ὁμοίως τῶν αὐτῶν γλάττιος, καὶ πόροι ψιχάδες ἐγγίνοσι τοῖς ὄσπρακω, τοῖς μὲν ἐν σκυλίοις, οὗς χηλίδι τινες νεβρίδες γαλεῖς, ὅταν περιέρραγῃ ἢ ἐμώσῃ ὅσπρακον, γίνονται οἱ νεοττοί, τῶν δὲ βαλίῶν ὅταν ἐκτέκωσι τὰ ὄσπρακω περιέρραγέσθω, ἐξέρχεται ὁ νεοττός.* Caniculae & raiae testacea quaedam gerunt, in quibus humor ad oui similitudinem consistit. figura eius testae similis tibiaram ligulis est, meatusque sunt capillamentorum specie in testis, caniculis quidem quas nonnulli nebrios galeos vocant, foetus rupta dilapsaque testa proueniunt, raiis cum pepererint rupta testa excluditur foetus. De caniculis & earum ouo, partuque, suo loco dicetur. Nunc de raiis tantum. Iis testaceum ouum vnicum tribuit Aristoteles, quale reuera habent. Foetus igitur vnicum aut summum duos vno partu edunt, quod verum est, sed praeter ouum testaceum quod hic depingendum curavi, aut duo, quae perfecta in inferiore vuluae parte cernuntur, ex dissectione comperi permulta alia, & ferè infinita in superiore vuluae parte haberi, quae tempore perficiuntur, ex quibus sapius iteratis pertubus, foetus excluduntur. Atque haec fecunditatis causa est eadem quae in gallinis vt quotidie experimur, quae vnicum ouum vnico partu ponunt, cum plurima alia in vtero gestent, quorum singula postea, vt prius absoluta fuerint ita prius eduntur. Haec de raiaarum fecunditate. Nunc vt pictura, ita oratione earundem oua representemus. Oua qualia in praefixa capiti pictura superiore loco spectantur, sine testa primum concipiuntur, in superiore vuluae parte, quorum alia gallinae ouorum magnitudinem aequant, alia his minora sunt, quaedam vix ciceris sunt magnitudine. Equidem plura centenis aliquando in raiis singulis numeravi. Ex his quae a perfectione propius absunt, in inferiorem vuluae partem demissa, testa operiuntur, in qua albumen & vitellus continentur, quemadmodum in gallinarum & auium aliarum ouis primum conformatis, quae tum vitello solo videntur constare, cum tamen postea albumen a vitello secerantur. Quam rem cum vehementius admirarer, causamque eius sollicitè inuestigare, oua gallinarum re-

cens formata, in quibus ne vestigium quidem albuminis apparebat coxi, tum calor vi (cuius proprium est quæ eiusdem sunt generis congregare & cogere, quæ diuersi dissipare, & discutere.) candidum à luteo secretum vidi. Quamobrem initio quidem vtrumque commistum est & confusum, sed paulatim calor magis ac magis vires suas exerens, separat, & ex crassiore parte indurata, testa circumdat. Tale est igitur in testa sua raifarum ouum, quale gallinarum, & auium initio. Testa verò ouum suum concludens sub pictura ouorum testa nudatorum expressa, quæ à figura puluinar à quibusdam hodie vocatur, quadrati forma est, demptis angulorum appendicibus, quæ variæ sunt. Vnius enim lateris appendices, longiores sunt similes folijs gladioli herbe, alterius breuiiores, latiores, replicatæ, quibus vndique sum motis, laterum anguli tibiæ ligulis similes sunt, vt scribit Aristoteles. Qua de re plura, & ni fallor, notatu dignissima, quum de canicularum dicemus. Testaceum ouum raifarum à canicularum ouo differt; illarum enim magis fuscum est, harum magis flauum, appendices graciliores, lyre fidibus similes. His expositis, nunc singulas raifarum differentias persequamur.

De Raia læui.



CAPUT V.



DICITVR à Græcis λαβρατος, à Latinis raia læuis, ab Hispanis *Linda*, à cute læui & pellucida. Sunt qui rasam vocet à glabra cute. Nostri non à cutis leuitate, sed à colore *fumat* & *fumado* appellant. Sūt enim colore fusco quem *enfumat* vocamus, quod eo colore sint


sint quæ fumigantur, priusquam maximè denigrentur. Est igitur raia læuis piscis planus, cartilagineus, corpore tenui, & in amplissimas alas expanso. Cute glabra læuique, id est, ab aculeis nuda, præterquam in locis prope oculos, quorum vterq; aculeo munitus est, item excepta media dorsi linea, & cauda. In illa infixi sunt aculei parui, rarique in cauda tres aculeorum ordines, qui rariores tenuioresque sunt quàm in alijs generibus. In supina parte aliquot sunt in os recurui, cibi, opinor, retinendi gratia. Rostrum tenui cartilagine constat, & pellucida, mediæ est longitudinis. Oculi in hac specie vt in alijs omnibus, in prona parte, non sursum spectantes, vt in vranoscopo, sed ad latera. Nebula, hoc est, crassa & alba tunica, adnatam esse diceres, à parte inferiore ascendens, fimbriata, vel in ambitu serrata, pupillam totam integit, dum pars digito comprimitur, de qua re plura quum de canicularum dicemus. Post oculos foramina sunt, ita ampla, vt in ea digitus minimus immitti possit, de quibus antè dictum est. Os in supina parte, & multum infra, quam ob causam non nisi resupinata raia cibum capere potest; os latum est, ossibus asperis pro dentibus munitum, foramina pro naribus ante os sita. In eadem parte branchiæ vtrinque, ad aquam cum cibo haustam, quæque prima palati foramina effugit, reiiciendam. Branchias sequitur cartilago, cui innixum diaphragma hæret, ad branchias cum corde, à ventriculo, hepate, alijsque nutritioni destinatis partibus secernendas. Rima pro podice est, pudendo muliebri non absimilis. Alæ vtrinque expansæ tenues sunt, prona parte nigricant, vt & cauda, dempta quadam parte candida, sic etiam tota supina pars alba est. Ventriculus huic generi paruus est, cephysis gracilis & dura. Intestina breuia sed crassa, hepar rubescit, in quo fel later. Raie omnes odorem ferinum, & marinum quandam foetorem recipiunt, qui in diutius seruatis ferè euanescit. Quare Lutetiæ meliores sunt raie quàm Rhotomagi, & Lugduni quàm Massiliæ: longa enim vectura tenerefcunt, & suauiores afficiuntur. Rectè igitur Athenæus: Ο ἰ λαβρατος δυσχοιλιώτερος καὶ βρομώδης, id est, læuis Lib. 8. raia aluo difficilior est, & virus olet, nec mirum cum carniuora sit, & in cœnosis locis, litoribusque viuat, teste Oppiano. Galenus in libello Lib. 1. ἀλιότιμω. de Attenuante victu torpedines & pastinacas præfert. Sola, inquit, cartilagineorum, torpedo & pastinaca laudantur. Quæ mollicie carnis torpedinum & pastinacarum inductus scripsit, cum tamen mollicies illa, summa cum insuauitate coniuncta sit. Idem LIB. 111. de alimēt. facult. Raia læuis, raia, squatina, omniaque eiusmodi duriora sunt, & concoctu difficiliora, alimenti copiosioris quàm torpedo vel pastinaca. Raia omnis hyeme minùs insuauiter olet, & melior est, quamobrem Archesstratus opsonatorum omnium facillè princeps, hyeme edendam esse etiam atque etiam monet, elixam cum caseo & silphio, quia

pinguis non fit, vt nec alij quidam marini fœtus, hæc enim sunt quæ sequentibus versibus exprimit.

Καὶ βαλὶδ' ἐφθίω' ἐσθιέμεν χιμῶνος ἐν ἄρῃ,
Καὶ τάλπη πρὸν καὶ Ἰλφίον, ἄτλα δὲ σάρκα.
Μη' αἰφραυ' ἔχῃ πῶσις τέκνα. τῷ δὲ βότρω χρεῖ.
Σκιδνάζην, ἢ δὴ Col' ἐγὼ τῷδε δούτερον ἄνδῳ.

Hodie elixa raia omnis ex aceto editur. Hepar maximè delicatum habetur, quod alij ex aceto tantùm comedunt, alij primùm elixum, deinde in sartagine frixum aceto vel oxalidis succo cum pipere condiunt. Apud nos raiæ non sunt in pretio. Galli qui duris, & firmioris carnis piscibus delectantur, longè magis probant, ex quibus nonnulli cùm me aliquando in conuiuio de succo substantiæve raiarum interrogassent, respondi idem quod Dorion apud Athenarum φάσκειλος τις ἀγαθὸν εἶναι ἰχθυῖν βαλίδα, ὡσπερ αὐτὸς εἰς τις, ἐφη, ἐφθὸν βίβωνα ἐσθιέμεν, id est, quum diceret raiam optimum esse piscem, perinde ac si quis, inquit Dorion, pallium elixum comedat. Est enim carne dura, sicca, exucca, quæque haud facillè in partes diuellatur, quapropter Dorion elixo pallio comparauit.

De Raia Vndulata siue Cinerea.




CAPUT VI.

LÆVIUM Et asperarum raiarum genus multiplex esse, vtrarumque species demonstrabunt. Læuium species nunc exequimur: Eam igitur quam hinc exhibemus, à colore cinream, à maculis vndarum modo flexuosis, vndulatam vocamus. Quidam *coliar* appellant

lant. Raia est ex læuium genere, corpore minùs ad rhombi figuram accedente, quàm in reliquis raiis, sed ovi potius forma, corpus ab aculeis nudum præterquam in linea dorsi, in qua pauci sunt, parui, rari, circa oculos nonnulli. In cauda sunt triplici ordine dispositi, maiores & densiores. In eadem pinnulæ duæ sunt. Ore, oculis, foraminibus, branchiis, partibus internis, carnis duritie aliis similis, sed colore est cinereo, prona parte multis sinuosis lineis descripta.


De Raia Ὀξυρυγχο.



CAPUT VII.

LTERA Læuis raiæ species est, quam à rostri longitudine & acumine raiam Ὀξυρυγχοῦ appello. Eadem de causa nostri *eleno* vocant. Itali *perosa rafa*, alij *for*, alij *gilio*. Corpore est maximo, maculis multis lentis specie in parte prona notato, qua de causa à nostris piscatoribus *lentillade* dicitur. Ad oculos quatuor habet oculos. In cauda tres eorum ordines, qui diuersi sunt, & inæquales, vt primus medij ordinis maior sit secundo, tertius primo, quartus secundo respondet, & sic deinceps donec ad caudæ pinnulas ventum sit, circa quas aliter siti sunt: vtrinque enim per transfuersum recti sunt, ad latera conuersi, qui hos sequuntur in cauda extremi in caput recuruantur. In supina parte rostri, alij sunt acutiores, alij in os recurui, ad capiendos vel retinendos pisces. Dentes habet, in os vergentes, squatinæ dentibus similes, non in lateribus, sed in medio maxillarum. Oculis, ore, foraminibus, caudæ pinnulis, aliisque partibus & internis & externis superioribus similis. Carne est non æquè dura.

De Alia Raia ὀξύρυγχο.



CAPUT VIII.

RAIA ὀξύρυγχο speciem aliam hinc ponimus à superiore multum diuersam, dempta rostri figura, à qua idem nomen cum superiore sortita est: nam inde ὀξύρυγχο appellamus, & lingua nostra *eieno*, quæ vox subulam significat, instrumentum cerdonum, quo ad perforandos calceos & suendos vtuntur, Gallicè *alesne*. Qualis enim est subula, id est, acuta, tenuis, latiuscula, non rotunda, tale est huius rostrum. Sunt qui bouem antiquorum esse putent, quòd in maximam molem accrescat, quòd in ore latentes habeat dentes, paruos, inualidos, utpote qui mobiles esse videantur, quæ omnia Oppianus boui tribuit his versibus:


Ἔτι δὲ τις πολλοῖσιν ἐφέστιος ἀμοφάγος βῆς
 Εὐρύκετος, πάντεσι μετ' ἰχθύσιν, ἦ γὰρ οἱ ἄρος
 Πολλάκις ἐνδεχάσθη, δύο δὲ λεχάσθη τ' ἐτύχθη,
 Οὐτιδελὸς ὃ βῆ, καὶ οἱ δέμας ἀμμορον ἀλκίης
 Μαλθαχόν, ἐνδὲ οἱ εἰσὶν ἀειδελοὶ ἐνδον ὀδόντες,
 Βασιτ', ὄκρατεροί τε, &c.

His consentit nonnullorum vulgaris appellatio: vaccam enim vocant, quidam ex nostris à magnitudine *flasse*, quæ vox stragulum lecti significat. Vtut res ista habeat, raia hæc proximè descriptæ similis est, alis quidem valde amplis & extentis, sed ipso corporis trunco strictiore, acutiorèque, dorso longiore. Aculeos nullos omnino habet, præterquam in cauda, in qua vnicus est eorum ordo. Partibus cæteris ab aliis non differt. Carne est molliore & suauiore, quàm cæte-

ra

ra maximè si non senuerit. Piscatores has raias sale conditas in fumo & sole exiccant, vulneribus multis prius lateribus inflictis, quò meliùs & celerius exiccentur. Exiccata diu incorruptè seruantur, tum ob humiditatem superuacua & excrementitia à sole absumptam, vt nullum sit putredinis periculum, tum ob carnis substantiam glutinosam & viscidam. Nam qui pisces carne nimium pingui molliq; sunt, salitura idonei non sunt, quia in ea contabescunt & dissoluuntur.

De Raia oculata & læui.




CAPUT IX.

INTER Læues etiam numeranda est ea, quæ à maculis, oculorum figuram referentibus oculata à nobis nuncupatur, à Prouincialibus *mirallet*, à speculorum paruorum similitudine: ea enim vox illis speculum paruum significat: sed quia maior est his maculis cum oculis similitudo, quàm cum speculis, maluimus vulgari neglecta appellatione oculatam nominare: medium enim cæruleum pupillam refert, circulorum duorum qui iridem constituunt prior & internus colore est nigro, externus flauo. Nonnulli raiam hanc macularum causa asteriam esse existimarunt: sed cum galeus asterias ab Aristotele à maculis stellatim dispositis nominatus sit, quales in ista raia minimè sunt, verum in alia specie maximè euidentis & conspicue, videor mihi hanc rectius oculatam nominauisse, aliam à stellis manifestis, in toto corpore sparsis Asteriam. Præterea veterum asterias tenerior est, boniq; succi, quòd de hac, de qua nunc agimus, dici

non potest. Est igitur raia oculata ex læuium genere, aliis similis, rostro cartilagineo, pellucido corpore fusco, maculis obscuris confuso. In vtroque latere magnam maculam habet, oculis similem, vt diximus. Aculeos plures frequentioresque habet, quam superiores duæ læues. Rostri supina pars aspera est, circa oculos aculei sunt aliquot, post hos duo magni in dorso linea. In cauda quinque horum ordines sunt, medius à caudæ principio incipiens in priorem pinnulam terminatur, vtrinque duo minorum aculeorum ordines, reliqui duo latera caudæ occupant. Carne est dura malique succi.

De Raia Asteria




CAPUT X.

RAIA Asterias cum oculata comparata veluti purpura cum purpura certius dignoscetur. Illa ex læuium quoque genere est, rarior, ideoque multis minus cognita. Corporis specie ab omnibus primo aspectu raia species esse iudicabitur, tamen ab aliis distinguetur aculeis, quos in dorso habet, mox à capite incipientes, & in priorem caudæ pinnulam desinentes. Præter hos nulli alij sunt in toto corpore. Dorso pars prona, alæque expansæ, stellulis pereleganter sunt depictæ, à quibus asteriæ nomen inuenit. Cauda tenuis est & breuior in hac specie quam in reliquis. Caput primo generi pastinacæ quàm raiis aliis similius, est enim crassius & latius. In alto mari & puriore aqua degit, ob id rarior est, & in litoribus minus frequens. Quamobrem meliore est carne quàm reliquæ, scilicet molliore

liore, teneriore, facilioris concoctionis, meliorisque succi. Rectè igitur Athenæus: Η ὁ ἀστερίας βολίς ἀπαλωτέρα καὶ ὀχρῶλος. Stella. *Lib. 8.* ta raia tenerior est, bonique succi. Nec dubium est, quin saxatilibus substitui possit, torpedinique & pastinacæ præferenda sit, quas tamen Galenus raiis præfert. Hanc, quam capiti præfiximus, raiam asteriam veterum esse, tum ex carnis substantia, tum ex maculis stellarum pictarum specie, à quibus etiã galeus asterias nominatus fuit comprobauimus, quibus plura adderem, nisi res meridiana luce clarior foret, cum nullus sit, qui non statim primo intuitu maculas pro stellulis agnoscat.

De Raia oculata & aspera.




CAPUT XI.

RÆVIUM Raiarum species executi sumus, nunc de asperis dicemus: primùm de oculata aspera, quæ oculata læui maculis similis est, aculeis autem differt, quos in alis expansis è regione macularum vtrinque habet, alios in lateribus capitis vtrinque, alios in dorso, alios in cauda maiores, validiores & frequentiores. Colore ab oculata læui non differt. Noli existimare hanc ab illa sexu tantùm differre. Nam in vtroque genere marem esse

& fœminam ex lacte ouisque comperi. Oculata aspera carne est dura malique succi.

De Raia Asteria aspera.




CAPUT XII.

IN RAIIS Asperis numerabitur asterias alia ad læuis discrimen, aspera nominata, quæ à Gallis *raie estelée*, ab Italis *rometa* vocatur. Asterias igitur appellabitur à stellulis multis, quas habet in lateribus & caudæ principio depictas, aspera ab aculeis plurimis quibus tota horret. In oculorum interuallo multi sunt breues, frequentes, peracuti, in medij dorsi linea, alij magni, in cauda tres magnorum ordines, aliis plurimis & minoribus distincti. In finiti sunt alij huc illucq; sine ordine toti corpori inspersi. Pro dentibus ossa dura & aspera habet. Carne est dura siccaque. Huius generis species duæ esse videntur: vna, quæ stellulas habet, in medio albas, sed quas ambit circulus ex nigris punctis constans, totumq; corpus aculeis horridum est: altera stellulas prorsus candidas cum multo paucioribus aculeis.

De Raia

De Raia Clauata.




CAPUT XIII.

RAIA Clauata ab aculeorum magnitudine & similitudine cum clauis æreis, siue ferreis: eadem de causa à Massiliensibus & nostris *clauelade* vocatur. A Gallis *raie bouclée*: quia aculeos habet fibularum specie. Ab Italis *perosa* siue *petrosa*. Corporis specie reliquis similis est, sed rostro breuiore, & minus acuto, aculeis longè dissimilibus & situ & figura: ij enim ex ossibus rotundis extant, vnicuique sunt. Horum vnus superiorem & ferè extremam rostri partem occupat: sequuntur alij duo in lateribus anterioris partis procul à se distantes: alij duo in medio corpore minus à se disijuncti. His forma & magnitudine pares duo ad radicem pinnulæ prioris in cauda. In media dorsi linea, caudaque, aculei alij quales in cæteris raiis ordine locati sunt vsque ad priorem caudæ pinnulam, hanc sequitur vnicus duntaxat. In caudæ lateribus vtrinque ordo est vnus aculeorum maiorum clauorum siue fibularum specie, ab initio caudæ ad medium eiusdem tantum, ne, vt opinor, tot magnis aculeis rigidior, com modè in omnem partem flecti nõ posset, tamen ne alicui caudæ parti arma deessent, maiorum aculeorum ordines sequuntur parui alij, quales in cæteris raiis cernuntur. Vidi huius generis raias, quibus posteriore tantum parte corporis aculei illi magni essent, nulli verò parte anteriore, sed horum situs diuersus speciem non mutat, cum alia omnia respondeant. Nec te decipiat eius, qui de aquatilibus nuper scripsit, pictura, in qua multa sunt à veritate aliena, quod facile iudicabit, qui illius descriptionem cum nostra, & vtramque cum ipso pisce

Hh

contulerit. In hoc idem plurimum fallitur, quod ceteris omnibus delicatorem esse affirmat, cum contra duriore sit carne, cuius rei iudicium faciat sensus ipse. Sed ad alias partes referatur oratio. Hepar flauescens in duas partes sectum est, in quo vesica fel aqueum & tenue continens later, illud pro delicatissimo cibo habetur, pingue est: ideo in oleum resolui potest, contra affectus hepatis utile, emolli enim citra magnam caliditatem, fel aduersus suffusiones prodest. Possit hæc raiaurum species aquila antiquorum existimari (nihil enim hic affirmo) colore enim nigricante est, incurui aculei vncis vnguis respondent, alas valde expansas habet veluti aquila. Præterea in genere cartilagineorum & planorum numerarunt antiqui. Plinius: Planorum piscium alterum genus est, quod pro spina cartilaginem habet, raia, pastinaca, squatina, torpedō, & quos bouis, lamia, aquila, ranæ nominibus Græcia appellat. Postremo dura est carne, cuiusmodi carnem aquila Philotimus esse scripsit, quod & à Galeno approbatur.

De altera specie Raia clauata.




CAPUT XIII.

CLAVATA Etiam raia dicitur ea, quam hic exhibemus, quam nostri *Ronse* vocant, id est, rubum. A superiore differt, quia rostro est acutiore quam superior, aculeoque illic caret. In ore dentes nulli sunt, sed pro dentibus maxillæ asperæ. In lateribus utrinque octo spinas longas habet cuti superpositas, quibus aliæ raia omnes

omnes carent. In dorso aculeos quatuor habet, clavis vel fibulis similes, cuius formæ aculei sunt in superiore, inter quos in media dorfi linea tres alij sunt alterius generis, quos statim sequitur aculeorum similitum ordo, per mediam caudam ad pinnulas vsque continuatus. Vtrinque in cauda aculeorum clavis fibulisve similitum ordo est ad medium vsque, reliqua pars alterius generis aculeis armata est. Colore est cinereo. Carne est dura, & ferini odoris. Sunt qui bouem veterum hanc raia species esse credunt, sed facile ex Oppiano refelluntur, qui boui dentes tribuit, ut antea docuimus, quibus hæc raia species caret. Quod si qua raia species bos sit veterum, nulli sanè verius bouis notæ competunt, quam raia *ὄζυράχου*, ut iam demonstraui.


De Raia spinosa.



CAPUT XV.

QUAM Hic proponimus, læui raia similis est, si longas cutis spinas excipias, à quibus nostri eam *cardaire*, id est, lanificam vocant, à spinis illis siue aculeis, cuiusmodi multi infixi sunt instrumentis iis, quibus lanifici lanas carpunt. Nos ab his spinis spinosam appellamus, quas non in alis solum habet, ut superior, sed etiam in lateribus circa caput. Oculis præfixi sunt alij duo. In media dorfi linea, & ad priorem vsque caudæ pinnulam continuus est aculeorum ordo vnicus. Carnis substantia & succo aliis similis est.


De Raia aspera.



CAPUT XVI.

RAIA M Asperam particulatim hinc appellamus, quæ ab aliis eo differt, quod aculeis paruis latera conspersa habeat, corporis ipsius truncum nullis. In cauda tres sunt longorum & firmissimorum aculeorum ordines ad extremum vsque caudæ. Rostro est acutiore. Carne dura, malique succi, vt cæteræ.

De Raia Fullonica.




CAPUT XVII.

HA NC Speciem vt ab aliis distingueremus, fullonicam appellauimus, eò quod vbiq; in alijs, in corpore, in capite, in cauda, tota frequentissimis & asperis aculeis conspersa sit, instar instrumenti eius, quo fullones pannos curant poliuntque, quod totum aculeis fer-

ferreis confertum est. Rostro satis longo est & acuto, caudæ aculei incurui sunt, triplici ordine dispositi. Hæc raia pugnacissima est, & rara. Carnis substantia ab aliis non differt.

De Raia asperrima.




CAPUT XVIII.

RAIA Quæ hinc depicta est, in supinum conuersa proximè descriptæ omnino similis est, nisi quod illa parte tantum prona aculeos frequentissimos habet, hæc non solum prona sed etiam supina, tota aculeis percutis ita horret, vt manu tolli non possit, nisi pinnulis caudæ apprehensis. Hæc causa fuit cur supinam depinxerim, tum vt huius, ita aliarum raifarum partes supini situs cognoscerent studiosi, scilicet, oris, narium, foraminum branchiarum, podicis, duorum vuluæ foraminum, formam & situm. Dentibus hæc caret, vt aliæ plurimæ, sed horum vice maxillas habet asperas, & ferè osseas. Hinc addam quæ de omnibus raiis dici possent. Auribus vtilissimum Bati piscis fel recens, sed & inueteratum vino, inquit Plinius. In penuria hepatis pastinacæ hepate raia vsus sum ad priuatum, non exempto felle, idque cum successu. Quod Plinius ossiculo de cauda raia marinæ tribuit, id de ossiculo, id est, aculeo caudæ raia intelligendum suspicor. Verba eius sunt. Manarum muria, & capitis cinis cum mellæ sanat strumas. Pungi piscis eius qui raia in mari appellatur, ossiculo de cauda, ita vt non vulneret, prodest, id faciendum quotidie donec percurentur. Neque aculeos in cauda habet rana marina, vt ex eius descriptione postea perspicuum fiet, neque ossa, cum cartilaginea sit, neque de pastinacæ radio locus intelligi potest: de eo enim mox sequitur. Ea-

dem vis & pastinacæ radio. Quamobrem non video quò melius ista referri possint, quàm ad raiarū aculeos: ex his enim sunt quæ magnos habent & firmos, planèq; osscos, præsertim cum ex raia in ranam facilis lapsus fuerit, qui sæpius etiam in conuersione librorum Aristotelis reperitur.

De Torpedinibus.



CAPUT XIX.



VA ratione Græci *νάρκην* piscem, eadem Latini torpedinem vocant: est enim *νάρκη* ἐκλυσις τῶν μελῶν, id est, mēbrorum debilitatio, & torpedo idem quod torpor siue stupor. Huic pisci nomen datū est, quòd torporem & stuporem membris inducat. Menāder, inquit Athenæus, *νάρκην* per *α* extulit, quo nomine nullus veterum vsus est. Ligures à tremore *tremorize* appellant. Massilienses *dormiliouse*, à stupore: pedem enim, verbi gratia torpidum siue stupefactum *endormi* dicimus. Galli *torpille*. Torpedinum genera quatuor facimus, tria earum quæ maculis notatæ sunt, quartum eius quæ maculis caret. Quæ genera omnia hoc vno capite concludimus, quia viribus & corporis specie non differunt, sed maculis tantū vt diximus. Quare quæ de vnius facultatibus, & partium tum internarum tum externarū descriptione dicuntur, eadem etiam reliquis conuenire existimato. Prima torpedinis species à nobis posita est ea cuius maculas efficiunt circuli albo nigroque distincti, quorum medium oculi pupillam, maculæ totæ oculos planè referunt. Quamobrem à Romanis hodie *ochiarella*, siue *oculata* nominatur. Porrò maculæ pentagoni figura dispositæ sunt, reliquum corpus colore est ad rubricæ fabrilis, quam vulgo pro terra Armenia vendunt, colorem accedente. Piscis est planus cartilag-

cartilagineus, parte anteriore latus, lateribus rotundus, in caudam carnosam desinens, in cuius initio, partēque prona pinnulæ duæ erectæ sunt, prior maior est, altera minor, in extremo pinna est lata, vt caudam clavis nauium, quibus in Rhodano & Sequana vtuntur, aptè comparare possis. Oculos paruos habet pro corporis magnitudine, post oculos foramina oculis maiora, quæ ad os vsque patent, quorum ambitus ἐπιφύσεις sunt carnosæ, ἐπιφύσεις cordis terrenorum animalium, quas Latini valvulas interpretati sunt, similes. Os paruum in supina parte, dentibus paruis munitum, ante os foramina pro naribus. Branchias in medio ferè corpore, quia ob corporis tenuitatem ad latera, quemadmodum in galeis & squatina, collocari non poterant. Cor depressum, ventriculum latum, intestina breuia & lata, hepar album, in quo latet vesica fellis. In cœnosis litoribus degit torpedo, vescitur carne piscium, quos astu capit. Aristoteles: Ἡ *νάρκη* *ναρκῆν* ποῖς (αὐτὴν ἂν κερκίην μέλην ἰχθύων, τὰς ἰσοτάων ὃν ἔχει ἐν τῷ σώματι λαμβάνουσα. ἴσως τῶν κερκιδίων) διὰ τοῦτο αἰμυρον καὶ πολλῶν, λαμβάνουσα ὅσα ἐπιπέοντα, ὅσα ἂν ναρκῆση ἐπιπερδύμενα, τῶν ἰχθύων, καὶ τῶν ἀλλοθῶν γεγενησῶν τινῶν. vbi pro ἐν τῷ σώματι perperam legitur in vulgaribus codicibus, ἐν τῷ σώματι. Torpedo pisces, quos appetit stupore afficit, ea quam suo in corpore habet, facultate, atque ita tardos præ stupore capit, & vescitur. Abdit se in arena & limo, tum pisces, qui adnatantes obtorpuerint, corripit. Quam rem plerique à se conspectam retulerunt. Idem Plinius: Nouit torpedo vim suam, ipsa non torpens,mersaque in limo se occultat, pisces qui securi adnatantes obtorpuere, corripit. Athenæus: Ἔστι δὲ ἡ *νάρκη*, ὡς φησὶν Ἀριστοτέλης, τῶν ἐλαχίστων, καὶ τῶν κυμνοτοκῶν. Θεοφύλιος δὲ εἰς ἱσοτάων ἐπιπέοντα ἰχθύδια προεπιπέοντα, καὶ *ναρκῆν*, καὶ ἀκινησίαν ποῖς (αὐτὴν). Διφίλος δὲ Λαοδικεὺς ἐν τῷ περὶ τῶν Νικάνδρου Θεομακῶν, μὴ πᾶν τὸ ζῶον φησὶ *νάρκην* ἐμποιεῖν, μέρος δὲ τι αὐτῆς διὰ πείρας πολλῆς φάσκων εἶδέναι, id est, Torpedo, vt ait Aristoteles, ex cartilagineis est, hisque quæ catulos non oua pariunt. Venatur autem pisciculos, quibus vescatur, quos attingens stupore afficit, immobilisque reddit. Diphilus autem Laodiceus in libro de Nicandri Theriacis, non totum piscem scribit stuporem inducere, sed partem eius tantum, idque se experientia longa cognoscere. Quo loco pro εἶδέναι mendosè ἐληλυθέναι legitur. His adstipulatur Oppianus, qui cecinit torpedini molli, teneræ, debili, tardissimæque natanti pro robore venenum à natura esse datum. Huius itaque latera, quæ utrinque veluti alæ expanduntur, radiisque contexta sunt (ea enim intelligi puto per *κερκιδίας* *παρὰ* *πλευρῶν* *ἐκπέρας* *ἀμφιδύμενους*) si quis attigerit, illico membrorum vires dissolui, concretóque sanguine artus præ stupore moueri nō posse. Quam stupefaciendi vim cum

sibi inesse sentiat, resupinatam in arena iacere immotam, mortuæque similem, cuius latera si piscis contigerit stupore impeditum euadere non posse.

Οἷον ἢ νάρκη τρενὸν χροὶ φάρμακον ἀλκίης
Ἐσπετα ἀνιδίδακλον ἐν οἰκείοις μελέεσσιν.
Ἡ μὲν γὰρ μαλακὴ τε δέμας, καὶ πᾶσ' ἀμυμηή,
Νωθὴς τε βραδυλήτι, βαρυώε), ἔδε κε φαίης
Νηχομύδιον ὀράδην, μάλα γὰρ δύσφραστον κέλευθα
Εἰλείτα, πολλοῖο δὲ ὕδατος ἐρωτύεσθαι.
Ἄλλα οἱ ἐν λαγόνεσσιν ἀλλοκίης δόλος ἄλκη
Κερκίδες ἐμπεφύασι, παρὰ πλοῦριον ἐχέτερθεν
Ἀμφίδυμοι, τῶν εἴ τις ἐπιφύασι πελάσσας,
Αὐλίχα οἱ μελέων ὀφείων ἔσβεσεν.

Lib. 9. de hist. anim. cap. 37.

Cætera ex ipso autore petito. Torpedines hoc piscatu uti, id argumento est, inquit Aristoteles, quod capiuntur, quæ in ventriculo mugiles habeant omnium velocissimos, cum ipsæ sint tardissime.

Ibidem Lib. 32. cap. 1.

Neque verò pisces solùm, sed homines etiam stupefaciendi vi afficiunt. Aristoteles: Ἡ δὲ νάρκη φλυερά ἐστι καὶ τὸς ἀνθρώπους ποιεῖσθαι νάρκην. Plinius ex eodem: Maris torpedo etiam procul, & è longinquo, vel si hasta, virgæve attingatur, quâuis præualidos lacertos torpescere facit, quamlibet ad cursum veloces alligari pedes. Ego reuera torpedini pridem mortuæ, quæ domi asseruabatur, cum in summis ætatis feruoribus manum aliquando admouissem, sensi frigescere, ut verissimæ torpedinis viuæ contactum, inter stuporis causas à Galeno numeratum fuisse existimem, quod fortasse ex Platone hausit, qui cum de torpedine loqueretur: Καὶ γὰρ αὐτὴν, inquit, ἡ πλοῦσι καὶ τῶν νάρκην ποιεῖ.

Lib. 1. de symptom. causis. In Memorie.

Hac arte è piscatorum manibus euadit: cum enim se hamo captam, vulneratamque senserit, lineam pinnis amplectitur, mox per lineam virgâmqve stupor in piscatoris manum immittitur, ut piscatoria arma excidant. Oppianus:

Lib. 3. ἀλιότητων.

Καὶ μὲν δὲ νάρκη φέτερον νόον εἶπε ἀπολείπει
Πληγὴν ἀνιάεσθαι, τιτανομύδιον δὲ ὀδυνησθαι
Ὀρμὴν λαγόναις ἄροσάσασθαι, ἀψα δὲ χαίτης
Ἰσπασίης δόναχος τε διεδραμῆν, ἐς δὲ ἀλίης
Δεξιτέρῳ ἔσκησε φεράνυμον ἰχθύος ἄλγος.
Πολλάκι δὲ ἐκ παλάμης κέλευθα πᾶσι δάλατε θήρης
Τοῖος γὰρ κρύσταλλα, ἐνίξεν ἀλίχα χεῖρι.

Libro 7.

Frigoris impatiens torpedo, ob id hyeme conditur terra, hoc est, vado maris excauato. Theophrastus citante Athenæo: Θεόφραστος ἐν τῶν περὶ φολιδωθῶν, διὰ τὸ ἦν γένος φησὶ τὴν νάρκην καὶ γῆς δύεσθαι. ἐν δὲ τῶν περὶ τῶν δακτύλων, καὶ βλαβῶν, διαπέμπεται φησὶ τὴν νάρκην τὴν ἀπὸ ἀλίης δύαμιν, καὶ διὰ τῶν ξύλων, δὲ διὰ τῶν πελόδων ποιεῖσθαι νάρκην τὸς

τὸς ἐν χερσὶν ἔχοντες. Theophrastus in libro de his quæ hyeme latent, scribit torpedinem ob frigus sub terra condi. In libro autem de iis quæ mordendo & eiaculando venenum infundunt, vim à se emitte-re, & per ligna, fuscinaque stupore, manu illa tenentes afficere. Circa autumnum parit, autore Aristotele, non oua, sed fœtus vitros ex ouis, quæ intus excludit, hos in metu intra se recipit & emittit, eodem Aristotele autore. Et quidem, inquit, iam visa torpedo est grandis, quæ fœtus intra se circiter octoginta haberet. Diphilus apud Athenæum ait torpedinem concoctu difficilem esse, demptis iis partibus, quæ circa caput sunt, quæ teneræ sunt, ventriculo gratæ, & concoctu faciles, paruas autem meliores esse, præsertim simpliciter coctas. Hicetius ait non nutrire, insipidam esse, aliquid tamen habere, quod ventriculo valde gratum sit. Huius iccori teneritas nulla præfertur, ut scribit Plinius. Qui torpedinem in cibis damnarunt, ij mihi rectius iudicasse videntur: est enim mali succi, insuavisque, humida, molli, fungosaque carne, ob id à nostris reicitur: quod si quando edatur, abiectis capite, partibusque quæ circa caput & branchias sunt, aliis cepisque condita editur. Et Venetiis, ne in foro piscario vendatur, autoritate præfecti sanitatis cautum est. Quare non possum non mirari quæ Galenus de torpedine scripsit. Mollem habent carnem torpedo & pastinaca, quemadmodum etiam iucundam, quæ modicè aluum subducatur, & non difficilè concoquatur, quæque modicè nutrit. Et in consilio pro Epileptico, torpedinem solam ex cartilagineorum genere, epilepticis conuenientem cibum esse. Et in libello de Attenuante victu, saxatilibus in penuria substitui vult, præpararique cum beta, aut porro, admisto piperis tantillo. Et in libro octauo method. medend. cum saxatilibus piscibus asellos substituerit, proximè asellos, inquit, sunt soleæ & torpedo. Idem literis prodidit, se experientia comperisse torpedinem marinam non mortuam, ut nonnulli existimauerant, sed viuam admotam capitis doloribus mederi, sedemque euerfam coërcere, idque eadem vi efficere, qua alia medicamenta, quæ sensui stuporem adferunt. Quod quidem ego sic interpretor, torpedinem admotam capitis dolores leuare, stuporem inducendo, cuius stuporis causa sit frigiditas, id quod etiam de opio, mandragora, hyoscyamo verè dicitur, sed non ea solùm, sed & cæca quadam vis torpedini à natura insita. Nam idem Galenus hanc torpedinis vim non frigiditati solùm, verùm etiam obscure eius facultati adscribere videtur: cum enim stuporis, qui ex difficili sensu motuque componitur, causas recenseret refrigerationi, partiumque neruofarum compressioni, torpedinis marinæ contactum adiungit. Paulus Aegineta oleum, in quo viuata torpedo decocta fuerit, ad acerbiores articulorum cruciatus leniendos prodesse scribit. Mirum

Lib. 6. de hist. anima. ca. 10.

Lib. 5. de hist. anima. ca. 19.


Lib. 9. ca. 48.

Lib. 3. de Ali. men. facult.


Lib. 11. de fac. simplic. medi.

Lib. 1. de caus. sympto.

Lib. 32. cap. 10. quod de torpedine Plinius scribit. Si capiatur cum Luna in Libra fuerit, triduoque asseruetur sub diuo, faciles partus facere, postea quoties inferatur adiuuare. Et: Fel torpedinis viuæ genitalibus illitum venerem inhihet. Et lieni medetur torpedo imposita. De torpedine fluuiatili nihil hic dicendum, à marina enim non differt. Fluuiatilis in Nilo reperitur, testibus Athenæo & Strabone.




SECUNDA Torpedinis species à prima differt, quòd maculas nigras, rotundas, circulis non distinctas habeat, sed eadem pentagoni figura dispositas. Est etiam primæ concolor.




TERTIA Magis varia est, habet enim maculas diuersarum figurarum, huc & illuc sparsas, & sine ordine.

Quar



QUARTA Et rotundis & cuiusvis alterius figuræ maculis prorsus caret. Est primæ & secundæ concolor.

De Rana piscatrice



CAPUT XX.

RAIIIS Et torpedinibus ad longos cartilagineos venimus per medios: hos voco, qui vt non omnino longis similes sunt, ita longiore contractioreque sunt corpore, & cauda spissiore quàm plani. Præterea branchias in lateribus habent, præter planorum cartilagineorum naturam. Huiusmodi sunt rana marina & squatina, quas tamen in planis numerarunt Aristoteles & Plinius. De rana autem marina cæteris raiarum generibus omissis nunc loquimur, quæ *καρχαρος αλιος* ab Aristotele dicitur, id est, interprete Plinio, rana piscatrix. Hodie quoque à Neapolitanis rana piscatrix dicitur, ab aliis Italis *marino piscatore* vel *diavolo di mare*. A Massiliensibus *bandroy* à lato & amplo oris rictu, quo marsupium refert quod

Lib. 9. de hist. anim. cap. 37.
Lib. 9. cap. 42.

baudrier vernacula lingua nominatur. A Burdegalensibus *pescheteau*. Siculi lamiā nescio quā ratione appellant nisi ab ore admodū hiantē, vel à voracitate. Monspelienſes *gallangu*. Piscatricis nomen à piscandi solertia inuenit, ranæ verò à ranæ palustris nuper nascentis similitudine. Pariunt enim ranæ palustres, tradente Plinio, minimas carnes nigras, quas gyrynos vocant, oculis tantum & cauda insignes, mox pedes figurantur, cauda findente se in posteriores. Theon quoq; ranarū partus informes vocat, ἀδιάπλαστα, γυρινήματα καὶ ἀποδα, quoniam vrsarum more pariūt ranæ. Gyrynorum etiā meminit Aratus in Phænomenis:

Αὐτὸθεν ἐξ Ἰδαίου πατέρες βοῶσι γυρίων.

Et apud Platonem prouerbio dicitur: Nihilò rana gyryna prudentior: Ὅτι ἡμεῖς μὲν ἀλλοῦ ὕδατος φρονεῖν ἐθουμάζομεν ἐπὶ ἄφρα, ὅδε ἄρα ἐτύγχευεν ὡν εἰς φρόνησιν ἴδεν βελτίων βασιλέως γυρίων. Nos illum tanquam Deum sapientiæ nomine suspiciebamus, at ille neutiquam sapientia ranam gyrynam superabat. Quo in loco Erasmus pro γυρίων legendum censet γυρίων: est enim Gryneum Myrenæorum oppidum, vbi consentaneum est, inquit, ranam despiciatissimā fuisse, propter Apollinem, cui peculiariter id animal inuisum, propter fabulam de rusticis in ranas commutatis. Est autem eo in loco templum Apollini sacrum candido marmore, & oraculum vetustissimum: vnde etiam ipsi cognomentum Gryneo. Verum cum optimorum autorū testimoniis constat gyrynos paruas esse ranas, vel ranarū partus informes, quibus illepidius nihil possit videri, Platonis locus integer minimèq; immutandus mihi videtur. Sed vtra lectio magis probanda penes doctiores iudicium esto. Ad ranam marinā redeamus, quæ à ranarū palustrium recens natarum similitudine dictæ sunt: capite enim caudaq; tantum constare videntur, vt etiam cottis fluuialibus piscibus appositè comparari possit. Hic indignum planè fuerit veritatis studioſo prætereire silentio, monstrum illud, seu fabulam potiùs quàm pro rana piscatrice, & eius historia proposuit is, qui de aquatilibus superiore anno lib. edidit: ei enim pedes appinxit tam absurdè, quàm si leoni terreno pinnas appinxisset, ranamque appellatam esse putat, à pedibus quos sub ventre geminos habet, ad ranæ palustris similitudinem membrana intertextis, quibus verisimile est, inquit, hanc in ranæ modum per fundum maris incedere. Quæ omnia quantum à veritate abhorreant, ex sequentibus perspicuum fiet. Rana marina piscis est cartilagineus, planus, fuscus, siue fuliginis colore, capite maximo, rotundo & compresso. Corporis figura & colore cottis pisciculis similis: Capiti cauda tantum sine corpore affixa esse videtur, vt nihil ferè præter caput, caudamque in hoc pisce videas. Caput aculeis multis, acutis horret. Os illi non in supina parte, sed in promptu, amplum & latum, & ad piscis ingenium morèsq; à prouida natura

re-

rectè accommodatum. Maxilla superior breuior est, inferior longior & prominens quo fit vt semper os hiet, pateatq;. Lingua quoq; maxilla superiore longior, lata est & magna pro maxillæ magnitudine. Est membrana quædam gingiuarum interiore parte enata & in os cōplicata, quæ à maxilla separari, nisi diligenter inspicias non videtur. Dentēs non solum in vtraq; maxilla sunt magni, acuti, in os recurui, sed etiā in palati ossibus duobus infixi, item in radice linguæ. Oculi supra caput ad latera spectantes, aculeis septi: ante hos propendent appendices duæ, tenues, albæ, tetrìq; odoris, si Oppiano credimus, quibus veluti esca pisces mira solertia allicit & capit, quod non solum grauissimo Aristotelis testimonio, sed etiam piscatorū multorū experientia comprobatum est. Aristoteles: rana ea quæ ante oculos propendent, quæ longa pilorū speciem referunt, in extremis autem crassiuscula rotundantur, veluti esca vtriusq; adiecta, ea inquam capillamēta, cum arena, aut turbidis aquis, quas ipsa conturbarit, sese obruerit, attollit, quæ quum tangunt, pulsantq; pisciculi, eos allicit donec in os perduxerit: quæ verò capillamentis illis casu quodam caruerit, macilentior capitur. Eadem Plinius ita trāstulit. Nec minor solertia ranæ quæ in mari piscatrix vocatur, eminētia sub oculis cornicula turbato limo exerit, assultantes pisciculos pertrahens, donec tam prope accedant, vt affiliat. Eadem Plinius pereleganter expressit.

Βάραχος αὐνοθῆς μὲν, ὁμοῦς καὶ μαλθακὸς ἰχθύς
 Αἰχμῆτος δ' ἰδέειν, στόμα δ' ὀνίγεται ὄρου μάστιγι.
 Ἄλλ' ἄρα καὶ τῷ μήτις ἀνδράγατο γαστέρι φορβίω.
 Αὐτὸς μὲν πηλοῖο καθ' Ὀρωέντος ἑλυοθεῖς
 Κέκλιται ἀξέμεων, ὀλίγῳ δ' ἀνὰ ἄρρητι τῆταινι,
 Ἢ ῥα οἱ ἐκ γένους νεάτης ὑπὲρθε πεφύκη
 Λεπτή τ', ἀργυρή τε, κακὴ δ' οἱ ἔστιν αὐτῆ.
 Τὴν θαμὰ δινέει δόλον ἰχθύσι βασιτέροιον,
 Οἱ ῥά μιν εἰθρόωντες ἐφορμῶσι λαβείας,
 Αὐτὰρ ὁ τὴν ἀψὲν τι ἐφέλλεται ἀξέμας εἶω
 Ἢ κα μὲν ἀσπάρτα ἐπὶ στόμα τοῖδ' ἐπέποιον
 Οὐδὲν οἰοσάμενοι κρυπτὸν δόλον, ἀχρεὶ λάθασιν
 Βαράχος ἀρέϊσιν ἔσω γυνοῦσι μινέντες.

Ex his liquet iure optimo piscatricis cognomentū additum. Contra aliorum planorum cartilagineorum naturam pinnas duas habet in medio corpore. Branchiarum foramen vtrinque vnum, cute non osseo operculo contectum. Cauda carnosa est spissaque, in pinnam latam desinens, in eiusdē supina parte pinna alia erigitur. Ex caudæ capitibusq; lateribus appendiculæ quædam carnosæ dependent, certis interuallis à se distantes, quæ natante rana supernatant. Intus peritonæum nigrum est, ventriculus magnus, vtrinque appendicem vnicam,

breuem habens. Intestina gracilia, in gyros multos conuoluta & replicata, quod necesse fuit, ob voracitatem & ventris capacitatem paruum. Hepar rubescens, paruum, cōtra voraciū & gulosorum piscium naturam, neq; in lobos sectum veluti in galeis, teneritudine torpedinis hepatis non cedit, ob eam solū expetendum. Fellis vesicæ meatus longus, ab hepate propendens mesenterio, intestinōque adhæret, fel aqueum est. Splen nigricat. Huic pisci si per os, vētriculus interaneaq; omnia eximantur, corpūsq; quoad eius fieri potest distendatur, totum pellucidum sit, immissoque lumine laterna apparet horrifico aspectu, quemadmodum & piscis ipse viuus tetro fœdōq; est conspectu, vnde ab Italis *diavolo marino* nuncupatur, & ab Oppiano in versibus paulō antè citatis fœda visu dicitur. rana oua parit, cūm cæteri cartilaginei

Lib. 1. de Hist. animal. ca. 13.
Lib. 6. de hist. cap. 10.

Lib. 9. cap. 24.
Lib. 3. de gen. anim. cap. 3.

animal pariant: Aristotel. δι μὲν λεπίδωντοί εἰσι πάντες ὠστοὶ. Ἐὶ δὲ σελάγγη πᾶντα ζωοτοκεῖ, πάλιν βαβράχως. Et: ζωοτοκεῖ δὲ σελάγγη, τῶν ὠστοκλήτων ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐκ βέβρωσιν ἐν αὐτοῖς πάλιν βαβράχως. Animal pariunt cartilaginea, sed prius ouum pariunt in seipsis, augentq; & excludunt, excepta rana. Quo in loco pro rana, mēdosē legitur raia in Latinis codicibus. Plinius. Cartilagineum genus animal parit, excepta quam ranam vocant. Huius rei causam reddit Aristoteles. Ἐὰν γὰρ κεφαλὴν ἔχῃ τῶν ἰχθύων ἐν αὐτοῖς μὲν ὠστοκεῖ δὲ τέλειον ὄν, ἔξω δὲ ζωοτοκεῖ, πάλιν ἐνός, ἐν ἡγεῖσιν βαβράχων. Ἴσος δὲ ὠστοκεῖ θύραζε δὲ τέλειον ὄν μόνος. Ἄλλια δὲ ἢ τῶν σάμμιος φύσις, τίλι τε γὰρ κεφαλῶν πολλὰ πλαισίω ἔχει τῶν λοιπῶν σώματος, καὶ ταύτων ἀκαμθωδῶν καὶ σφιδρὰ βαρέϊα. Διότι ἂν ὑπερον εἰσδέχεται τὸς νεοτῆς, ἐδὲ ἐξ ἀρχῆς ζωοτοκεῖ. δὲ γὰρ μέγεθος, καὶ ἡ βαρύντης τὴν κεφαλῆς, ὥστε καὶ εἰσελθεῖν κωλύει, οὕτω καὶ ἐξελεῖν. Cartilaginea perfectum ouum intra se pariunt, animalque foras emittunt, excepta rana: hæc enim sola perfectum ouum foras emittit. Cuius rei causa est corporis natura: caput enim multo maius reliquo corpore habet, idque aculeatum, valdeque asperum: quamobrem neque postea catulos suos recipit, neque initio animal parit: capitis enim magnitudo & asperitas quemadmodū ingressum, ita etiam exitum impedit. Idem alio loco scribit, ranam animal non parere, neque fœtus suos recipere, tum propter capitis magnitudinem, tum propter aculeorum impedimentum. Cur verò ranæ pauca reperiantur, cūm inter cartilaginea fœcundissima sint, idem Aristoteles docet. πολυγονώτερον δὲ ἐστὶ τῶν ἰχθύων ἡ μαινίς, τῶν δὲ σελάγγων βαβράχως, ἀλλὰ σάμμιος εἰσι, διὰ δὲ ἀπολλυτὴν βλάβος. τίτι γὰρ ἀθρόα ἅμα πρὸς τῇ γῆ. Fœcundissima piscium est mæna, inter cartilaginea verò rana, sed raræ sunt, quia facillè pereunt, parit enim vniuersa ad terram. Rana marina extra aquam aliquandiu viuere potest. Vidimus ipsi aliquando in litore inter herbas dies duos vixisse, vulpeculæque terrenæ noctu pastum quæritantis pedem dentibus arripuisse, & ad auroram vsque retinuisse, ex quibus oris dentiumque robur colligere licet.

Lib. 6. de hist. cap. 10.

Lib. 6. de hist. anim. cap. 17.


Carn-

Carne est molli, excrementitia, in suaui, ferini saporis, maliq; succi. Fel eius aduersus suffusiones vtile est. Ranarum marinarū autore Plinio, ex vino & aceto decoctarum succus contra venena bibitur, & contra ranæ rubetæ venenum, & contra salamandras. Os in cauda nullū habet rana, cūm cartilaginea sit, neq; aculeum exertū pastinacæ modo, Plinius tamen, Officulum de cauda strumis curandis prodesse his verbis scribit: Pungi piscis eius, qui rana in mari appellatur, officulo de cauda, ita vt nō vulneret, prodest. Id faciendū quotidie, donec percurrantur. Sed quid de eo Plinij loco sentiam, antea exposui. Ex his tum ἀλλοτρία à nobis cognitū, tum grauissimorū autorum testimoniis confirmatis, notior cuius esse potest rana piscatrix q̄ ex eius descriptione qui pedes ei tribuit, quiq; eam maltham appellat: cuius erroris refutationem in hunc locū reiecimus. Ac primūm quām friuola sit sola hæc ratio, q̄ maltha sit, quia molli sit carne, nemo non videt: id enim nomen in infinitos alios pisces, qui molli sunt carne, cōpeteret. Deinde Oppianus, cuius versus à Lippio Latinos factos profert, facillè eum ab hoc errore reuocasset. Is enim LIB. I. ἄλιθουκῶν cum cetaceis maltham numerat: libro verò secundo torpedini subiunxit. Quare ineptè primo Latino versui libri primi duos alios ex libro secundo subiunxit, quasi verò maltham & ranam tanquam eundem piscem Oppianus coniunxisset, usq; tribus versibus, vt de eodem locutus fuisset.

Lib. 3. cap. 5.

Lib. 3. cap. 8.

De Squatina.



CAPUT XXI.

R I N H N Accentu in priore posito, vt differat à ρινῆ, quæ limam significat, Gaza rectè squatinam conuertit Plinium secutus: eius enim hæc sunt verba in catalogo piscium. Rhina, quam squatinam vocamus. Dicitur autem squatina fortasse à squalore, hoc est,

Lib. 3. ca. 11.

cutis asperitate. Nostri Maffilienses, Galli, Ligures angelum vocant, à similitudine angeli picti cum alis expãsis. Veneti *Squaquam* vocant, alij *Squaiam*, alij *Squadram*. Burdegalenses *Creac de buch*. Græci huius temporis *ρίνω και ρινόβαλον*. Squatina piscis est planus, cartilagineus, magnus quidem, utpote qui ad hominis magnitudinem aliquando accrescat. Vidi etiam squatinam centum & sexaginta libras pondere æquantem. Est enim bene longa, sed corpore contractiore strictiorque, cute asperrima, durissima, qua lignum & eboram perpoliuntur: nam & è mari fabriles vsus exeunt, inquit Plinius. Partes pronæ coloris sunt cinerei ad fuscum vergentis, pars supina alba & læuis. Os non habet in supina parte, nec infra rostrum raiarum modo, sed in promptu partèque primùm obuia, veluti rana piscatrix, atque squamosi, maxillarum ossa in angulum obtusum desinunt, lingua verò in acutum, in cuius extremo carneum tabernaculum est. Os habet breuius sed acutissimis dentibus munitum, aliter quàm in vllis alijs piscibus dispositis: sunt enim dentium ordines, interuallis dentibus vacuis à sese distincti & distantes. Horum ordinum singuli tam arctè connexis coherrentibusque dentibus constant, ut non plures dentes, sed vnicus planus, latiusque dens esse videatur: verùm vnguibus, vel cultelli mucrone inserto facilè separantur, quique à reliquis separatus est, reliquis immotis mouetur, & loco eximitur. In inferiore maxilla, linguæ extremo acuto locus dentibus vacuus cedit naturæ prouidentia, dextra sinistraque dentium sunt ordines, quinque dentibus constantes, tertius & quartus ordo quatuor duntaxat dentibus constat. Ordines qui hos sequuntur, quique in anteriore oris parte siti sunt, tribus tantùm. Contrà in maxilla superiore ea enim in parte quæ maxillæ inferioris parti dentibus vacuæ respondet, ordo est ex quinque dentibus, vtrinque similes duo ordines. Quartus, quintus, sextus & septimus ex quatuor dentibus, qui subsequuntur, ex tribus tantùm. Dentes omnes in os sunt recurui. Maxilla superioris extremum cute non integitur, ex eo apophyses duæ in os demittuntur in alias diuisæ, de quarum vsu postea dicitur. Oculos supra caput habet, non sursum sed ad latera spectantes, post quos foramina sunt, quæ ad os vsque patent, veluti in raiis. In lateribus branchias detectas habet, non in supina parte ut raiæ: illarum enim situ & oris scissura squatina à reliquis planis piscibus differt. Corporis latitudo in pinnas desinit maiores, sequuntur aliæ minores. In cauda verò pinnulæ duæ erectæ sunt, eadem in vnicam & continuam desinit. E mediâ dorsi spina aculei parui existunt, item alij prope oculos. Reliquis cartilagineis, internis partibus similis est. Nam ventriculolum magnum habet, intestina magna latèque, hepar in lobos duos diuisum, in quo felle vesica latet, felle viridi plena. Lien ex rubro ni-

nigricat. Cor angulatum, compressum vnico tantùm sinu donatum. Mares à fœminis distinguntur appendiculis quibusdam cartilagineis circa anum, quibus fœminæ carent. Coeunt squatinæ mutuo partium supinarum attritu. Cartilagineorū vna squatina bis parit: nam & incipiente autumnō, & circa vergilarum occasum, sed per autumnum fœlicius. Singulis verò fœturis partus septeni aut octoni proueniunt. Hęc Aristoteles. Idem scribit squatinam fœtus suos in metu intra se recipere, & rursus emittere, nonnullorū galeorum modo. *οι μὲν ἔν ἄλλοι γαλεοὶ καὶ ἐξαφῶνται καὶ δεχονται εἰς ἐαυτοὺς τὰς νεοτῆς καὶ αἱ ρίνοι, καὶ αἱ νάρηαι.* Et mox. *τῶν ὅπλατων συγῶν καὶ βάρους ἔδεχονται διὰ τὴν ἰσχυρίαν τὴν κέρκην.* *τὰ εἰσδέχεται ὅ ἐδε βάρους τὰς νεοτῆς διὰ τὸ μέγεθος τὴν κεφαλῆς, καὶ τὰς ἀγκύθους.* Cæteri galei & emittunt, & intra seipfos recipiunt fœtus & squatinæ, & torpedines: ex planis autem pastinaca & rana non recipiunt propter caudæ asperitatem. Neque etiam fœtus recipit rana propter capitis magnitudinem & aculeos. Quæ addidimus ut admoneremus Latinam Aristotelis conuersionem in emendatam esse, in qua pro rana perperam raiia legitur, ut ratio quæ subiungitur, & Græcus contextus conuincunt. Oppianus squatinam non suos fœtus intra se recipere, sed præsidio alio eos tueri autor est, nimirum latis vtrinque pinnis, seu alis expansis tegere.

*Τοῖσι καὶ ρίνοι τελέων προσώεται ἀλλήω,
Ἄλλ' ἔσθ' ἐς νῆδον κείνοισ' ὄσιν, οἷα κινέειν,
Ἄλλὰ οἱ ἐν πλάτρησιν ὑποσφραγῆς ἀμφοτέρωθεν
Ἔισιν ὑπὸ πτερύγων ὅση γένος ἰχθύων ἄλλοις
Τῆσιν ἀτυζομένων τελέων φόβον ἀμφικαλύπτει.*

Sed cum aculei parui sint, & in recenter natis molles adhuc, neque capitis magnitudo, ut in rana piscatrice, neque caudæ asperitas ut in raiia præpedire possunt, quominus squatina fœtus suos recipiat, Aristoteli potius credendum esse censeo. Hanc squatinæ solertiam attribuit Aristoteles, ut arena se obruat, cumque se totam occuluerit, verberat oris sui radiolis seu virgulis, quas pisciculi cum aspexerint, adnatant quasi ad algas, quibus vesci soliti sunt. Plinius. Simili modo squatina & rhombus abditi pinnas exertas mouent specie vermiculorum, itemque quæ vocatur rana. Mirum verò, quòd Plinius appendiculas illas quibus squatina pisciculis insidiatur, pinnas appellet, cum neque pinnae sint, neque pinnis vlllo modo similes, sed vermiculis, ut ipsemet ait. Aristoteles propriè *ραβδία* vocat, radiolos & virgulas interpretatus est Gaza. Squatina carniuora est, & in alto mari versatur. *ἡ ρίνη*, inquit apud Athenæum Diphilus, *καὶ αὐτὴ τῶν σελαχιῶν ἔσθ', ὡς πτεροπόδιος ἔστι, καὶ κέρκην.* *ἡ ὁ μείζων ἱσοφαιώτερα.* Κοινῶς ὁ πᾶσι τὰ σελαχία φουσώδη ἔστι, καὶ κρεῶδη, καὶ δύσκατ' ἐργαζα, πλεοναζόμενα τὴν τὰς ὄψεως ἀμβλύνει. Squatina etiam ex cartilagineis est, concoctu facilis, & læuis. Quæ maior

*Lib. 5. de hist. cap. 10.
Lib. 6. de hist. cap. 10.*

Lib. 1. ἀλιείων τικώμ.

Lib. 9. de hist. cap. 37.

Lib. 9. cap. 42.

Lib. 8.

magis nutrit. Vniuersè autem cartilaginea omnia flatus gignunt, car-
nosa sunt, concoctu difficilia, quorum multo vsu oculorum acies he-
betatur. Quod temere dictū esse nemo existimare debet. Cū enim
cartilaginea flatuum, crassiorūmq; & glutinosorum humorum ma-
gnum prouentum adferant, crassos ex his caliginosōsq; spiritus effi-
ci necesse est, quorum perspicuitatem & splendorem ad clariū cer-
nendum necessariū esse certum est. Apud nos nullo in pretio est squa-
tina, etiam à rusticis neglecta, tum ob ferinum saporem, tum ob car-
nis duritiam & insuauitatem. Ex hepate oleum fit, quod ad hepatis dū-
ritiam valet, addita spica celtica vel styrace, vel absinthio. Oua exic-
cata ad sistenda alui profluuia multū conferre experientia comper-
tum: iis enim ad omnes alui fluxiones vtuntur piscatores nostri. Cute
ensium capuli integuntur. Ex eadem optimum fit in p̄sora & scabie
smegma. Eiusdem cutis cineres cōtra alopeciam & vlcera capitis ma-
nantia profunt. Tota squatina mammis imposita earum incremen-
tum prohiberi, duriusculāsq; reddi traditur. Quod à me experiētia
comprobatum est, huius quoque rei testis est Plinius. Squatinæ il-
litæ crescere mammas non patiuntur. Id nō manifesta qualitate, sed
obscura quadam vi effici puto, maximè cum sale asseruata idem non
prester, cuius salis causa magis digerere & exiccare deberet. Hęc squa-
tinæ facultatem si resciscant mulieres, cultui & ornatui plus equo de-
ditæ, pluris eam empturæ sint, quàm vlli Romani vnquam mullum,
vel etiam acipenserem emerint. Audiui ab excellentis doctrinæ viro
cū diceret, eam quam nos squatinam esse diximus rhinobatum esse.
Squatinam verò esse quam *catto rochiero* in Prouincia vocant. Sed de
rhinobato mox, de eo qui *catto rochiero* nominatur, quum de caniculis
dicemus. Sunt qui scribant squatinam subinde colorē mutare, & eius
cui adhæserit colorē corpore imitari polypi more, quod sanè rationi
consentaneum non est. Quæ enim colorē sic mutāt, vel quia corpore
pellucido sunt id faciunt, vt chamaleo: vel quia cute sunt ita tenui, vt
in humorū spirituūmq; perturbatione atque agitatione, varij eorum
colores perlucant. Quorum neutrum de squatina dici potest, vt pote
quæ cute sit aspera, dura ac densa.

Lib. 3. cap. 10.

De Rhinobato.

CAPUT XXII.

Lib. 6. de hist. animal. ca. 11.



V ρινόβαλον Græci, ita Gaza Latinè composito nomi-
ne squatinoraiam appellauit. Huius sic meminit Ari-
stoteles. Τῶν μὲν ἐν ἄλλων ἰχθύων παρὰ τὰς συρτήμιας
ἔδλεν ὡσαύται σινδουαζομύων: ῥίμη δὲ μόνη δοκεῖ τὸ πρῶτον
καὶ βάτος, ἔστι γὰρ τις ἰχθύς, ἧ καλεῖται ῥινόβαλος. ἰχθ
γὰρ

γὰρ τὴν μὲν κεφαλὴν, ἔ τὰ ἑμπαροῦσιν βάτος, τὰ δὲ ὀπιοῦσιν ῥίμη, ὡς
γινόμενος ἐξ ἀμφοτέρων τῶν ἰχθύων. Plinius: Piscium diuersa genera
non coeunt præter squatinam & raïam, ex quibus nascitur prio-
ri parte raïæ similis, & nomen ex vtroque compositum apud
Græcos trahit. Præter hæc nihil vsquam alibi de rhinobato le-
gi, aut ab aliis accepi. Nec mihi omnium generum pisces diligentius
perquirenti vidisse vnquam hunc piscem contigit, eadem mihi senes
& periti piscatores affirmarunt. Quæ cū diligentius expendissem,
in eam tandem sum adductus sententiam, vt existimem ne Aristote-
lem quidem, aut Plinium vnquam rhinobaton vidisse, piscemque
planè commentitium esse, quique re non existat, quod quidem Ari-
stotelis verba iam citata subindicant, quæque alio loco scripsit: Ἐπὶ
δὲ τῶν θαλαττικῶν ἔδλεν ἀξιόλογον ἑώρασαι, δὲ γὰρ οὐδὲ μάλιστα οἱ ῥινόβατοι κα-
λύμνοι γίνονται ἐκ ῥίμης καὶ βάτου (σινδουαζομύων). In marinis nihil adhuc
exploratum habemus dignum memoratu, qui tamen rhinobati ap-
pellantur, maximè gigni creduntur ex squatina & raïa. Squatinam
itaque cum raïa videri coire ait, quo quidem loquendi genere, & si-
milibus, vt, ferunt, tradunt, aiunt, creditur, vtuntur Herodotus,
Theophrastus, Dioscorides, quum se rem aliquam pro incerta ha-
bere significant. Iam verò ratio, quam subdit Aristoteles, planè in-
firma est. Si enim ideo coeunt squatina & raïa, quia piscis fit, qui rhi-
nobatus nominetur, vtrique similis, & hippocentauros & tragela-
phos esse posse dicemus, si centaurus cum equa, & hircus cum cerua
commisceatur. At, vt scribit Galenus, fieri secundum naturam non
potest, vt tantopere dissidentia corpora cōmisceantur: neq; enim co-
lores & figuras tantum componi oporteret, quemadmodum à statua-
riis & pictoribus fieri solet, sed totas substantias natura ab huiusmo-
di permistione alienissimas. Neque si diuersæ animantium formæ,
non tamen vsq; adeò dissimiles, coeant, id animal gignunt, quod vna
parte huic altera illi simile sit, sed quod vni tantum procreantium
simile sit, vel tertium quoddam: vt cū asinus equam iniit, nullus
aut nulla neutri per omnia simile animal gignitur. Si lupus
cum cane vel vulpe congregiatur, canis vel vulpes al-
teri tantum similis. Quare meo quidem iudi-
cio fides iis habenda non est, qui rhi-
nobati mistumq; genus, pro-
lemq; biforem nobis
obtrudunt.

Lib. 2. de gen. animal. cap. 5.

Libro tertio de vsu part.




G V L I E L M I
R O N D E L E T T I
D E P I S C I B V S

LIBER XIII.

De Galeorum nomine.

C A P U T I.



Lib. 9. cap. 24.


S V M V S Nunc de longis cartilagineis dicturi, in quibus sunt γαλεοί, quos mustellos vertit Gaza: nomen à corporis habitu mustellis terrenis simili datum est. Γαλεός vero siue γαλεώδης generis nomen est apud Aristotelem, cui epitheta, ut formas quæ generi subsunt, distinguat, adiicit: dicitur enim galeus acanthias, galeus asterias, galeus lauis. Galeos Plinius squalos appellasse videtur. Planorum piscium alterum est genus, quod pro spina cartilagineam habet, raia, pastinaca, squatina, torpedo, & quos bouis lamia, aquila, rana nominibus Græcia appellat, quo nomine sunt squali quoque quanuis non plani. Quo loco non squali sed galei legendum censet Massarius, quia galeos vocauit Aristoteles, ex quo hæc mutuatus est Plinius. At non semper Græcis vocibus usus est Plinius, nec huius loci lectionem mutandam esse arbitror, præsertim cum alio etiam loco squalos nominauerit. Plurimi piscium, inquit, pariunt tribus mensibus, Aprili, Maio, Iunio, Salpæ autumno, spari, torpedo, squali circa æquinoctium, molles vere. Et Columella piscibus, qui in piscinis aluntur, escam præberi iubet tabetes haleculas, & salibus exesam chalcidem, putremque sardinam, nec minus squalorum branchias, vel quicquid intestini pelamys, aut lacer-

tus

tus gerit. Quanquam eo loco pro squalorum, scaurorum vel scarorum legitur in vulgaribus exemplaribus, sed mendose. Nam cum, ut ipse Columella superiore capite scribit, scarus totius Asiæ Græciæque litoribus Sicilia tenus frequens esset, verum Romæ rarus: qui fieri poterat, ut scarorum branchias pro esca in piscinas conicerent, vel ipsorum intestina, quæ præterquam quod rarus erat piscis, à gulæ proceribus auidè expeterentur, summisque in delitiis haberentur? Rectè verò galei squali vocantur, quasi squalidi, id est, horridi asperique: sunt enim omnes aspera cutè. Nam squalidū dicitur quicquid ita oblitum incultumque est, ut horridum asperumque videatur & sentiatur, & squalam rem pro fordida dixerunt antiqui, ut Ennius citante Nonio Marcello: Elauere lachrymas, vestem squalam & fordidam. Galeis cartilagineisque piscibus proprium est, branchias habere detectas, id est, sine osseo operculo, sed huius vice foramina quinque habent, prope branchias pinnas duas, à podice alias duas, præter quas maribus quibusdam, ut in rana piscatrice videre est, duæ sunt apophyses siue appendices. Galei nulli squamis, sed cute aspera integuntur. Iecur est illis geminum, quod in oleum abit. Carent pinguedine galei omnes, quorum differentiæ constitui possunt, ut alij galei simpliciter, alij galei cetacei sint, cui generi Galenus canes & libellas subiicit. His vulpes, malthas, aliosque, qui in magnam molem accrescunt, adiungere possumus.

Lib. 3. de part. aliment.

De Galeo Acanthia.



C A P U T II.



A G A L E O qui ακανθίας cognominatur incipimus, quod is facile agnosci, & à reliquis secerni possit. Ακανθίας dicitur ab aculeis, quos in tergore gerit, spinacem conuertit Gaza. A nostris & Massiliensibus Aquillat, ab aculeis nominatur: acus enim à Gallis Eguille dicitur. Eadem de causa à Venetis Azio, quasi aculeatus: ea enim vox illis stimulum significat, quo punguntur boues. Item à Liguribus Aguseo. A Gallis Chien de mer. Galeus corpore est longo, coloris cinerei, duos aculeos in dorso habet, quibus pinnae innituntur,

detectos, firmos, acutos, non admodum latos, veluti in centrina. Rostro est primum lato, deinde in acutum desinente. Oculis magnis, post quos foramina duo habet. In supina parte oris rictum latum, dentibus ad latera spectantibus munitum, eadem in parte ante os foramina duo pro naribus. Branchias detectas in lateribus. Omnium enim cartilagineorum, quæ longo sunt corpore, branchiæ detectæ sitæ sunt in lateribus, teste etiam Aristotele, vt in quouis galeorum genere. Branchias sequuntur pinnae duæ ad natandum. In parte supina nullæ sunt, præterquam ex podicis vtraque parte, quæ in fœmina minores, in mare maiores sunt. Præterea mās appendices paruas illic habet, qua nota à fœmina distinguitur. Corpus sensim gracilescens in caudam desinit geminam, superior pars longior est, inferior breuior. Colore dum viuit in mari ferè est argenteo, quum expirauit ex cinereo rubescit. Ventriculum habet magnum & latum, intestina lata, hepar geminum, vt galei omnes, flauescens, in quo fellis vesica latet. Splenem in duos lobos diuisum, rubescentem. Cor angulatum. Vuluam iuxta diaphragma sitam, in qua oua alia iam conformata, alia quæ adhuc conformantur, reperias. vitellis ouorum gallinæ maximè similia, sed maiora. Galeus hic ventre fœtus excludit per venam, quam Anatomici vmbilicalem vocant, ouis adhærentes. Oua verò nullo vinculo vtero alligata sunt. Itaque ex ouis alimentum trahunt fœtus, donec perfecti foras emittantur. Fœtus editos rursus intro non recipit, neque enim potest, ob dorfi aculeos, qui antequam in lucem edantur, molles sunt, postea duri, acuti pungentisque fiunt. Hunc, quem depinximus, galeum acanthiam esse, præter aculeos dorfi, à quibus nomen positum, demonstrat generationis modus, de quo Aristoteles: Ο δὲ ἀκανθίας γαλεὸς ἐν τῷ ὑποζώματι ἔχει τὰ ἀπὸ τῶν ματρῶν, ὅτε δὴ καὶ τὰ βήθ' ὄν, ἐπὶ τῶν ἀποτελεσμένων γίνεται ὁ νεοττός. Galeus qui acanthias dicitur; ad septum transversum oua habet, supra mammas, in quibus iam absolutis, cum descenderint fœtus nascitur. Vidi equidem sex in ventre perfectos fœtus, ex ouis, per venam quam diximus, pendentes, multis aliis ouis nondum exclusis. Acanthiæ peculiariter cor pentagonum attribuit Athenæus, sed id huic cum aliis omnibus galeis commune est. Carne dura est, ferinum olente, nec apud nos nisi in summa piscium inopia à pauperibus emitur. Elixos ex butyro Galli edunt. Fel ad oculorum suffusiones valere expertus sum. Ex hepate oleum fit, quo ad lucernas vti possumus, & ad induratum hepar emolliendum, dolorémque sedandum.


De Gal

Lib. 2. de hist. anim. cap. 13.

Lib. 6. de hist. animal. c. 10.

Libra 7.

De Galeo læui.



CAPUT III.




Γαλεὸς læios cum nullum aliud Latinum nomen habeat, galeus læuis dicitur. A nostris *Emiffole* vocatur. A Romanis *pesce columbo*. Galeus læuis ab acanthia aculeis dorfi differt, rostroque est breuiore, sed latiore, oris rictu minus lato, maxillis in angulum obtusum desinentibus sine dentibus, sed horum loco os asperum dedit natura, veluti raiis multis, foramina pro naribus habet, his alia minora sunt post oculos. Branchiis à superiore non differt, neque pinnarum numero aut situ, nisi quod cauda ex tribus constat pinnis: nam inter superiorem & inferiorem mediavna interiacet. Colore est cinereo, partibus internis superiori similis. Hunc galeum læuem esse, quam tota cutis admodum læuis non sit, docet ipsa generandi ratio, de qua Aristoteles: Οἱ δὲ καλαμίδιοι læιοὶ τῶν γαλεῶν, ἃ μὲν ἀπὸ τῶν ἐπιπέδων ὁμοίως τοῖς (καλαμίδιοις. περιεστάντα δὲ τὰ τοιαῦτα εἰς ἐπιπέδου ἢ διηρόδου ἢ ὑφ' ἑαυτῶν καὶ βάλαντα, ἢ τὰ ζῶα γίνεσθαι, ἢ ὀμφαλὸν ἔχοντα πρὸς τῇ ὑτέρᾳ. ὡς τε ἀναλιχιδόων τῶν ὄντων, ὁμοίως δοκεῖν ἔχειν ὅ ἐμβρυον τοῖς τε βάλαντι. πρὸς ἀσφύκι δὲ μακρὸς ὢν ὁ ὀμφαλός, ἢ μὲν ὑφ' ἑαυτῶν πρὸς τὸ κάτω μέρος, ὡς περὶ ἐκ καλαμίδιοις ἕκαστος ἠρτημιδῖος, ὅ ἐμβρυον ἢ ὅ μὲν ἢ ὅ ἦπαρ. Galei, qui læues vocantur, oua in media vulua gestant, vt caniculæ, quæ postea in vtrumque vteri sinum descendunt, mox animal gignitur, vmbilico hærete ad vuluam, ita vt ouo absumpto partus non aliter quam in quadrupedibus contineri videatur. Adhæret vmbilicus ille præolixus capite altero ad partem vuluæ inferiorem, velut ex acetabulo annexus, altero ad medium fœtum, qua in parte iecur est. Nos fœtum cum vmbilico matri adhærete pingendum curauimus, vt à caniculis, vulpibus, aliisque galeis discerneretur, cum nullus ex galeis alius sit, cuius fœtus secundis, membranisque

Lib. 6. de hist. anim. cap. 10.

inuoluatur, vteróq; matris per vmbilicum alligetur. Neque me later alium esse galeum in quo cutis quàm in hoc sit læuior, sed cùm eo quem iam diximus, generationis modo non procreetur galeum læuem veterum esse negamus, verùm Æliani glaucum esse asserimus de quo paulò pòst dicemus.

De Galeo Asteria.



CAPUT IIII.


GAZA galeus stellatus dicitur, qui à Græcis γαλέος ἀστέριας, à nostris *lentillat* à maculis albis, lentis magnitudine quibus depictus est, vnde à quibusdam ποικίλος, id est, varius cognominatus est. Cute læuiore est quàm galeus læuis, alioqui ore, branchiis, pinnis, cauda ei omnino similis. Maculæ dorsi aliæ stellarum speciem referunt, vnde illi nomen, aliæ rotundæ sunt. Partibus etiam internis à superioribus non differt. Aristoteles scribit ex cartilagineis sæpissime superfoetare galeos stellatos, quippe qui mense bis pariant. Alio verò loco videri galeos stellatos bis mense parere, sed hoc accidere, quia omnia eorum oua simul non perficiantur. Hicesius apud Athenæum autor est galeorum optimos esse stellatos & tenerrimos. Sunt qui galeum stellatum esse credunt eum qui à nostris *catto rochiero*, à Massiliensibus *catto algario* vocatur, sed non rectè, cùm is oua testaceis quibusdam, vt ita dicam, membranis inclusa gerat, id quod caniculis, rañisque tribuit Aristoteles, minimè verò galeus stellatus. Quare galeus stellatus is non erit, etiam si maculas nigras asperfas habeat, quarum nonnullæ speciem aliquam stellarum referant, vt in hoc nostro, quem pro stellato exhibemus.

Lib. 6. de hist. cap. 11.
Lib. 5. cap. 10.
Lib. 7.

Lib. 6. de hist. animal. ca. 10.

De gal

De Galeo cane.



CAPUT V.

GALEVS Canis à Latinis dici potest, qui à Græcis γαλέος κύων, à Plinio communi vocabulo canicula vocatur, à Massiliensibus Liguribusque *pal*, à Græcis huius atatis *κυλλόψαρος*, à Romanis *lamiola*, quasi parua lamia, quòd dentibus lamia similes sit, à nostris *milãdre* & *cagnot*, id est, paruus canis. Corporis specie iam descriptis galeis valde similis est. Dentès habet acutos ad latera recuruos. Ex parte oculorum inferiore tunica enascitur, quæ totum oculum operit, palpebræ autem modo, non quòd reuera palpebra sit: nam autore etiam Aristotele, palpebris carent pisces, & palpebræ ex cute fiunt. hæc autem membrana est duntaxat, quam Plinius nubem appellari tradit, quæ inter dimicandum plurimùm obest, oculos obtegendo. Lõgè alia est hæc Plinij canicula siue canis galeus, ab eò galeo quem Aristoteles *κυλλών* appellat, Gaza caniculam, vt ex generandi ratione paulò pòst confirmabimus. Quam verò hic proponimus Plinij caniculam esse, duo necessario demonstrant. Primùm nubes illa quæ oculos contegit, deinde atrox illa cum hominibus dimicatio, quam hodie quoque piscatores, litorumque maris accolæ timent: appetit enim canicula hæc calces, inguina, poplitésque tam auidè, vt aliquãdo in terram exiliant. Sed satius est Plinij verba adscribere, quoniam partim ex iam dictis, partim ex dicendis totus Plinij locus satis obscurus, longè dilucidior fiet. Canicularum maxima multitudo circa eas (spongas subaudi: de iis enim supra loquebatur Plinius, qui libros suos in capita non distinxit) vrinantes graui periculo infestat, ipsi ferunt vt nubem quandam crassescere super capita animalium, planorum piscium similem, prementem eas arcentemque à reciprocando, & ob id stylos præacutos lineis annexos habere sese, quia nisi perfossæ ita non recedant, caliginis & pauoris, vt arbitror opere. Nubem enim & nebulam (cuius nomine id malum appellant) inter animalia illa haud vltra comperit quisquam. At cùm caniculis atrox dimicatio, inguina & calces omnemque candorem corporum appetunt. Salus vna in aduersas eundi, vltroque terrèdi. Pergit deinceps pugnam exponere canicularum cum vrinantibus, quam apud ipsum autorem


Lib. 2. de de-
partib. anim.
cap. 13.
Lib. 9. ca. 46.

Lib. 9. cap. 46.

Kk

leges. Quam nubem super capita crassescere scribit, eam quam dixi tunicam ex inferiore parte oculorum enatam, oculis que operietem intelligere oportet, qua præpediuntur caniculæ ab ictu iterum inferendo, quam si Plinius vidisset, non ab aliis referentibus audiisset, non super capita, sed super oculos crassescere dixisset, maxime cum eam comparet planorum piscium nebula: eadem enim est in planis piscibus, ut in raiis, nisi quod in his ex interiore parte oritur, ac in extremo ferrata est. Ex his igitur galeum illum quem *milandre* vocamus caniculam Plinij esse, tum ob nubem oculos operietem, quæ in nullo alio galeo præter quã in hoc, & galeo glauco, de quo mox, reperitur, tum ob id quod partes corporis humani nudas candidasque appetat. Quã ob causam etiã ab his qui nunc in mari versantur, reformidatur.


De Galeo glauco.



CAPVT VI.

ALEVS Glaucus ex cartilagineorum genere est, quatuor aut quinque cubitorum magnitudinem attingit. Dorsum carulei est coloris exaturati, unde illi cognomen, venter candidi. Rostro est acuto, oculis satis magnis, ex quorum inferiore parte enascitur membrana candida, quæ ad oculos sursum attollitur, eis que veluti nubes caliginem offundit. Os habet in supina parte. Dentium acutorum, latorum, quodammodo ferratorum, ad latera spectantium ordines duos. In palato substantiam quandam fungosam & mollem, digitisque cedentem, quæ supernam internamque oris partem replet. Linguam crassam, latam, asperamque. Ventriculum amplissimum ac longissimum. Huic splen annectitur longus, ex multis particulis carnosis rotundisque instar racemi compactus, renum delphini modo. Intestina primum gracilia sunt, deinde lata, sine vllis spiris. Ex venis mesaraicis rami duo oriuntur, quorum alter ad hepar, alter ad ventriculum perducitur, in eo in alios multos ramulos diuisus. hepar adiposum in lobos duos dissectum, quorum alteri vesica fellis hæret

hæret, fel viride est, cor angulatum. Ventris parte infima in maribus seminis vasa in partes duas diuisa conspicias, in fœminis vuluam. Præterea in maribus substantiam quandam carnosam digitali magnitudine penis specie. Branchiæ detectæ sunt, prope has pinnae duæ magnæ, ad podicem aliæ duæ minores. Aliæ duæ sunt in tergo, prior in medio fere maior: posterior prope caudam minor. Cauda ex duabus constat, superior multo longior est, quam inferior, sursumque spectat. Cute læui tegitur. Hunc galeum, Æliani glaucum esse multis rationibus adducti arbitramur, non eum glaucum quem iam ante descripsimus qui *derbio* vocatur. Cùm enim aculeos Lib. 3. multos, præacutos validosque quamuis breues in dorso gerat, non potest à parente intro recipi, quod de glauco suo scripsit Ælianus. At hic ore est ventriculoque amplissimo, nec procul ab ore disito: quam ob causam facillè quicquid in ventriculo continet, euomit, si cauda suspendatur, ita ut ventriculus in os decidat. Æliani verba, cum de glauco tractarem, protulimus. Item Aristotelis, qui galeis hoc tribuit, ut foetus suos intra se recipiant, & foras emittant, demptis aliquot. His accedit color glaucus, id est, caruleus, qui in nullo alio galeo spectatur: unde etiam nostri *cagnot blau*, id est, canem glaucum siue caruleum vocant, à cane galeo, de quo proximo capite egimus distinguentes. Porro glaucum istum ex canicularum esse genere confirmo ex Plinio, qui caniculis nubeculam quandam attribuit, qualis est in planis piscibus, quæ ex omnibus galeis in hoc solo, & in cane galeo superiore comperitur, cui cani galeo, glaucus sæuitia audaciãque non cedit: humanas enim carnes eodem modo appetit, cuius rei ipse oculatissimus sum testis. Cùm enim æstate puer, qui militi cuidam erat à pedibus, in litore ambularet, eum diu secutus glaucus, calces, tibiãque quin arriperet, parum abfuit, & à puero gladio confossus in litus eiectus est. Plinij locum, quo de nube canicularum, & earum cum hominibus dimicatione tradit, proximo capite explicauimus. Carne vescitur hic galeus estque voracissimus. Carne est dura, ferinum olente, concoctu difficili, sed concocta plurimum nutrit. Hepar quibusdam est in delitiis, sale conditum asseruatur, editur in vino coctum vel assum, sed elixum cum origano, hyssopo, lauri foliis, additis cinnamomo, nuce moschata, caryophyllis, ut ferinus odor euanescat, optimum redditur. Ex eodẽ oleum conficitur ad hepatis duritiem emolliendam, & ad doloris articulo- rum alleuamentum. Infantium gingiuis, dentitionibusque multum confert, dentium caniculæ vtriusque modo descriptæ cinis. Huius etiam dente gingiuas tangi prodest, quam vim etiam lamia dentibus inesse ferunt, adeo ut è collo suspensos lamia dentes prodesse vulgus existimet.



CAPUT VII.

Li. 6. de hist.
animal. c. 10.



QUAE *καύλια* vocat Aristoteles, Gaza caniculas interpretatur. Vocari etiam *vespilis* testis est idem Aristoteles, id est, hinnulos. Non vocem sed significationem secutus Athenæus *σκύμους* appellauit, id est, catulos, vtraque voce à terrenis animantibus ad marinas translata, illa à ceruorum, hæc à leonum catulis. Nostri caniculas *chatz* vocant, Galli *rouffetes*. Canicula generis galeorum minima, colore est rufo, nigris maculis aspersis, cute admodum aspera, si à cauda sursum ad caput manum ducas, sin à capite ad caudam minime. Oculis, ore, branchis, pinnis, cauda, partibus internis prædictis planè similis est. Ventriculo itaque est magno, hepate in duos lobos secto, in quo fellis vesica. Prope septum transversum reliquorum galeorum modo veluti mammas candidas habet: vtrinque vnam quæ dum vtero gerit conspiciuntur, alio tempore vix apparent. Vuluam bifidam, in cuius medio ad spinam adherent oua, quæ cum accreuerint, in vtrumque vuluæ sinum transferuntur, eoque differt à cæteris galeis, qui ad septum transversum oua cõcipiunt, non in vuluæ medio autore Aristotele. Cæterum caniculæ oua, testacea quædam sunt colore & perspicuitate cornu similia, in quibus similis ouis humor continetur, figura verò puluinaribus quæ dormituri capiti supponimus

Ibidem

mus similia sunt: ex angulis dependent meatus longi, tenues quos Aristoteles *πύρρος* *σιχόδεις* vocat, id est, meatus capillares, hos lyre fidibus aptè compares, instar capreolorum vitis conuoluuntur, sed dum explicantur duorum cubitorum longitudinem æquant. Testa intus rupta, dilapsaque fœtus prodit, sic ex ouo viuum animal parit canicula. Nos testaceum ouum separatim depingendum curauimus, & in dissecta canicula mammas illas candidas, bifidamque vuluam, vt Aristotelis locus perspicuè intelligi posset, cui maior etiam lux accederet, si diligentius duo hæc expenderimus, scilicet figuram testaceorum ouorum caniculæ, similem *ταῖς τῶν ἀλλῶν γλώτταις*, id est, tibiæ ligulis. Et, sint meatus an non, tenues illæ & capillares conuolutæque apophyses ex ouorum angulis dependentes. *Ἡ γλώττα* præter notum significatum lingulam siue ligulam significat, quæ tibijs adhibetur, à figura sic vocatam, quæ ex amplo ad strictius tendit. fieri solitam ex arundine testis est Dioscorides. *καλάμων ὁ μὲν τις καλεῖται νατὸς, ἐξ ἧς βέλῃ γίνεται, ὁ δὲ τις θήλυς ἐξ ἧς αἱ γλώτται τοῖς ἀυλοῖς κατὰ χεῖρας ἔχονται*. In arundinum genere quædam *νατὸς*, id est, farctior vocatur, ex qua sagittæ fieri solent, alia fœmina, qua tibiæ ligulas efficiunt. Eadem ligulæ hodie quoque tibijs adhibentur: absque iis enim sonus edi non posset, galli *anches* nominant. Huiusmodi ligulas referunt anguli testacei oui caniculæ: qui ex angusto in amplum latumque euadunt, vt si quatuor ligulas coniungas, testacei illius oui figuram cõstituisse videaris. Locus iste me admonet, vt eum errorem tollam, qui iam pridem in medicorum scholis inoleuit, natus ex Latinis quibusdã autoribus & maximè ex Galeni interpretibus, qui *ἐπιγλώττιδα* ligulam vertunt, perinde ac si *ἐπιγλώττις* & *γλώττις* idem essent, dicereturque ligula à linguæ animalium similitudine, non à tibiæ ligula. Idem error in Græcos quoque Galeni codices irrepsit, in quibus sexcenties *ἐπιγλώττις* pro *γλώττις* legitur, cum tamen admodum diuersæ sint particule. Est autem *γλώττις*, id est, ligula, rima ac scissurâ quædam veriùs quàm foramen, antequam orificia eius patefacta sint: rima, inquam, quam duo tertiæ cartilaginis scilicet *arytanam* referentis processus in media laryngis amplitudine cõstitiunt. eius figuram linguæ tibiæ Galenus comparat, proprietate verò substantiæ tale eius corpus esse ait, cuiusmodi nullum aliud est eorum quæ corpori insunt. membranofum enim est, simul & adiposum, & glandulosum, estque primum, & maximè præcipuum vocis instrumentum, minimè verò *ἐπιγλώττις*, deinde ad spiritus cohibitionem confert. Horum omnium fusam explicationem causasque pete ex Galeni

Lib. 7. de vsu
partib. cap. 11.
& cap. 12.


capitul. 11. &
c. 13.

LIB. VII. de vsu partiũ, ac quamdiu ea in re versatur Galenus, toties

cap. 16. επιγλωττιδα vero instrumentum esse longe diuersum figura, substantia, vsu Galenus ipse eodem libro declarat. Rotunda enim est, ac cartilaginea, ac magnitudine paulo maior laryngis orificio: vergit autem ad stomachum, positionemque habet tertiae cartilaginis arytaenoidi contrariam, hanc ne dum transglutius cibus potius in laryngem incidat natura prouide laryngis orificio admouit velut operculum quoddam, rectam quidem omni alio tempore quo animal respirat: quum autem quidvis transglutit laryngi ipsi accedentem. Vides γλωττιδα & επιγλωττιδα, figura, substantia, vsu differre, ac γλωττιδα tibiariū ligulis simile, quas γλωττιδες Aristoteles & Dioscorides vocat, ligula latinè dici oportere: επιγλωττιδα vero laryngis siue arteriae asperae operculum. Cicero LIB. I I. de natura deorum. Aspera arteria tegitur quasi quodam operculo. His addam locum vnum Galeni, in quo pro γλωττις legitur επιγλωττις, vt ex eo reliquos studiosi deprehendere possint, ac emendare. Locus est initio libri primi περι των πεπρωτων τροπων, και μηδ' δη καιπι τε μιδρακτις τε μελα βηχος αναπύουτος ποτε χιτωνια παχυ και γλωττις, ετεκμηράμεθα χ' τ' λάρυγγα σώμα θ' ένδον, ο και τιω επιγλωττιδα (μνιστη) εναι. Atque etiam in adolescente qui tussi expuerat tunicam crassam viscosamque, coniecimus partem esse corporis in interna parte laryngis, quod epiglottida constituit. hinc γλωττιδα legendum esse manifestissimum est. Nam vt ex supradictis liquet, ligulae substantia crassa, viscosa, pinguisque est, laryngis internam partem occupans. Epiglottis cartilaginea solum est, extra laryngem eamque operies. Similes multos errores ex vtriusque figura, situ, substantia, vsu perspectis, emendare quiuis poterit, etiam medio-criter eruditus. Superest vt de iis dicamus quos, vt diximus Aristoteles, πύρις ζιχώδης, id est, meatus capillares appellauit, ij proculdubio in tantam tenuitatem degenerant, vt nullum meatum inesse putem: liberè enim proferam quod vidi. Cum caniculas saepius dissecuerim, recentiaque earum oua, nullus mihi omnino meatus apparuit, frustra que, si aliquis esset, illic à natura mihi conditus videretur. Nam aut vt aliunde aliquid hauriatur, quod ad nutritionem accretionemque necessarium sit, aut vt aliquid ex ouo exhauriatur, meatus illic inesse necesse est. Si per hos trahendum aliquid esset, eorum capita vteri venis adherere alligarique oporteret, quemadmodum in quadrupedibus vteri cotyledones cum secundarum venis coalescunt. Præterea meatuum capita, quibus in eos aliquid primum influat, ampliora esse, sensum verò angustari necesse est. Quare cum neque capita vtero adhereant, sintque angustiora qua parte ampliora esse deberent, neque esse meatus, neque dici possunt: nihil verò per hos ex ouo effluere perspicuum est ex humoris ipsius consistetia, qui

qui crassior est, quam vt per tā tenues meatus permeare queat. Non sunt igitur meatus sed ouorum appendices capreolorum vitis modo intortæ, ad retinendum ac firmandum vndiquaque in vtero ouum, vt neque sursum, neque deorsum loco moueatur, quoad in eo, calore vteri formatus fœtus stato tempore in lucem exeat. Sed longius for- tasse egressa est oratio. Quæ de canicula supersunt persequamur. Carne vescitur quemadmodū reliqui galei, cœno gaudet, vnde for- dida & lutosa semper capitur, maximè hamo. Caro virus respicit, ex cremenititia est, concoctu difficilis. Quam hinc delineauimus canicu- lam esse Aristotelis ostendunt anatome generandique ratio ab Ari- stotele tradita: denique nomen ipsi, cum enim nunquam ad ma- iorum galeorum molem accrescat, dicitur Γεωλον ab Aristotele, & ab Athenæo Χέρμιος, id est, catulus. Vt autem penitus nosceretur, non so- lum supinam & dissectam, sed & pronam exhibere voluimus.


De Canicula saxatili.



CAPUT VIII.



ANICVLAM Saxatilem appellamus eam quæ à nostris *catto rochiero*. A Gallis vt superior, *rouffete* vocatur. Caniculae Aristotelis pinnis, branchiis, partibus internis, pariendi modo, planè similis est. Vita verò, magnitudine, cutis asperitate duritiâque differt. illa in cæno & litoribus degit, hæc in faxis & alto mari frequentius: vnde fit vt illa saepius, hæc rarò capiatur: illa in mari nostro ad summum cubitalis est: hæc binos cubitos aliquando superat, cutéque adeò aspera ac dura est, vt ea lignum eburque perpoliri possint, non aliter quam cute squatina, eadem ensum capuli muniuntur. Præterea maculas corpori asperas latiores habet. Carne est melio- re, nihilominus tamen ferinum quid redolente. Cæterum mammae illas candidas, veluti superior canicula habet, oua testacea planè si- milia, nisi quod maiora sint. Hæc differentiæ me impulerunt, vt à ca- nicula Aristotelis distinguerem, vocarémque cum nostris caniculam saxatilem.



CAPUT X.



QVÆ Κεντρίνη à Græcis dicitur Latino nomine caret, quamobré Græco vsi sunt Latini interpretes. Plinius nusquam huius meminit, neque ipse Aristoteles, in libris qui nunc extant. Quâquam Athenæus Aristotelem citet, centrinam in galeis numerantem. Οὐδὲ Ἀετρίδης ἐν περιπέτῳ Ζώων ἢ Κεντρίνων φησὶ τίνα γαλεὸν εἶναι ἢ νυκταγόν, ἐπαινήσας δὲ ἐν ὀφθαλμολογίᾳ ἐπινοήσας καλεῖ. χείρωνα δὲ εἶναι τὴν Κεντρίνην, καὶ δυσάδη. Centrīnam alii *Bernadet*, alij *renard*, alij *humanthin* vocant. Nostri & Massilienses *porc*, nec id ineptè, vel quia speciem porci referat, vel quia porci more in cœno se volutet. Centrīna igitur ex galeorum est genere, teste Athenæo ex Aristotele, si reliquos galeos spectes, brevis crassaque & spissa. A capite ad podicem trianguli est figura, ventre nimirum plano latoque, vnū latus, partibus quæ vtrinque dorso adiacent, reliqua duo latera constituentibus: itaque in supremo dorso vnus est angulus, reliqui duo in vētris dextro sinistroque latere. In dorso pinnae duæ cum singulis aculeis eriguntur. Prior pinna statim à capite incipit, multum surrecta cristæ instar, eius aculeus longus est, magis ad caput inclinatus, eadē cum aculeo, posteriore maior est. Posterior rectior est. Vtrique in radice lati, membrana ferè ad extremum vsque circumtecti, albi, & si Oppianus nigros appellauerit.

Lib. 3. ἀλιολογία
τιμὸν

Τὸ μὲν κεντρίνην κελαμοῖς
Κεντρίνην ἀδωδωσίαν ἐπώνυμον,


Quod ob integumentum dictum fuisse intelligendum est: intus enim candidi sunt, foris membrana nigra obtecti. Pinnæ aliæ duæ ad brachias, totidem ad podicem, inter quas & caudā nulla pinnula est, multorum galeorum modo, qui eo in spatio supinae partis pinnulā habet, Cauda

Cauda in breuem pinnā desinit. Cute asperrima integitur, nimirum aculeis breuibus frequentibusque conspersa, robustioribus in capite & dorso. Capite est satis paruo & depresso, maximè inferiore parte suis caput referente, oculis magnis, pupilla virescente, vitrique modo pellucida. Post oculos foramina duo triquetra habet, alia duo ante oculos supina rostri parte pro naribus. Branchias in lateribus galeorum modo. Os magnum in cuius maxilla superiore tres dentium ordines spectantur, in inferiore vnicus tantum, dentes latissimi sunt acutique. Quod ad interiora attinet, ventriculus oblongus est, intestina lata, non multum conuoluta, hepar album, pingue, in duos lobos inæquales diuisum, in eo fel est album, aquosum. Splen etiam in duos lobos diuisus colore carnis est. Cor compressum ex rubro albescens. Centrīna oua viginti parit ouis acanthiæ similia, ouorum gallinæ vitellos magnitudine æquantia, sulcando natat, in cœno habitat. Carne est vsque adeo dura, fibrisque duris adeo intertexta vt vix cultri aciem admittat, neque à cute diuelli possit. Rarò capitur hic piscis captusque negligitur etiam à rusticis nostris, in piscium penuria: durissimus enim est, vt diximus, & virus respicit. Hunc quem depinximus centrīnam veram esse primum ratio nominis ostendit: à centris enim, id est, aculeis & stimulis nuncupata est autore Oppiano loco antè citato: deinde quæ ex Aristotele profert Athenæus, qui cum centrīnam ex galeis pessimum succum gignere, malèque olere dixisset, subiunxit γνωρίζεσθαι δὲ ἐκ τῆς πρὸς τῇ πρώτῃ λοφίᾳ ἔχον κέντρον, τῶν ὀμοειδῶν δὲ ἐχόντων, id est, cognoscisci autem centrīnam ex eo quod in ceruicis pinna aculeum habeat, quo quæ eiusdem sunt speciei carent. λοφία verò (vt interim interpretationis nostræ rationem reddamus) de sue propriè dicitur, vt χυττή, id est, iuba de equo & leone, estque in suis ceruicibus surrecta seta, λῶπος verò apex siue id quod in auium quarundam capite eminent: μετεφορικῶς igitur τὴν πρώτην λοφίαν Centrīnæ appellat pinnam illam quæ ceruicis loco est erecta. Sic λῶπος ceruicem aliquando, & galeorum cristam, & quicquid aliud eminent significat. Sed ad centrīnam redeamus, quam ex certissima nota ab Aristotele tradita cognitam proponimus. At galeus acanthias in dorso aculeos habet. Cur igitur hic potius quàm ille centrīna dicetur? aut quo acanthias à centrīna secerneretur? Procreationis ratione per multum differunt. Acanthias enim ex ouo viuum foetum parit, vt fusiùs ex Aristotele antè docuimus, centrīna verò oua dūtaxat. Quare cum ex galeis duo sint tantum qui aculeos in tergo gerant, nempe acanthias & centrīna, qui procreandi ratione manifestissimè distinguantur, efficitur tum Acanthiam tum centrīnam Aristotelis rectè nos distinxisse. His suffragatur Ælianus de galeis scribens. Reliquum

genus qui centrinas appellat, non errabit, eis innati sunt aculei duri, & aduersus omnia resistentes, quorum alter capitis summo vertice, alter in cauda, atque venenatum quiddam habet. quæ in galeum acanthiam non competunt, utpote qui in dorso potius quam in ceruice aculeum gestet. Ex his perspicuum est errasse eum qui in libello de Aquatilibus nuper edito, quam nos centrinam esse comprobauimus, vulpeculam nuncupauit, vulgi appellatione deceptus: sunt enim qui centrinam *renard* appellant. Quam opinionem conuellere utile fuerit. Vtar autem Athenæi autoritate, à qua nullus sanæ mentis dissentiet. *τις δὲ ὁ γαλεὸς τῶν πλεῖστων τριῶν, καὶ εἰσδέχεται τὸ γεννηθέντα εἰς τὸ σῶμα, καὶ πάλιν ἀφίησι, μεγάλιστον δὲ ὁ ποικίλος καὶ ὁ ἀλωπεκίαι, οἱ δὲ λοιποὶ οὐκ ἔτι διὰ τὴν τραχύτητα.* Parit galeus plurimum ternos, & fœtus in os recipit, rursusque emittit, maximè verò galeus varius, & vulpes, reliqui non item propter asperitatem. Cùm vulpecula maximè fœtus intra se recipiat & emittat, quæ potest id efficere ea quam describit sciolus ille, cuius dorsum acutissimis aculeis armatum est, cuius cutis tanta est asperitate, ut non possit non introitu exituque partes internas parentis vulnerare, & dilaniare? His adde eam non magis odorem vulpinum referre, quam reliquos galeos. Ex quibus sole clariùs fit non sine magno errore pro centrina vulpeculam ab eo propositam fuisse. Sed & cùm vulpeculas duas proposuerit, in vtraque exprimens plurimum hallucinatus est: nam priorem dorsi pinnam minorem, posteriorem maiorem contra naturalem piscis figuram effinxit. In secunda, pinnarum vice quæ ad branchias & ad podicem esse debent, nescio quid informe, & pinnis nullo modo simile appinxit. Præterea in eadem dentes lati sunt tantum, cùm lati simul & acuti esse debeant. Plura prætermitto quæ diligens lector animaduertere poterit, si has picturas cum nostra, & vtrasque cum ipso pisce contulerit. Sed ad ea quæ de centrina supersunt referatur oratio. Hepar eius, ut reliquorum galeorum, in oleum abit, quod ad hepatis humani duritiem emolliendam confert, idemque similitudine substantiæ corroborat, maximè si adstringentia quædam admisceantur, ut cyperus, spica nardi, absynthium, ladanum, styrax, sed tum minùs emolliet. Id etiam dolores articulorum leuat, quæ quidem magno cum successu experti sumus. Eodem oleo ad lucernas uti possumus. Fel suffusiones delet, melli permixtum & palpebris illitum. Cute artificum opera poliri possunt. Cinis ad pforas et capitis vlcera manantia detergenda, exiccanda, miraque celeritate percuranda valet cum cedria admotum. Vrinæ non minùs mouet quam cancrorum vel erinaceorum cinis.

De

De Vulpe.



CAPUT X.


SEQVNTVR Galei qui ad cetaceam magnitudinem accedunt. De vulpe primùm dicemus, quæ ἀλώπηξ & ἀλωπεκίαι à Græcis dicitur, à Plinio vulpes, Lib. 9. cap. 43. ab aliis vulpecula, à nostris à caudæ longitudine, figuræque enfi simili *peis spaso*, ab aliis à caudæ longitudine *ramart*: ut enim vulpes inter quadrupedes longam, densamque caudam habet, ita piscis hic inter galeos caudæ pinnam longissimam. Vulpes piscis est cetaceus, ex galeorum genere, corpore rotundo spissoque, ore paruo, non multum infra rostrum, dentibus acutis. Branchiis & pinnis aliis galeis & lamia similis. Pinna quæ ad branchias sunt, & ad anum longiores sunt iis quæ in dorso. Caudæ pinna quæ sursum abit, toto corpore longior est, falcis formam referens, altera multò minor. Internis partibus à canicula feroci non differt, eodem modo concipit, paritque quo galeus acanthias. Ut terrena vulpes πανέργος est καὶ κερύεργος, ut verbis Aristotelis utar, id est, calida & malefica, ita marina vulpes astuta est eodem autore. τῶν δὲ ἰχθύων αἱ ἀλωπεκίαι ὄντων ἀποθνήσκουσι ὅτι τὸ ἄγκιστρον καὶ ἀπεπώκασι, βοηθῶσι τὸς ἀνθρώπους, ὡς περὶ τῆς ἰχθυοδραμῆς ἀναδραμῆσαι γὰρ ἐπιπολὸν τὸς τὴν ὀρμίαν ἀποθνήσκουσι αὐτοῖς. Lib. 9. de hist. anima. ca. 37. Quæ sic expressit Plinius. Vulpes marinæ hamo deuorato glutunt amplius vsque ad infirma lineæ, quæ facillè prærodant. Qui veram esse vulpem marinam quam ostendimus negarit, eum morbo aliquo, vel sensus stupore grauem illum & ingratum vulpis terrena odorem non sentire dixerim, à quo odore nomē pisci positū. Lib. 9. cap. 43. Athe. ὁ δὲ ἀλωπεκίαις ὄμοιος ἐστὶ τῆ γέυσει τῶν χερσαίων ζώων, διὸ καὶ τὸ ὄνομα ἔτυχε.

His accedit quod viuum animal parit veluti acathias. Aristoteles lib. sexto de Histor. animal. cum exposuerit quo pacto ex ouo foetum procreent galei acanthia, subiungit. ἡ δὲ αἰσὼν ὁ τροχὸν Συμβάμην ἢ γενε- (is, καὶ) ἐπὶ τῶν ἀλωπεκίων. Postremo foetus suos, intra se recipit, cuius rei testes sumus oculati. Quum enim aliquando in litore difsecaretur, in eius ventriculo catulos vidimus, quos pro cibo deuorasse piscatores existimabant, sed cum viui atque illaesi inuenti essent, eos in metu intro receptos a parente dubitandum non est. Neque obstat caudae longitudo: etenim quum adhuc parui sunt, & tenelli foetus, mollis ea est & flexibilis. Id igitur cum vulpes faciat, paucique alij galei qui certissimis notis a vulpe distant, dubium nemini esse debet, quin marini vulpem veram repraesentauerimus. Vnicus est Athenaei locus, qui nobis obiici potest. Αεισθέλης ὁ εἶδη αἰσίων φησὶν εἶναι πάλαι ἀκανθίαν, λείων, ποικίλων, ζεύμνον, ἀλωπεκίαν, μίαν ἔχον φησὶν λοφίαν πρὸς τῷ οὐρανῷ, ἐπὶ ὅ τῆς ῥάχεως ὑδαμῶς. Aristoteles galeorum plures esse species tradit, acanthiam, laeuem, varium, catulum, vulpem, vna habere spinam in ἔρανῳ, in dorso vero nullam. At locum hunc mendo non vacare constat. Nam si ad omnes galeos qui hic numerantur, postremam sententiam referas, nullam scilicet eos habere in tergo pinnam (λοφίαν enim nomine metaphorice pinnam significari ante docuimus) id procul a vero abesse, omnibus qui vel galeos viderunt, vel de galeis aliquid legerunt notissimum est. Si soli vulpi id tribuas, quid id sibi vult vnicam habere pinnam πρὸς τῷ ἔρανῳ? Nam ἔρανός in animalibus dicitur palatum quasi oris caelum, quod etiam ἔρανός & ὑπερῶα appellatur, quod si dicas pinnam in palato esse, quid absurdius? Legendum itaque puto πρὸς τῷ ἔρανῳ, id est, ad caudam. Caeterum nullam in tergo pinnam esse, neque de vulpe, neque de vlllo alio galeo verè possis dicere, praeterquam de zygæna, quae neque in ceruice, neque in dorso, sed πρὸς τῷ ἔρανῳ λοφίαν ἔχει, id est, ad caudam pinnam habet, quod fit vt in galeorum enumeratione post ἀλωπεκίαν, ζεύγαναν addendam putem, ad quam referantur ista, μίαν ὅ ἔχον φησὶ λοφίαν πρὸς τῷ ἔρανῳ, ἐπὶ ὅ τῆς ῥάχεως ὑδαμῶς. Id de vulpe adiiciendum, appellatam fuisse κύνα πίονα, id est, canem pinguem a Syracusis, vt profert Athenæus ex Arcestrato.

Εν δὲ ῥόδῳ γαλεὼν τ' ἀλωπεκα καὶ ἀποθνήσκειν
 Μέλλης, ἀν μὴ ὅι πωλεῖν θέλησιν ἄρπαγον αἰσίων
 Ὅν καλεῖσι Συρακοῖσι κύνα πίονα.
 Cum tamen neque adipem, neque pinguedinem vllam galei habent, quod cartilaginei sint, vt idem Athenæus autor est.

De

De Zygena.



CAPUT XI.


AZA Ζύγαναν libellam interpretatur. Est autem libella fabricarum lignariorum, cametariorumq; instrumentum, quo, non recte parietum lignorumq; facies, vt inquit ille qui de aquatilibus nuper scripsit, sed rerum in plano positarum aequilibrium siue libramentum, & neutram in partem propendens situs exigitur. Gallis *niveau* dicitur. Quo vero recte parietum, lignorumq; facies oculorum nictu pernoscentur perpendiculum vocatur, a Gallis *le plomb*. Quo anguli diriguntur, norma *l'equarre*. Quo longitudines, regula siue linea *la regle*. Vitruuius. longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur. Libella igitur ligno transuerso constat, in huius medio aliud erectum est, e cuius summo filum annexo plumbo demittitur. Hanc figuram piscis iste capite transuerso & reliquo corpore in huius medio sito apte refert, quamobrem libella merito dicitur. Ζύγαννα vero quia Ζύγον transuersum librile significat, ex quo lances dependet. Vel simpliciter Ζύγαννα ἀπὸ τῆς ζυγῆς, id est, a iugo nuncupatur, quod vt transuersum bouum ceruicibus imponitur, ita in zygena caput ex transuerso situm est. Eadem de causa *balista* ab Italis vocatur, ab alijs *pescer martello*, quod malleum etiam referat: eamq; ob causam quidam sphyrenam esse crediderunt, quod σφύρα malleus sit, vnde sphyrena piscis. Sed hanc opinionem improbauimus, quum de sphyrena tractarem, vbi docuimus sphyrenam acui simile esse, cum zygena sit ex galeorum cetaceorum genere. Masfilices *peis iouziou* appellat non a feritate, sed a tegumeti capitis similitudine, quo olim Iudei in Prouincia utebantur. Hispani *peis limo limada*, *toilandalo*. Non desunt qui lamia dentium similitudine decepti, esse putent. Est igitur zygena piscis cetaceus, galeodes. Brachias deorsum habet in lateribus, os in supina parte. Capite ab omnibus differt, quod ex transuerso situm est, libellæ vel mallei, vel arcus balistæ figura. In vitroq;

LI

capitis extremo positi sunt oculi. Os magnum est, dentibus triplici ordine dispositis munitissimum, latis, acutis, firmissimis, ad latera vergentibus, lingua lata humanę linguę instar. Dorsum colore est nigro. Venter albo. Pinnę duę ad branchias, in dorso nulla, prope caudam duę sunt exiguę. Cauda in duas desinit inęquales. Ceruicem, gulamq; habet zygena. Aspectu est horribili truciq;, ac eius occurfus nauigantibus & natantibus infaustus inauspicatusque est. Carne est dura & insuauis, ferinique odoris: ob id Galenus inter cetaceos numerandam censet qui carne sunt dura, insuauis, mucosa, excrementitia, malique succi, Quamobrem dissecti sale condiendi sunt in vulgi cibum.

Lib. 3. de alim. facult.

De Lamia.



CAPUT XII.

Lib. 9. cap. 24.



QUOD Lamiam in cartilagineis longis, cetaceisque numerem, reprehendent fortasse multi, qui apud Plinium in planorum piscium numero legerint. Planorum piscium, inquit, alterum est genus quod pro spina cartilagineam habet, rana, pastinaca, squatina, torpedo, & quos bonis, lamia, aquila nominibus Gręcia appellat. Sed cum lamia ceterorum galeorum instar longum esse spissumq; piscem, ac rotundum sensus ipse doceat, dempta sola dorfi latitudine qua a ceteris galeis differt, quaq; Plinium impulit, vt cum planis cartilagineis numeraret, proculdubio in longis cartilagineis, & cetaceis censendus est, lamia dicta est από τῆς ἔχθρῳ μέγαν λαμῶν, id est, quod magnam habeat gulam. λαμῶν enim guttur siue gula significat, vnde λαμαργία & λαμαργος. Nicander colophonius ἐν ταῖς γλώσσαις citante Athenęo lamiam & καρχαρίαν, & σκύλλαν vocari scripsit. καρχαρίαν verò a dentium asperitate, acuminéq; dici puto: κάρχαρος enim asperum acutumque significat, vnde καρχαροδόντα animalia, quibus acuti pectinatimq; coeuntes sunt dentes. λάμναν Oppianus vocat.

Lib. 7.

Lib. 1. ἀλιθῶν
πικῶν.

Δυσαντῆα χάσματα λάμνης. Et alibi.

Τῆς δὲ τῶν φορέῃ χλῆνης αἰθῆρος ὅσον ἀατῶντι

λάμνας?

Gaz

Gaza Gręca appellatione vsus est in conuersione sua. In Italia, Prouincia, Hispania idem nomen seruatum est. A nostris quoque lamio vocatur. Baionę frax. Lamia piscis est galeorum omnium maximus, nam aliquando ad tantam magnitudinem accrescit, vt curru imposita, vix a duobus equis vehi possit. Quare euiscerata, & in frustra dissecta curribus duobus aliquando imponeda fuit. Vidimus mediocrem lamiam mille librarum pondere. Capite est dorsoq; latissimis. Cauda si reliqui corporis magnitudinem spectes, minus crassa spissaq; in lateribus compressa pinnis duabus constans, non procul a cauda alia duę sunt pinnula, vna inferior, altera superior, ad branchias, & ad podicem alia binę, in medio ferè dorso vna alia. Cute aspera integitur, cui pingue quiddam subest. Capite est magno, dorso breui sed lato, oris scissura maxima, dentibus acutissimis, durissimis, trianguli figura, vtrinq; ferratis, quorū sex sunt ordines, primi ordinis dentes extra os prominent, & in anteriorem partem vergūt, secundi recti sunt, tertij, quarti, quinti, & sexti in os recurui maxima ex parte, in vtraque maxilla carne molli, fungosaque coniecti. Ventriculo est vastissimo, gulaque amplissima. ob id rectè Oppianus δυσαντῆα χάσματα λάμνης dixit, id est, periculosos vastosque lamia hiatus. Hepate est adipato, in duos maximos lobos diuiso. Oculis maximis, rotundis, quorum musculi qui sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum mouent manifestè conspiciuntur. Qui oculos quodammodo intro trahunt, & veluti in contemplantibus diligentèrque aliquid intuentibus fixos, immotosque tenent, non radicem neruorum opticorum ambiunt, sed a superiore parte ossis regionis oculorum orti in longum extenduntur. Similem huiusmodi musculorum situm etiam in humanis oculis sepius ostendimus, quum in scholis nostris publice anatomen corporis humani doceremus. Est aliud in lamia oculis obseruatu dignissimum: Neruorum opticorum loco, qui in hominibus ceterisque animantibus insunt, substantia est cartilaginea dura, omnisque molitudinis expers. Tunica cornea parte anteriore posterioréque dura est, parte etiam anteriore exquisitissime perpolita. Ceterum in lamia oculis humores omnes, tunicaeque longè manifestius, quàm in bubulis oculis conspiciuntur, maximè quæ humorem crystallinum inuoluit, telis araneorum tenuior maximéque pellucida. Piscis est carniurus, voracissimus & antropophagus: cadauera enim mortuorū etiam integra vorat, quod ex dissectione compertum est. Massilia enim & Nicea aliquando captę sunt lamia, in quarum ventriculo homo lorricatus inuentus est. Ab hac insigni ingluuie lamias appellatas fuisse opinor mulieres quasdam maleficas, quæ cum carnes humanas avidissime expeterent, veneris illecebris forma praestantes iuuenes, quique optima essent corporis constitutione, delinitos atque allectos deglu-

riebant, quod Menippo Lucio contigisset, nisi grauis & prudentis viri consilium ab amore iuuenem auocasset, eumque hoc dicto deterruisset, ὄφιν θάλασσης, καὶ σὲ ὄφιν. Serpentem foues & serpente, quod percommode de eo dicitur, qui id amat, fouet, amplectitur quod tandem certum exitium est allaturum. Sed ad piscem redeamus. Vidi equidem in Santonico litore lamiam, cuius os gulâq; tanta erant vastitate, vt hominem etiam obesum capere posset. Magnarum itaque lamiarum os si hians seruetur, reliquo corpore coniecto canes ventriculum facile subeunt piscium reliquias voraturi. Quæ cum accuratiùs cõsiderarem, mihi in mentem venit lamiam fuisse, in quam ingressus Ionas, illique triduo diuina prouidentia conseruatus, tandemque incolumis eiectus, quod sacre Bibliorũ scripturæ nullo modo repugnat. Legitur enim Ionas in ventre magni piscis siue in ventre ceti fuisse, quod nomen generis est, quo grandes pisces cõpreheduntur. non omnes quidem si Aristotelis autoritatẽ sequamur, sed ij tantum qui statim animal concipiunt, & non ex ouo, perfectum pariunt. Sic enim scribit. καὶ τὰ μὲν ζωοτόκη, τὰ δ' ὠοτόκη, τὰ δ' σκωληκοτόκη. Ζωοτόκη αἰδοῦ οἶον ἄνθρωπος καὶ ἵππος, καὶ φάκι, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἔχουσι βίχας, καὶ τῶν ἐν ὕδρῳ ὅσα κητώδη, οἶον δέλφιν καὶ τὰ καλὴ μύρα, σελάγγη. Alia animal pariunt, alia ouum, alia vermem. Animal pariunt homo, equus, vitulus marinus, & alia pilis intecta, & ex aquatilibus cete, vt delphin & quæ cartilaginea nominantur. Et alibi. μάττος δ' ἔχουσι ζωοτοκεῖ, καὶ ἐν αὐτοῖς, καὶ ἔξω, καὶ ὅσα τε βίχας ἔχουσι ὡς ἀνθρώπος, καὶ ἵππος καὶ τὰ κήτη οἶον δέλφιν καὶ φάκι, καὶ φάλαγγα. Mammæ habent quæcunque animal pariunt intra se, & in lucem edunt, quæque pilis intecta sunt, vt homo, equus, & cete, vt delphin, vitulus marinus, balæna. Veruntamen Galenus inter cete numerat canes, zygænas thunnos magnos qui non statim animal, sed oum pariunt, vt videatur pisces omnes prægrandes cetaceos appellare. Et apud Athenæum Softratus thunnum qui permultum accreuit, cetum vocat. Eadẽ significatione cete vsurparunt Paulus Ægineta & Varro. Quicquid sit ceti nomine non potius balæna quam quicuis alius immanis piscis intelligetur, maximè cum balæna pulmonibus spiret, quibus, asperæque arteriæ cum cedant ventriculus, gulâque, angustiores eas partes esse necesse est, id quod etiam ex dissectione constet. Harum verò partium in lamia ea est vastitas, vt Ionam capere potuerit, quemadmodum cadauera tota in ea inuenta fuisse experientia compertum est. Lamia cuti pingue aliquid subesse videtur. carne est candida non multum dura, neque ferini saporis, ob id multorum galeorum carni præferenda, neque ideo reiicienda quod lamia hominum cadaueribus vescatur: nam nullus qui in præstantissimis & optimis piscibus habetur, hominũ etiam cadauera persequitur. Lamia igitur esse opinor, de qua carchariæ nomine multa apud

Lib. 1. de hist. animal. ca. 5.

Lib. 3. de hist. animal. ca. 20.

Lib. 3. de fac. aliment.


Libro 7.

apud Athenæum Arcestratus ille obsonatorum Hesiodus, vel Theognis, qui in suis præclaris præceptis maximè hypogastria extollit, quòq; modo preparanda sit docet. Quibus subiungit multos ignorare quàm præstans sit is cibus, hisque leuem insulsamque esse mentem, qui ideo ab hoc cibo abstinent, quod ἀνθρωποφάγος sit piscis.

Ἄλλ' ἔ πολλοὶ ἰσχυροὶ βροδῶν τὸ δλε θεῖον ἔδεσμα
 Οὐ δ' ἐσθλὴν ἐθέλεισιν ὅσιν κέρων γε λείβωδι
 Ψυχῶν κέκλιωται, θνητῶν δ' εἶσιν ἀπόσκλητοι
 ὧς ἀνθρωποφάγου τῆς θηκῆς ὄντος

Nostri carnem lamia allis, cepisve atq; aromatis cõditam edunt: Dentes argento aurifices includunt, quos serpentis dentes vocat: hos mulieres è collo puerorũ suspendunt, quia dentitionẽ iuuare creduntur, & puerorũ pauores arcere. Ex iisdem dentificia parantur optima, quorum asperitate dealbantur dentes, siccitate conseruantur & firmantur, ne quis à cæco quopiam effectu id prodire putet.

De Maltha.



CAPUT XIII.

QVÆ μάθη à Græcis dicitur, Latino nomine caret, Græco igitur vtentes maltham appellamus. Nostri forrat vocant. Romani lamiam à dentium similitudine: dentes enim latos & acutos lamia modo habet. Maltha piscis est cetaceus ex galeorũ genere, rostro breui. Os habet in supina parte non multum infra rostrum, dentium multos ordines. Pinnis, cauda, internis partibus à cane non differt, nisi quod alba oculorum nebula caret. Caro huic est laxa mollisque, nõ sensu modo sed & facultate. Aluum enim mollit ciẽtq; succi lãtore, inde etiam nomen habet: dicitur enim μάθη quasi μαλακή, Oppianus.

Μάθη δ' ἡ μαλακήσιν ἐσθλόνυμος ἀνδρανήσιν.

Malthæ meminuit Plinius non pro pisce sed pro permissione quadam, quæ ex calce fit recenti, gleba vino restinguitur, mox tunditur cum adipe suillo & ficu, duplici linamento, quæ res omnium tenacissima & duritiam lapidis antecedens, hæc qui oblinantur, malthari dicuntur.

Lib. 1. de hist. animal. ca. 34.



G V L I E L M I
R O N D E L E T I I
D E P I S C I B V S

LIBER XIII.

De Congro.



C A P U T I.



QVONIAM Longi pisces ferè omnes cartilaginei sunt, de iis ordine dicemus, vt omnem de cartilagineis tractationem deinceps absoluamus. Dicuntur autem longi à corporis specie, qui à galeis, qui longo etiam sunt corpore, differunt quod rotundiores sint, quodq; illi mustellis, hi serpentibus similiores sint. Præterea galei neque seuum, neque pinguedinem habent, vt Athenæo placet, ex

Libro 7. longis autem sunt qui pinguedinem habent. A congro omnium notissimo initium sumemus, qui γόγγρος à Græcis dicitur, à verbo γρώ quod vorare significat. Callimachus. ὅς ἐστι γάρε κηδεμόνα, ἀντι τῶ ἐαδ. ἰεν, ἀφ' ἑρήματος ὄνομα γρός, καὶ ἐν διαπλασματῶ γόγγρος, ἐαδ. ἰδ γάρ τῶν πολυπόδων

Libro 7. τῶς πλοκάμους. Hæc Phauorinus. Nicander teste Athenæo γρόλλος etiam congros vocatos fuisse tradidit, id est porcos; ab eadem, vt opinor voracitate. A nostris *congre* vocatur. A Massiliensibus *filat*, quia instar retis pisces inuoluit & implicat. Duo sunt congrorum genera, vnum albicat, & pelagium est, alterum nigricat, & litorale magis est quàm pelagium. Conger piscis est longissimus, scilicet quatuor vel quinque cubitorum longitudinem attingens. Athenæus;

ἄδ

Eudoxus ὁ ἐν ἐκείῳ γῆς περιόδῳ γόγγρος φησὶ πολλὰς ἀνδραχθεῖς ἐν Σικυῶνι ἀλιγεῖσθαι, ὧν ἐν τῷ εἶναι καὶ ἀμαξιαῖες, id est, Eudoxus in libro sexto de terræ ambitu scribit congros multos in Sicyone capi quos homo vix ferat, horum aliquos esse etiam plaustrales. Aspectu ac læui lubricaque cute anguilla proximus est. Rostri extrema siue labra habet carnosa, in superiore apparent appendiculæ duæ carnosæ. Dentes habet paruos peccinatim coeuntes, oculos magnos, branchias binas, vtrinque duplices, earum vnicum vtrinque foramen, non osseo operculo sed cute contectum. Pinnas duas, vnam à ceruicis extremo ad caudam, altera à podice ad caudam porrecta est: vtraque non membranæ sed cutis potiùs substantia constat, & tota ora nigricat. Cauda in acutum terminatur. A capite ad caudam linea ducta est. Circa caput puncta sunt aliquot, æqualibus interuallis diffusa. Venter lacteo colore est, dorsum nigricat in vno genere, in altero etiam dorsum candidum est. Quod ad partes internas attinet; gula ventriculo præponitur, idque ad corporis longitudinem & tenuitatem accommodatè. Ventriculus longus est podicem ferè attingens. Hepar rubrum, à quo pendentem fellis vesicam semper vidi, quod Aristotelis causa dico, qui in quibusdam ad iecur, in aliis infra iecur situm fel esse scripsit.

Πολλάκις καὶ αὐτὸ γένος χορῶν ἐπὶ ἀμφοτέρω φάσματι ἔχον, οἷον γόγγρος, οἱ μὲν πρὸς τὰς ἡπάλι, οἱ δὲ κάτω ἀπηρημηδύω. Sæpe etiam idem genus, vtrumque fellis situm habet, veluti coger, alij enim ad iecur, alij infra iecur annexum habent. Hæc Aristoteles. Ceterum fel aqueum est. Splen nigricat. Congri oua intra se pinguedine obducta longa serie continent, quod perspicue declarat Aristoteles his verbis: Ἰχθυοὶ δὲ οἱ γόγγροι κημήματα. ἀλλ' ὅτε ἐν πύξι τοῖς τόποις ἰμοῖας τῶτο ἐπίδηλον, ἔδὲ δὲ κήμη σφύδρα φανερόν διὰ τῶν πημελῶν, ἰχθὺ γὰρ μακρὸν ὡσπερ τῶ ὄφθ' ἀλλ' ἐπὶ δὲ πύρι τήμελλον διαδηλον ποιεῖ, ἢ μὲν γὰρ πημελῆ θυμιάται, καὶ τήκε, τῶ δὲ πηδῶ καὶ φοφεῖ ἐκθλιβόμενα. ἔτι δὲ οὐ τις ψηλαφᾷ καὶ τελεῖ τοῖς δακτύλοις, δὲ μὲν φέαρ λεῖον φαίνεται, δὲ δὲ ὡδὸν παχὺ, ἐνιοὶ μὲν οὐδὲ γόγγροι φέαρ μόνον ἔχουσιν, ὡδὸν δὲ ἔδδεν, οἱ δὲ τὸ ἀνιδηλον, φέαρ μὲν ἔδδεν, ὡδὸν δὲ τῶν ἰστον οἷον ἐρηλαί μιν νύ,

Li. 2. de hist. animal. c. 35.

id est, Habent congri fœturam, sed nō in omnibus locis similiter conspicuam, neq; enim ob pinguedinem apparet. Est autem in longum protensa, quemadmodum in serpentibus, verum in ignem coniecta manifesta fit: quod enim pingue est liquitur, & in vaporem abit, oua verò exiliunt, & ab igne elisa crepitant. Præterea si digitis contrectes & teras, subesse pinguedinem læuem, oua crassiuscula sentiât. Congri igitur alij pinguedinem solum habent, ouum nullum: alij contra pinguedinem nullam, ouum autem quale modò exposui. Oppianus cum exposuisset anguillas mutuo corporum internexi coire, & ex his lentorem quandam spumę similem destillare in arenam & limum, ex quo anguilla procreentur, subdidit.

Lib. 6. de hist. animal. cap. 37.

Lib. 1. de lib. 1. c. 17.

Τὸν δὲ γόγγροι οὐλοθηροῖσι γυμνάρι.

Quod si ita intelligas, vt ex strigmentio quodam humore arena, limoque excepto concipiantur, gignanturque conghi, quemadmodum & anguillæ, id vero consentaneum non est. Congri enim oua pariunt, ex quibus aliorum piscium modo, qui oua concipiunt, conghi alij procreantur, vt paulò antè ex Aristotele docuimus. Sin

Lib. 5. de hist. animal. ca. 4.

mutuo corporum innexu complexique coire accipias, id verum est: ita enim longi pisces corpora commiscunt. Aristoteles: Τὰ δὲ ἀποδα καὶ μακρὰ τῶν ζώων, οἷον ὄφεις τε καὶ μύρανα ποιεῖται ἢ ὄχιον περιπλεχόμενα τοῖς ὑπὸ τοῖς πόσιν τὰ ὑπὸ τῶν. Quæ pedibus carent, & quæ longo sunt corpore, vt serpentes & murene circumplexu mutuo supinarum partium cointum peragunt. Congri carniuori sunt tantum, vt scribit Aristoteles.

Lib. 8. de hist. anim. cap. 24.

Ob id fluuiorum ostia petunt, maioris prædæ causa, non solum verò ob dulcis aquæ desiderium, vt scribit Oppianus.

Lib. 1. ἀλιθῶν τιμῶν.

Πηλαμύδες, γόγγροι τε καὶ ὄχιον καλῶσι οὐλοθηροῖσι
Γείτονα καίμασι καὶ ποταμοῖσι θαλάσσι
Ἡ λίμναις, ἔθι λαρόν ἕδωρ μεταβάλλει ἀλμυρῶν
Πολλὴ δὲ πρύχουσι (γυμνάρι) ἰλυόεσσα
Ἐλασμύνη δὲ καὶ ἀπὸ χροῦδος, ἔνθα νέμει
Φορβιὸν ἰμερτιῶν, γλυκερὴ δ' ἀλι τῶν αἰώνων.

Congri etsi magni & validi sint, vincuntur à locustis, sed polypos ipsi vincunt, quibus repugnare videtur Plinius. Polypum tantum locusta pauet, vt si iuxta viderit, moriatur. Locustam conger, rursus polypum conghi lacerant. Qui locus ex Aristotele, à quo permulta mutatus est Plinius, vel emendandus est, vel explicandus. Aristotelis

Lib. 9. cap. 62.

Lib. 8. de hist. anim. cap. 22.

verba hæc sunt: Οἱ δὲ κάραβοι κρατῶσι μὲν καὶ τῶν μεγάλων ἰχθύων, καὶ τῶν γυμνάρι περιπέττα τῶν ἐνίοις, τὸς μὲν γὰρ κάραβος οἱ πολυπόδες κρατῶσι, ὡς καὶ ὄχιον πολλοῖον ἐν τῶν δὲ δικτύω ἀναδύονται, ἀποθηήσασσι οἱ κάραβοι διὰ τὸ φόβον. οἱ δὲ κάραβοι τὸς γόγγρους, διὰ γὰρ τὴν βαχίτητα ἐκ τῶν οὐλοθηροῖσι αἰώνων. οἱ δὲ γόγγροι τὸς πολυπόδας κάραβος, ἔδωκεν γὰρ αὐτοῖς διὰ τὴν λαβήτητα δυνάμει χεῖραται. Quæ sic conuertimus: Locustæ magnos etiam pisces superant, & mirabilis quidam casus horum nonnullis accidit. Locustas enim polyphi superant, vt si iuxta in iisdem retibus polypos senserint præ metu locustæ moriatur. Locustæ verò conghos, quia propter crustæ asperitatem elabi conghi non possunt. At conghi polypos deuorant, neque enim conghis propter corporis læuitatem polyphi resistere possunt. Ex his falsum esse liquet locustam à congho lacerari. Quare vel legendum in Plinio. Locusta conghum, rursus polypum conghi lacerant, vel sic distinguendus & intelligendus est conghus. Polypum in tantum locusta pauet, vt si iuxta viderit, omnino moriatur, locustam conghum, subaudi pauet: rursus polypum conghi lacerant. Archesstratus apud Athen. conghi è Sicyone magni & pinguis

Libro 7.

ca

caput, & interanea commendat. Hicetio placet conghos duræ esse carnis, inter gregales, item raræ carnis & minus nutrientes, mali succi, stomacho tamen gratos. Apud nos nullo est in pretio. Hispanis satis probatur. Galenus inter duræ carnes pisces rectè à Philotimo numeratos esse ait. Albertus magnus scripsit conghos occulta quadam vi lepram generare. Viuunt abscissa cauda conghi & murenæ capitales hostes autore Aristot. ζῶσι δὲ πολλάκις ἀφηρημένοι οἱ κέρκεις τὴν κέρκον, καὶ οἱ γόγγροι μέγιστον ἔξοδον τὴν περιπλοσσεως, ἀποθηήσασσι δὲ οἱ κέρκεις ὑπὸ λάβρακος, ὁ δὲ γόγγρος ὑπὸ μύρανης. Viuunt sæpe mugiles sublata cauda, & conghi vsque ad excrementorum meatum. Deuoratur autem mugilis cauda à lupo, conghi à murena. Plinius. Mugil & lupo mutuo odio flagrant. Conger & murena caudas inter se prærodentes.


Ibidem:

Lib. 3. de alim. facult.

Lib. 9. de hist. animal. ca. 22.

Lib. 9. cap. 62.

De Ophidio.




CAPUT II.

ONGRO simile est ophidion quasi paruum serpentem dicas, diminutiuo nomine ab ὄφιδι. Est autem ophidion pisciculus qui à nostris vocatur donzelle, cuius Plinius duobus locis meminit: vno nominat tantum in piscium catalogo, altero qualis sit breuiter indicat. Vrinæ incontinentiam hippocampi tosti, & in cibo sapius sumpti emendant. Item ophidium pisciculus congho similis, cum lilij radice. Pisciculi minuti ex ventre eius, quos deuorauerit, exempti & cremati: ita vt cinis eorum bibatur ex aqua. Hactenus Plinius. Quoniam verò piscis quem capiti huic præfiximus tam congho similis sit quam ouum ouo, vt est in proverbio: videor mihi verissimè pro Plinij ophidio proposuisse. Est igitur ophidion pisciculus longus & læuis. Pinna duas habet in dorso & in ventre, situ figura, substantia conghi pinnae similes. A congho gemina barba è maxilla inferiore propendente differt, & oris rictu, qui in congho maior est. Binæ lineæ tenues à capite ad caudam productæ sunt, qua nota in eam aliquando sententiam adducebar vt seferinum Athenæi esse crederem. Sed tandem vero seferino cognito, qualè antea demonstraui, rem omnem diligentius cum expédissem, Plinij ophidion esse iudicauit. Quod autem aduersus vrinæ incontinentiam prodesse cum lilij radice legitur in Plinio loco modo citato, mendosum esse suspicor, substituendumque

Lib. 3. ca. 11: Ibidem. ca. 9.

feminis incontinentiam cum rutæ radice, quod & rationi consentaneum est, & ita in vetusto quodam exemplari legisse me memini. Ceterum ophidion carne est candida, dura veluti draco. Ineptè fecit, qui ophidion inter asellos numeravit, cum planè iis dissimilis sit corporis habitu, capite, pinnis, atque cum longis planè connumerandus. Circa Lerinum insulam & Antipolim sæpe capitur piscis superiori omnino similis corporis specie & carnis substantia, eo differt quod cirri carnosæ barbæ instar è maxilla inferiore non propendent. Colore etiam à superiore diffidet, est enim flauus. Quam ob causam ophidion flauum vel ophidion imberbe, vt à superiore discernatur, appellabimus.

De Lampetra.



CAPUT III.

LAMPETRA Ex genere est cartilagineorum piscium, qui longi lubricique sunt. Quam obrem minime absurdum fuerit de ea nunc dicere. Ea à lambendis petris nomen traxit. Diuersi diuersis nominibus appellant. Nam plotæ, fluta, vermæ marinus, asterias, hirudo, muræna nominatur. A Gallis *Lamproye*. A nostris *Lamprezze*. Lampetra piscis est marinus & fluuiatilis. Veris enim initio fluuios ingreditur, vt illic oua pariat, in mare deinde reditura: sed tum magna earum fit captura, aliàs in mari rarissimè capiuntur, nec vnquam ferè nisi quum rostro nauibus adherent. Anguilla, vel muræna marinæ valde similis est Lampetra, si caput excipias. Os enim neque in longum, neque in latum scissum est, sed excauatum veluti in hirudinibus, quas sanguisugas vocant. In cauo illo sparsi sunt dentes flauæ coloris, in eiusdem imo particula est contrariò occursum foramen interius occludens. Præterea corpore est rotundiore quàm muræna: cauda tenui & latiuscula. Venter lacteo est colore, dorsum maculis partim caruleis, partim albicantibus est aspersum. Cute læui sed dura & firma. Vtrinque septena sunt branchiarum foramina rotunda. Inter oculos, id est, in supremo mediòque capite fistulam habet, quæ ad palatum vsque patet, qua, vt pulmonibus spirantes pisces & aërem trahit, & haustam aquam reiicit, eamque ob causam in summa aqua fluitat, facileque suffocatur, si inuita sub aqua diutius retineatur. Oculos

10-

rotundos & profundos habet. Lingua caret, nullis ad natandum pinnis donata est, sed flexuoso corporis impulsu agitur, & pinnulis duabus iter dirigit, vna ferè supra caudæ extremum erigitur, altera paulò superior est. Cor pericardio cartilagineo concluditur, cui annexum est hepær caruleum punctis aliquot notatum, sel deest. Ab ore ad anum vnicus ductus est longus, initio strictior, in medio latior, rursus ad anum angustatus. Ossa nulla habet, sed pro vertebris & spinis cartilagineam, cui medulla inest, illam nostri chordam vocant, quæ vere tenerior, ætate durior est, multoque insuauior, vnde tum in pretio esse definit lampetra, cum vere, quo tempore vterum fert, in lautissimis cibus habeatur, & à diuitibus, luxuque deditis maximo pretio ematur, vt eorum opsonatores aliquando in foro piscatorio superbius ambrosiosque contendendo licitentur. Mare repetunt lampetræ cum suis foetibus, quos Burdegalenses *pibales* appellant. Aqua & mucosescunt. Sunt qui esca quadam composita in fontibus & aliis dulcibus aquis nutriunt & seruant. A partu contabescunt, & paulatim emoriuntur. Annos duos duntaxat viuunt. Carne sunt satis molli & non nihil glutinosa. Magna fuit, & est hodie inter doctos viros disceptatio, de vetere huius piscis apud Græcos siue Latinos appellatione. Quibusdam galeum asteriam esse placet, quæ opinio parum validis rationibus confirmatur: quauis enim maculata sit lampetra, tamen maculæ stellarum figuræ non sunt, veluti in asteria. Præterea à galeorum natura planè abhorret: neque enim viuos parit, neque foetus ore suscipit & remittit, quæ maximè galeo asteriæ competunt. Sunt qui acipenserem esse falsò dixerunt, quia longiore rostro non est, neque trigoni figura, vt scribit Athenæus. Fuerunt, qui lumbricum marinum esse crediderint, ob valde similem cum lumbricis terrenis corporis speciem. Quibus adhibent Plinij autoritatem, quippe qui lumbricorum mentionem fecerit, quum de piscium pinnis loqueretur. Binæ, inquit, omnino longis, vt lumbricis & anguillis, & congris, nullæ vt murænis. At hunc Plinij locum corruptum fuisse liquet ex Aristotele. Τα δὲ μόνον δύο περιέρχεται ἔχει ὅσα προμήκη καὶ λεία, οἷον ἔγχελυς, ἔργον γένος, τὰ δὲ ὅλως ὅσα ἔχει, ὅλον μύραινα. Alij pisces binas pinnas habent, quicunque longi sunt & læues, vt anguilla & congre: alij nullas omnino, vt muræna. Quæ cum à Plinio cõuersa fuisse constet, nemo est qui non videat λεία lubrica interpretatum fuisse, vt omnino legèdum sit: Binæ omnino longis & lubricis, vt anguillis. Quare cum neque Plinius, neque vllus alius lumbrici marini meminerit, lampetræ vetus hoc nomen fuisse non potuit, quemadmodum neque vermæ aquatilis. Caret enim omnino pinnis, vt muræna. Quanquam Castellanus episcopus Matiscon. vir ætate nostra doctissimus, & qui doctrinæ causa maxima in gratia fuit apud FRANCISCVM REGEM illustrissimum, & optimū

Lib. 7.

Lib. 9. cap. 20.

Lib. 1. de hist. anim. cap. 5.

Lib. 9. cap. 15.

literarum patronum & alumnū lampetras vermes esse aquatiles crederit, eidemq; FRANCISCO REGI persuadere conatus aliquando fuerit, nec id sine ratione. Hæc enim Plinius. In Gange Indiæ Statius Sebosus, haud modico miraculo affert, vermes branchiis binis sexaginta cubitorum caruleos, qui nomen à facie traxerunt. His tantas esse vires, vt elephantos ad potum venientes mordicus comprehensa manu eorum abstrahant. Color caruleus lampetræ, item mores quadrant: nam petris & nauibus ita hærent lampetræ, vt auelli non possint, neque repugnat cubitorum sexaginta longitudo: in India enim omnia grandiora sunt. Aliis lampetra, Ausonij mustella esse videatur.

Quæque per Illyricum per stagna binominis Istri

Spumarum iudicij caperis mustella natantum,

In nostrum subnecta fretum, ne lata Mosella

Flumina tam celebri de fraudarentur alumno,

Quis te Natura pinxit color? atra superuè.

Puncta notant tergum, qua lutea circuit iris,

Lubrica caruleus perducit tergora fucus.

Corporis ad medium furtim pinguescis, at illinc

Vsque sub extremam squalet cutis arida caudam.

Hæc pictura cum lampetræ nostræ optimè conueniat, de eadem intelligendam esse cum Massario puto, nec illi assentior, qui pisci qui lota Lugduni vulgò appellatur, versus Ausonij accommodat, cum lota in fluuiis duntaxat nascatur. Ausonius verò mustellam suam è mari fluuios subire significet. Eandem lampetrâ mustellam Plinij esse censet Massarius. Proxima est his mensa generis duntaxat mustellarum, quas mirum dictu, inter alpes lacus quoq; Rhetiæ Brigantinus æmulas muranis generat. In eadem est sententia Sipontinus, cuius hæc verba sunt in commentariis Cornucopiæ inscriptis. Mustellæ in lacu Brigantino Rhetiæ muranis ferè similes, & cæteros omnes pisces nostra ætate excedentes pretio, quas à lambendis petris nunc lampetras nominant. Idem confirmat Paulus Iouius his verbis: Is hodie lacus Hydrus est, in Tridentinorum finibus, qui proculdubio antiquis fuit Brigantinus. Is emittit amnem Clisium, in quo lampetræ reperiuntur. Sebinus quoque Brixianorum lacus, Brigantino proximus, qui hodie Hiseius dicitur, & Ollium amnem emittit, vt plures eius accolæ mihi affirmarunt, aliquando lampetras Hetruscis ac Romanis specie saporeque simillimas præbuit. Hæc Paulus Iouius. In Gallia quoque huiusmodi lampetræ reperiuntur, & maximè in fontium fontibus & riuulis, in quos lampetræ marina nunquam penetrare poterunt, quæ reuera marinis æmula sunt, & figura & sapore similes, magnitudine sola dissidentes. Quod si mustellæ lampetræ sint, à mustelino colore, id est, subliuido, dietas fuisse arbitror. Quod si quis mustel-

lam

lam Plinij, Ausoniæ non esse contenderit, nihilominus tamen veteres eam ἀνώυμον minimè reliquisse, affirmare ausim. Quidam enim βδέλλαν marinam id est hirudinem marinam vocemus strabonis exemplo, qui scripsit in quodam Libya fluuiio nasci βδέλλας septenūm cubitorum, quæ branchias habent perforatas, ita vt per eas respirare possint. Nam lampetræ ore ita saxi & nauium clauis hærent, vt optimo iure βδέλλαι, ἀπό τ' βδέλλης, id est, ab emulgen-do dicantur, quemadmodum sanguisuga. Iam verò lampetræ murænam fluuiatilem appellatam fuisse ex Dorione perspicuum est, qui in libro de piscibus ita scripsit, referente Athenæo. τὴ ποταμὴν μύραναι ἔχον μίαν ἀγροθὴν κόβαν, ὁμοίαν τῇ ὄνισκῶ τῷ καλουμένῳ γολλάει, id est, fluuiatilem murænam vnicam habere spinam similem asello qui gallarias nominatur. Itaque cum duo sint quæ vnica spina constent (nam per ἀκαθαί, ἡράχι, id est, dorli spinam intelligo) muræna fluuiatilis, & asellus gallarias, perspicuum est lampetræ quòd vnicam huiusmodi spinam habeat murænam fluuiatilem hic dici, fluuiatilem quidem, vt ab alia muræna quæ nunquam mare egreditur, vt fluuios subeat, distinguatur, murænam verò à corporis similitudine: est enim similiter longa, lubrica, colore vario, nullas habet pinnas ad natandum, sed corporis flexu impellitur. Asellus verò gallarias longè alius est, vt postea declarabimus. Quod si ne hoc quidem vetustum fluuiatilis murænae nomen tibi placeat, age aliud ex Oppiano proferamus. Is enim proculdubio quam lampetræ nunc vocamus ἐχέμηδα ab effectu appellauit, quæ latinè remora dicitur, quam ita graphicè depinxit, vt nullus sit sanæ mentis qui eam pro lampetræ nostra non agnoscat. Est, inquit, pelago amica echeneis, longa, cubiti scilicet longitudine, subfusco colore, anguillæ similis, acutum est illi os subter, contortum, rotundi hami cuspidi simile, de quo pisce nauitæ rem mirabilem narrant, omnibus qui non viderunt incredibilem: nauem enim secundi venti vt impulsam passisque velis per mare currentem piscis tanquam eam voraturus ore admoto sistit, inuitisque nauis retinet, perinde ac si in tranquillo portu quiesceret. Hæc ferè sunt, quæ sequentibus versibus cecinit Oppianus. τ. β. ι. ἀλιευτικῶν.

Καὶ μὲν δὴ πᾶσι γαστρὶ δμῶς ἐχέμηδα
 Ἰδὴ τοὶ θανάη μὲν ἰδέειν, μὴ γὰρ ὁ ἰσθηχίης,
 Χροὴ δ' ἀθαλάσσεσσι, φρεὶ δ' οἱ ἐγγελεύσιν
 Ἐἰδέσθαι, οὐδ' ὁ οἱ κεφαλῆς σῶμα γέρθει γέφυκε
 Κάμπυλον ἀγκίστρον ἀεὶ ληγέσσι εἰκελον ἀγκυλῆ.
 Θαύμα δ' ὀλιγηρῆς ἐχέμηδος ἐφράσασθαι
 Ναυίλοι, οὐ μὲν δὴ τις ἐνὶ φρεσὶ τωισαύσασθαι
 Ἐισαύων, ἀμεί μὲν ἀπειρήλων νόσος ἀνδρῶν.
 Δύσμηχος, οὐδὲ θέλουσι καὶ ἀτρεκέεσι τωισαύσασθαι.

M m

Νῆα τὴν ἀνομιλίαν ἀνέμω ζαχρῆος ὀφειῖ
 καὶ φέσι τὰ ἐπιταμύνοισιν ἀλὸς διὰ μέτρα θεῶν
 Ἰχθὺς ἐμφοχέων ὄληρον φέβια νέρθεν ἔρυνει
 Πέσσον ὑποδόντιος βεβημένωσ ὑδὲ τε πέμνι
 Κύμωι καὶ ἰερόσιν, καὶ δὲ ἐμπεδὸν ἐσθῆοι καὶ
 Ἰὺτ' ἐν ἀεὶ λυθόσιν ἐργασίωι λαμδύνοσιν.

His omnibus quæ nulli alij melius quàm lampetræ nostræ com-
 petere possunt, accedit experientia ipsa, cuius primùm me admonuit
 Gulielmus Pelicærius episcopus Montpelienis singulari eruditione
 præditus, ex qua experientia constat lampetram nauibus iis præfer-
 rum quæ recens pice illata sunt die adherere, picis, vt aiunt, exugen-
 da gratia. Quod si triremis clauo os affixerit, eius impetum terarda-
 si certum est. Id nobis euenit Romam proficiscentibus cum clarissimo
 Cardinali Turnonio. Vidimus enim optimæ triremis cuius citissimò
 cursu uehebatur impetum inhibitum, cuius incertam causam cum
 vectores perquirent, tandem compertum fuit lampetræ ore clauo
 affixæ vi id effici, quæ capta, & conuictio apposita moræ allatæ pœnas
 dependit. Cuius rei locupletissimos testes habeo nobiles & graues vi-
 ros, qui eadem naui uehebantur. Non me latet aliam esse Aristotelis
 & Plinij Echeneida siue remoram pisciculum saxi affuetum, pinnas
 pedibus similes habentem, quò earinis adherente naues tardius ire
 creduntur, de quo suo loco dicemus. Neque mirum cuiquam uideri
 debet diuersos pisces eodem nomine à diuersis autoribus nominatos
 fuisse, ueluti neque eundem piscem diuersis nominibus nuncupatum:
 id enim permultis & olim, & nunc accidit, quemadmodum sapius
 ex his quæ iam superioribus libris diximus, & iis quæ postea dicentur
 perspicuum est. De carnis substantia iam dictum est, de eiusdem con-
 dimeto quod ex delicatioribus aromatis & eiusdem sanguine confi-
 citur, de immodico huius piscis pretio uide Platinam.

Li. 2. de Hist.
 capi. 14. lib. 9.
 cap. 25.

De Muræna.



CAPUT V.



MURÆNA Corporis habitu lampetræ affinis est,
 eam ob causam de ea nunc dicemus. A Græcis ἀύρα-
 να & σμύρανα uocatur. A nostris, ab Italis, & Hispanis
 mourene. Muræna piscis est pelagijs, aliquando li-
 toralis, ad duorum cubitorum longitudine accedens,
 anguilla

anguilla aspectu proximus, sed latior, oris scissura magna, superiore
 maxilla aquilina, in cuius extremo duæ sunt breues apophyses, uel
 verrucæ, vt in congro. Dentes habet longos acutissimos in os recur-
 uos, non solum in maxillis sed etiam in palato. quâ ob causam lingua
 carere uidetur, ad eam illa imperfecta est, sed huius loco carnosum pa-
 latum obtinuit. Oculos albos, in utroque latere unicum & rotundum
 foramen branchiarum, quas integras non esse Aristoteles, Plinius nul-
 las esse scripsit, cum tamen utrinque simplices esse sensus doceat. Co-
 lore est fusco, unde καλαμῶ eam uocauit Oppianus, cute læui, albi-
 cantibus maculis aspersa, dorso, cultellato, spina nimirum acuta, &
 ferè vt in congro pinnulam constituyente. Pinnis quibus natare possit
 caret, ideo muræna cæteri que longi flexuoso corporum impulsu ita
 mari utuntur vt serpentes terra, in sicco quoque repunt, ideo etiam
 uiuaciora talia. Cuius causam reddit Theophrastus in libello de pisci-
 bus. πολλὴ χρόνον διήνησαι ζῆν ἐξω τῶ ὕδατος, διὰ δὲ μικρὰ τὰ βράγχια ἔχον, καὶ
 ὄληρον δὲ χεῖρ' ὅ ὕδατος, καὶ ἢ μύρανα, καὶ εἰ ἕ ἄλλα τοῖσ' τόν, ἢ καὶ δὲ ὄληρον ὀφιδώδες.
 Longiori tempore extra aquam uiuunt muræna, & si quod aliud est
 serpentibus simile, quia paruas habent branchias, & parum aque ad-
 mittunt. Eadem uero de causa longi pisces qui serpentis sunt specie,
 pinnis carent, quæ serpentes pedibus. Cum enim omnia animalia san-
 guine prædita quatuor solum notis moueantur, vt demonstratum est
 ab Aristotele in libro de animalium ingressu, aut malè, aut omnino
 non mouerentur longi pisces, si quatuor pinnas, & serpentes si qua-
 tuor pedes haberent. Nam siue iuxta se positas haberent pinnas, siue
 longius distitas, moueri uix possent: in illis enim altera alteri impe-
 dimento ad motum esset, in his ob longius interuallum nullo adiu-
 uamento. Si plures mouendi notas haberent animalia sanguinis exper-
 tia forent. Pinnis autem carentes pisces longi, vt serpentes pedibus,
 ob longitudinem flexusque corporum, quatuor moueri notis demon-
 strat Aristoteles in libro modò citato. Quantum ad interiores partes
 attinet muræna præpositam gulam habet, in causa est corporis lon-
 gitude, ventriculum ipsum longum, à cuius medio oritur, intestinum
 sine spiris ad anum protensum, iuxta quem cellulas habet instar in-
 testini eius quod in terrenis animalibus κῶλον uocant Græci. Hepar
 magnum, longum, flauum, à quo fellis vesica longa pendet intestino
 annexa, splenem nigricantem. Muræna carne solum uescitur frigi-
 dioribus hyemalibus mensibus latet in saxi, quamobrem non nisi stato
 tempore capitur. Parit quocumque tempore, partus eius numerosior
 est, & ex paruo celeri incremento augetur, vt hippurus. Ob tam fre-
 quentem partum existimo nonnullos in eam sententiam adductos,
 vt nullos mares esse crederet in hoc genere, sed omnes foeminas, eaf-
 que serpentibus comisceri. Plinius: Licinius Macer murænas tantum

Lib. 2. de hist.
 ca. 13. li. 9. c. 5.

Lib. 1. ἀλιου-
 τινάμ.

Lib. 32. ca. 2.

Lib. 1. αλισ-
τικῶν.

ſceminini ſexus eſſe tradit, & concipere ἐν ſerpentibus, ob id ſibilo ἀ-
πιſcatoribus euocari & capi. Hanc ſententiam ſecutus Oppianus tra-
didit murænam & ſerpentem mutuo amore ardere, ac ſerpentem ve-
neno mortifero in ſaxis depoſito ἐν litore ſibilo murænam euocare,
quo audito hæc telo ocyor ruit, ille pontum ſubit, ubi expleto vene-
ris deſiderio, venenum relictum repetit, quo non inuento præ dolore
emoritur.

Ἀμφὶ δὲ μύρανης φάτις ἔρχεται ἐκ ἀϊδῆλος
ὧς μυῖδος γαμέει τε, καὶ ἐξ ἄλλος ἔρχεται ἀνὴρ
Πρόφρων ἰμεῖρα παρ' ἰμεῖρον γάμοιο
Ἡ τοὶ ὁ μὲν φλογέη τε θοάμενος ἐνδοθι λύαση
Μαίνεται εἰς φιλότηα, καὶ ἐγὶνθι σύρεται ἀκλήης
Πικρὸς ὄφης ἔχραδὲ γλαφυρήν ἐχέει φάλο παρ' ἔξω
Ἐπὶ δ' ἐνὶ λοῖγιον ἰὸν ἀπήμεξε, πάντε δ' ὀδύνην
Ἐπὶ λυξὲ παυκεδανὸν ζαμεινὴ χόλον ὀλβον ὀλέθρου
Ὀφρα γάμοιο παρῆς τε, καὶ εὐδίοιο ἀνὴρ ἴσθε.
Στάς δ' ἀρ' ἐπὶ ρηγιμῖνος, ἐὸν νόμον ἐβροχέηξε
Κικλήσκων φιλότηα, θοῶς δ' ἐσάκεσε κελαμνῆ
Ἰνὺ λυ μύρανα, καὶ ἐσὺλο θάλασσαν οἴσθε.

Lib. 7.

Cætera ex ipſo autore petenda. Idem Ælianus literis prodidit.
Athenæus quoque ex Andrea, cuius hæc verba ſunt. Ἀνδρέας δὲ ἐν τῷ
παιδί δακτύλων, τῶν μύρανην φησὶ δακτύλου ἀναρῆν τῶς ἐξ ἔχουσ. εἶναι δὲ αὐτῶς
ἠπλοῖας καὶ ἀειφερῆς, ποικίλας, id eſt, in libro de his quorum venenatus
eſt morſus, ait murænas quæ ex mare vipera genitæ ſunt, morſu in-
terficere, ipſas vetò eſſe minores, rotundas, varias. Ibidem Athenæus
Nicandri verſus ex theriacis profert, quæ etiam nūc extant: iis horri-
ficam murænam eſſe ait, quoniam veluti ἐν viuario prodiens, laborio-
ſos piſcatores præ metu fugientes ſæpe frendens vel mordens (vtrun-
que enim ſignificare poteſt ἐμβρύζα, a teſte Scholiaſte, aut ἐκβρύζα) ἐν
ναυκίς in mare præcipitavit. Si quidem verum eſt eam cum vene-
natis viperis coire, mare permutantem continente.

Μύρανης δ' ἐκπλαγῶν ἐπεὶ μὲν γέρους ἀλίθιας
Πολύκις ἐμβρύζα, καὶ ἐπερῆν ἐπὶ ἀκίρων
Ἐἰς ἀλα φουζυθῆν τῶς, ἐχέλις ἐξαναδύει.
Ἐἰ δ' ἐτυμὸν κέμω γέμω ἰσβόλοιο ἔχουσ.
Θόρνα δὲ παρολιπῆσαν ἀλὸς νόμον ἠπεῖροι.

Lib. 9. cap. 21.

At hanc opinionem paucis refellit Plinius de murænis loquens. In
ſiccum litus elapſas vulgus coitu ſerpentum impleri putat. Ariſtote-
les myrinum vocat marem qui generat. Locus eſt Ariſtotelis libro
quinto de Hiſtor. animal. quo muræna & myri diſcrimen explicat,
de quo proximo capite plura. Et Nicandri Scholiaſtes Græcus ſcribit
Archilaum exiſtimari murænas cum viperis coire, illiſque dentes
eſſe

εἰς το.

eſſe viperinis ſimiles, Andream verò affirmari id falſum eſſe, ac ne-
que viperam in mari verſari. Eadem Athenæus ex Andrea profert:
Ἀνδρέας δὲ ἐν τῷ παιδί τῶν φιδῶν ἀειφερῶν, φιδῶν φησὶ εἶναι δὲ μύρανην
ἔχει μύρανην, ἀειφερῶν ἐπὶ δὲ τῶν ἀειφερῶν, ἐδὲ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀειφερῶν ἔχεις νέμεα
φιλότητος λυμῶν ἐν ἐρημίαις. Andreas in libro de his quæ falſò cre-
duntur, ſcribit falſum eſſe murænam ad lutulenta loca venientem cum
vipera commiſceri: neque enim vipera in huiuſmodi locis degunt
gaudentes limoſis ſolitudinibus. Fabuloſum igitur murænas cum
ſerpentibus congregi, cum ſerpens ſeu vipera ſui generis marem ha-
beat, quòd ſi cum ſerpentibus coiret, cum marinis potiùs quàm cum
terrenis copularentur. Sed fabulæ occaſionem dedit myri maris cum
ſerpentibus tanta ſimilitudo, vt qui myrum in muræna copulatum vi-
derint, ſerpentem eſſe crediderint, maximè cum ſerpentum more cor-
pora commiſceant, teſte Ariſtotele. Quæ pedibus carent, inquit, &
longo ſunt corpore vt ſerpentes, vt murænae iis coitus complexu mu-
tuo partium ſupinarum peragitur. In alto mari & circa litorum ſaxa
viuit muræna carniuora, circa fluuiorum quoque oſtia verſatur, at
fluuios nunquam ſubit. Pingueſcere iactatu Licinius macer autor eſt
apud Plinium, fuſte non interimi, eandem ferula protinus, caudaque
iacta celerrimè exanimari, at capitis icu difficulter. De mutuo con-
& muræna odio diximus, capite de congro. Multò verò magis in po-
lypum ſauit muræna: quorum pugnam luculenter expreſſit Oppia-
nus ſcribens, polypum cum nullis artibus murænam vitare poſſit, ad
neceſſariam pugnam inuitum venire, ſtagelliſque veluti ſpiris & vin-
culis murænam implicare, ſed fruſtra, quoniam illa tam lubrica ſit,
vt inſtar aquæ dilabatur. Omnibus itaque fruſtra tentatis polypum
miſerè dilaniari.

Libro 7.

Lib. 5. de hiſt.
animal. ca. 4.

Lib. 32. cap. 21.

Lib. 2. αλισ-
τικῶν.

Ἡ μὲν ὑπ' ἐκ τῶν ἀειφερῶν ὀρμηθεῖα
Φοιτῶν μύρανα, διεσῶναι οἰδμετα πόνη
Φορβίω μαρομένη, τῶν δ' εἰς τῶν ἀειφερῶν ἀκλήης
Ἄκρα διερπύζοντα, καὶ ἀπὸ τῶν ἐπὶ θῆριω
Ἐσῶλο γηθομῶν, τῶν δ' ἐλάθει ἐγὶνθι ἐξέει.
Ἄλλ' ἦτοι παρῶτον μὲν ἀλὸς ὀρμηθεῖα δεδόνηται
Ἐς φόβον, ἐδ' ἀρα μῆχος ἔχει μύρανην ἀλύξαι
Ἐρπον τηχομῶν τε καὶ ἀπὸ τῶν μαμῶων.
Ἄλλα δὲ μὲν καὶ ἐμῶν φε, γένω δ' ἐνερφῶν δαφονίω.
Πέλυπος αὖτ' ἀέκων ὀλοῖς ὑπομῶν ἀνάγκη
Ἀμφὶ δὲ οἱ μελέεσσιν ἐλὸς εἶναι, ἀλλὰ δὲ ἄλλας
Πολύκις ἐροφάληγας ὑπὸ χρολιότιν ἰμῶν
Τεχνῶν εἴπως μὲν ἐρηθῶν ἐβρόχοι
Ἀμφιβαλῶν, ἀλλ' οἴτι κακῶν ἀέρος, οὐδ' ἀλεωρῶν,
Ρεῖα γὰρ ἀμφιπεσόντος ὀλοῖς ὑπομῶν μελέεσσιν.

Οτραλέη μύρανα διαρρέει, διαπερ υδωρ.
 Verum, vt ait Homerus, ξυδος ενναλιος και η κενοντα και κεντα, id est, Mars
 communis vicissim perimentem perimit. Nam, vt idem Oppianus
 cecinit,

Κάραβος αυ μύραναν απηνεία περ μολ' εδ' αυ
 Εδ' ιδι, αίσιο φονησιν αγνοεσιν δαμεισιν.

Id est, locusta muranam quantumuis saua deuorat, sua ipsius au-
 dacia domitam, vltroque ad interitum ruentem. Quae prolixius ab
 Oppiano descripta praetermittimus, ne tedium lectori adferamus.
 Piscatores nostri dentium murenæ maleficam valdeque noxiam vim
 reformidantes, viuiam non nisi forcipe arripiunt: venenatum enim
 eius demorsum esse dicunt, qui cinere capitis eiusdem murenæ cu-
 ratur. Idem cinis strumas tollit, nec non muranarum muria, quae hodie
 quoque Antipoli & in Lerino Insula fit. Pars a murana demorsa nisi
 tota abscindatur, a morsu liberari non potest ob uncinatos dentes,
 maximeque in os recuruos. Hoc magno multorum malo nouerat Ve-
 dius Pollio eques Romanus ex amicis Diui Augusti, qui inuenit in

Lib. 9. cap. 13.

hoc animali documenta sauitiae, vt tradit Plinius, viuariis earum im-
 mergens damnata mancipia, non tanquam ad hoc feris terrarum non
 sufficietibus, sed quia in alio genere totum pariter hominem distrahi
 spectare non poterat. Neque solum dentibus audaciaeque, sed etiam
 astu, miroque in vitandis periculis ingenio murenas donauit natu-
 ra: amplius enim deuorant hamum, admouentque dentibus lineas,
 atque ita erodunt. Eadem infixae hamo inuertunt sese, quoniam sunt
 dorso cultellato, spinaeque lineam praefecit. Ouidius prodidit mura-
 nam maculas (foramina retis intelligit, Galli malles quasi macles vo-
 cant) appetere ipsas, consciam teretis ac lubrici tergi, tum multipli-
 ci flexu laxare fores donec euadat. Molli sunt & pingui carne, nec
 magis alunt quam anguilla, longè verò minus quam congre, vt rectè

In Halicu-
tico.

Athenaus
libro 7.

Lib. 9. cap. 55.

dixit Hiccius. Murenarum viuarium primus excogitauit Horten-
 sius ante alios, qui cenis triumphalibus Caesaris dictatoris sex milia nu-
 mero murenarum appetit, autore Plinio, qui itidem scripsit Horten-
 sium Oratorem muranam adeo dilexisse, vt exanimatam fleuisse cre-
 datur. Et, Antoniam Drusi muranae qua diligebat in aures addidisse.
 Caeterum quod Hortensio Plinius, L. Crasso illi disertio & Censorio
 viro Macrobius tribuit, qui muranam in piscina domus suae mor-
 tuam atratus tanquam filiam luxit, neque id obscurum fuit, quippe
 collega Domitius hoc ei tanquam deformis crimen obiecit, neque id
 confiteri Crassus erubuit, sed vltro etiam (si Diis placet) gloriatus est
 censor, piam affectuosamque rem fecisse se iactans. Idem Ma-
 crobius ex Varrone scripsit, in Sicilia manu capi murenas flutas,
 quod haec in summa aqua praepinguedine fluitent, quas ibidem optimas
 esse

esse secundo libro de re rustica tradidit Varro. Accersiebantur autem
 murenæ ad piscinas Romanae urbis ab usque freto Siculo, quod Rhe-
 gium a Messana dispefcit: illic enim tam murenæ quam anguillae opti-
 ma: a prodigijs esse creduntur, & vtræque ex illo loco Graece πλώται vo-
 cantur, Latine flutæ, quod in summo supernatantes sole torrefactæ
 curuare se posse, & in aquam mergere desinunt, atque ita faciles capti
 fiunt. Huiusmodi murenas Columella quoque commedauit. His ac-
 cessit pætarum testimonium. Iuuenalis,

Virroni murana datur, quæ maxima venit
 Gurgite de Siculo. Et Martialis,
 Quæ natat in Siculo grandis murana profundo
 Non valet exustam mergere sole cutem.

Archestratus voluptarius Philosophus murenam ex freto Siculo
 celebrat: id enim appellat φενοκόμενα πορθμὸν apud Athenæum.

Libro 7.

Γαλιὰς ὁ μέγξυ κτ' φενοκόμενα πορθμὸν
 Ἡ πλώται μύρανα καλὸς μὲν ἂν ποτὲ ληφθῆ,
 Ὡς τὸ γὰρ ἐστὶν ἐκεῖ θαύμασον ἔδεσμα.

Viuaria murenarum tantum fiebant, quod hæc fecundissima sint,
 nec vlli alij pisces nisi cibi gratia iniiciendi, ob voracitatem. Sed ne
 id quidem sine magno sumptu fieri potuit, vt verissimè scripserit Var-
 ro, viuaria ædificari magno, secundo impleri magno, tertio ali ma-
 gno. In piscinis verò commisceri cum alterius generis piscibus non
 debent, quia praeter voracitatem quum rabie vexatur, quod huic ge-
 neri veluti canino accidit, in alios pisces sauiunt, prorsusque ab-
 sumunt.

De Myro.



CAPUT VI.

MB Aristotele συμρος muranae mas dicitur, quem etiam
 μύρον dici posse puto, quemadmodum συμρανα & μύ-
 ρανα dicitur. Id indicat Gaza qui in conuersione sua
 murum vocat. Barbari zmyrú, piscatores nostri pecu-
 liariter non agnoscentes, serpentem vocant. Huius a
 murana discrimen docet Aristoteles his verbis. Διαφέρει δὲ ὁ συμρος
 καὶ ἡ συμρανα ἢ μύρον γὰρ συμρανα διαφόρως ποιεῖται, καὶ αὐθενεστέρα, ὁ δὲ
 συμρος ὁμοχρεος καὶ ἰσχυρος, καὶ ὁ χρωμα ὁμοιον ἔχει τῇ πίτῃ, καὶ ὀδόντας
 ἔχει καὶ ἔσθαι, καὶ ἔξωθεν, φασὶ δὲ ὡς περὶ καὶ τῶ ἀλλα τὸν μύρον ἀρρένα, ἢ δὲ

Lib. 5. de hist.
anima. ca. 10.

θήλασαν εἶναι. Differunt myrus & muræna. est enim muræna varia & infirmior, myrus concolor & robustior, colore larici, vt vertit Gaza, sed melius meo quidem iudicio, pini arbori similis, huic sunt dentes intrinsecus & extrinsecus. Aiunt hunc, vt in aliis marem esse, murænam fœminam. Plinius locum hunc transtulit, cuius vulgares codices habent myrinum pro myro, non sine mendo, vt ex Aristotele & Gazæ interpretatione liquet. Hanc tamen lectionem si quis tueri velit Aristotelis ipsius autoritate, à quo myrini piscis alibi fit mentio, respondemus hunc quoque Aristotelis locum mendosum esse, vt pro *μύρινος* legendū illic sit *μύξινος*. Id contextus ipse & Aristotelis sensus aperte docent. τοῖς μύξινος ὄντων πλείστοις ἰχθύσι (συμφέρει μύξινος) (de imbre loquitur) κερρεῖ ὃ καὶ κεφάλω, καὶ ὄν χειρὸς τινος μύξινος τοῦ ναυαίου, ὑπὸ γὰρ τῶν ὀμβρίων ὑδάτων οἱ πολλοὶ ἀλλῶν ἀποτυφλοῦσιν ἑαυτοὺς, ἐν ὑπερβάλλωσι. Plurimis piscibus imbres conducunt. Mugili tamen & capitoni, & ei qui à nonnullis myrinus vocatur, nocent: multi enim ex iis à pluuiis aquis, si immodicæ fuerint, obcæcantur. Mugilum species hic coniungit, in quibus est *μύξινος*, quem etiam *μύξινος* vocat, vt suo loco docuimus. Ex eodem Aristotelis loco quem de myro citauimus liquet, de myri à muræna discrimine, quædam à Plinio prætermissa fuisse. Locus Plinij est huiusmodi. Aristoteles myrum vocat marem qui generat, discrimen esse, quod muræna, varia & infirma sit, myrus vnicolor & robustus, dentesque extra os habeat. De coloris specie, de dentibus qui intra os sunt nihil dixit. Postremò inde etiam restituendus Athenæi deprauatus locus fuit. ὁ δὲ μύρος, ὡς φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ ἐπιπέδῳ ζῴων, διαφέρει τῆς μυραίνης, ἢ μὲν γὰρ ποικίλον καὶ ἀσθενέστερον, ὁ δὲ μύρος λεόχρωσ καὶ ἰσχυρὸς, καὶ ὁ χροῖμα ὁμοίον ἔχει ἰύγγι, ὅλοντα τε ἔσθθεν καὶ ἐξῶθεν. Nam pro *λεόχρωσ*, ὁμοίως pro *ἰύγγι*, αἰτίτι. Pro *ὅλοντα* &c. καὶ ὁδοῦσας ἔχει καὶ ἐσθθεν καὶ ἐξῶθεν. Myrus serpenti magis similis est quàm muræna, rostro acuto, longo corpore nigricante, tenui, rotundo, sine maculis, sine squamis. Vnicum vtrinque branchiarum imperfectarum foramen habet. Pinnulas duas valde exiguas cutis substãtia à ceruicis loco ad caudam vsque, & ab ano ad eandem, quarum ora nigra est vt in congro. In vtroque latere à ceruice punctis aliquot aureis notantur quæ magis in viuentibus apparent quam in mortuis. Gulam ventriculo præpositam habet, intestina longa, recta ad podicem porrecta, iecur longum, rubescens, sine felle. Splenem longum, tenuem. Carne est tenera, sine vllis spinis, aut certè paucissimas habet. Capitis cinis eiusdẽ morsum curat. Apud Athenæum ex Dorione duæ sunt myri species. ὁ ὠρεῖον ὃ τὸ μύρινος φησὶ, τὰς διὰ σαρκὸς ἀκρόθιας οὐκ ἔχει, ἀλλ' ὅλα εἶναι χροῖμα, καὶ ἀπαλὸν ὑπερβολῶν, εἶναι ὃ ἀλλῶν γεννῆ δύο, εἰσὶ γὰρ οἱ μὲν μέλανες, οἱ δὲ ὑποπυρρίθιοι, κρείσσονες ὃ εἰσὶν οἱ μελανίθιοι. Dorio scripsit myrū per carnem sparsas

Lib. 9. cap. 23.


Lib. 8. de hist. anim. cap. 19.

Ibidem.

Ibidem.

sparsas spinas non habere: quare totum vtilem esse, & supramodum tenerum, ipsius autem genera duo esse. Sunt enim nigri myri & rufi: meliores verò sunt rufi.

De Serpente marino.




CAPUT VII.

SERPENTES Murænis & myris forma & natura valde affines sunt. De his igitur nunc dicendum. Sunt autem in mari multæ serpentum species, vt Aristoteli placet. εἰσὶ ὃ καὶ θαλάττιοι ὄφεις, παραπλήσιοι τῷ μύρῳ τοῖς χροῖμασι τὰλλα πλὴν τῷ κεφάλω, ἔχουσι γὰρ γογγροδέστερον. γένη ὃ πολλὰ τῶν θαλάττιων ὄφειων ἐστὶ, χροῖμα ἔχουσι παρόμοια πλὴν, ἢ γίνονται δ' ἔσθθαι ἐν τοῖς σφόδρα βαθύσι. Sunt marini serpentes forma terrenis similes, dempto capite: id enim habent congris magis simile. Sunt autem marinorum serpentum genera plura, varij sunt coloris, non nascuntur in præaltis maris locis. Is quem depinximus terreno vel fluuiatili serpenti similimus est, ad trium vel quatuor cubitorum longitudinem accedit, corpore rotundiore est quàm anguilla, capite congro similis est. Maxilla superior inferiore longior est. Dentes habet in maxillis & in palato murænae modo, sed rariore. Pinnulas duas ad branchias veluti anguilla. Colore est fuluo, venter & rostrum cinereo. Oculi fauescunt. Internis partibus à muræna non differt. Nullus est omnino qui primo aspectu hunc serpentem esse non iudicet. Quare non possum non mirari eum, qui cum in variarum rerum cognitione feliciter versatus sit, acum Aristotelis, quæ à nostris *trompete* dicitur, pro serpente marino vsurpauit, quam acum antea depinximus. Hanc opinionem conuellere facile est ex Aristotelis verbis, qui serpentes marinos congris capite esse scripsit, figura reliqua serpentibus terrenis planè similes, cum acus caput in fistulam desinat, rostrumque tubam imitetur, vnde illi à nostris nomen positum, quæ figura à capitis congris figura alienissima est. Præterea acus à capite ad podicem corpore est hexagono, à podice ad caudam quadrato, quæ forma neque serpentibus terrenis, neque marinis competit, quippe qui corpore sint planè rotundo.

Li. 2. de hist. animal. c. 55.


De Serpente rubescente.



CAPUT VIII.

SERPENTEM Hunc marinū primus mihi monstravit vir humanissimus & eruditissimus Gulielmus Pelicerius monspeliensis episcopus. Is ob raritatem minimè prætermittendus hoc loco fuit, quem nonnulli myrum esse putauerunt sed falsò, vt ex descriptione liquet. Nam branchias ossèo operculo squamosorum modo intactas habet, pinnasque ad natandum maiusculas quibus muræna & myrus carèt. Sed Dorionis myrum alterum esse ὑποπυελίζον, id est, rufescentem non absurdè quis existimauerit. Est igitur serpens de quo nunc agimus corporis specie serpentibus terrenis similis, colore rubro vel phœniceo, lineis obliquis & sinuosis à dorso ad ventrem ductis, eam lineam, quæ à capite ad caudam protensa est secantibus. Scissura oris non admodum magna, dentes habet acutos serratos, branchias opertas squamosorum piscium instar. In dorso à capite ferè ad caudam veluti capillamenta tenuia à sese disiuncta, in vètre similia. Cauda in pinnam vnicam desinit. Anguillæ longis piscibus & serpentibus marinis maximè similes sunt, & è fluuiis mare cõscendunt: quia verò in fluuiis & lacubus, & riualis nascuntur, earum tractationem in librum de fluuiatilibus reiciemus.

De Acipensere.



CAPUT IX.

NTEQVAM Quid de acipensere statuendum nobis esse videatur exponamus, operapretium est docere veterū & optimorum autorum testimoniis acipensere ab elope, & anthiam differre. Quemadmodum enim homonymia disputationem omnem ita perturbat, vt tandè in varias & incertas sententias distrahatur animi, sic in

sic in rerum cognitione nominum varietas limadæ veritati multum obest, id quod in acipensere perspicere licet, quo cum nullus alius apud Romanos celebrior vnquam piscis fuerit, tamè quis is sit hodie ambigitur: hæc maximè de causa, quòd elopem eundem esse & acipensere existimauerunt permulti, qui cum quæ elopi à veteribus tribuuntur, vix vlli è piscibus nostris competere viderent, acipensere nos hodie carere, perinde ac si omnino è medio sublatus esset, vel in reru naturam amplius non existeret, multis persuaserunt, ac proinde quis fuerit elops vel acipenser apud veteres nos penitus ignorare. Acipensere igitur & elopem eundem esse piscem non recentiores solum, sed etiam veteres quidam opinati sunt. Athenæus. Ἀπικίων ὁ ἑρμαῖος τῆς ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀπικίης τρυφῆς ἔλοπα καλεῖσθαι τὸν φησὶ εἶναι ἄκιπενσεν. Appiò gramaticus in lib. de Apicij delitiis, piscem qui elops nominatur acipensere esse scripsit. Plinius, apud antiquos piscium nobilissimus habitus acipenser, vnus omnium squamis ad os versis contra aquam nando meat, nullo nunc in honore est, quod quidem miror, cum sit rarus inuenta. Quidam eum elopem vocant. Gaza quoque ἔλοπα. Aristotelis acipensere verit. Ex his eundem esse elope & acipensere liquidò constat. Quibus duo alia testimonia opponimus, Ouidij nimirum & eiusdem Plinij: ille enim in fragmento operis de piscibus diuersis in locis acipenseris & elopis meminit.

Et pretiosus elops nostris incognitus vndis.

Et circa finem.

Tuque peregrinis acipenser nobilis vndis.

At ne videatur Ouidius eundem piscem diuersis nominibus appellasse, audi Plinium citantem priorem locum: elopem quoque dicit esse nostris incognitum vndis, ex quo apparet falli eos qui eundem acipensere existimauerunt. Eloi palmam saporis inter pisces multi dedere. Minimè sanè verisimile est Ouidio, qui in optimatum & principum domibus plurimus fuerat, acipensere diuitum tantum mensis dignum habitum, ignotum fuisse. Ouidio assentitur Columella, qui de elope hæc scripsit: fretorum differentias nosse oportet, ne nos alienigeni pisces decipiant, non enim omni mari omnes esse, vt elops qui profundo Pamphylia, nec alio pascitur. Idem Alianus tradidit in mari Pamphylia solum, nec nisi raro & vix capi. Varro tamen elopem Rhodium etiã fuisse scripsit in Satyra περὶ ἐδεσµῶν in scripta citante Aul. Gellio: genera, inquit, nomina eduliorum, & domicilia ciborum omnibus alijs præstantiora quo profunda ingluies vestigauit, quæ Varro opprobras executus est, hæc sunt ferme quantum nobis memoria est: Pauus è Samo, phrygia attagena, grues Melice, hædus ex Ambracia, pelamys Chalcædonia, murena Tartesia, a selli Pelsinuntij, ostrea Tarentina, pectunculus Chius, elops Rhodius, scari

Libro 7. cilices, nuces Thassia, palma Aegyptia, glans Iberica. Quod verò an-
 thias ab eodē elope differat, docet ex Dorione Athenęus. Cū enim
 dixisset τὴν ἀνθίαν τινὲς καὶ κάλλιχθίω καλοῦσιν, ἐτι δὲ κάλλιόνυμον καὶ ἔλοπα.
 Aliquantò post subdit, Δωριῶν δ' ἐν τῷ περὶ ἰχθύων διαφέρειν φησὶν ἀνθίαν καὶ
 κάλλιχθίω, ἐτι δὲ καὶ κάλλιόνυμον καὶ ἔλοπα. Quare non sine veterum au-
 thoritate ab acipensere & anthia elopem secernimus. Dicā quod ma-
 ius est, elopes etiam communi nomine pisces omnes dici, quod voce
 Libr. 7. careant. Athenęus: σὺ δ' μοι ὁ θεὸς τάλιον πάλαισμα μυρτίλε. διὰ τὴν οὐχὶ θύβες
 ὑπὸ τῶν ποιητῶν ἔλοπες καλοῦνται, καὶ ὅς, ἦτοι διὰ τὸ ἀφρονί εἶναι: βούλομαι γὰρ
 καὶ τὴν ἀναλογίαν, ἰλλοπαί τινες εἶναι, διὰ τὸ εἰργεῖσθαι φωνῆς, ἐτι γὰρ δὲ μὲν ἰλλοπαί
 εἰργεῖσθαι, ἢ δὲ ὁ φωνῆ, id est, dic mihi ὁ Thessale luctator myrtile, cur pi-
 sces à Poëtis elopes vocantur? Et ille: videlicet quia voce carent, vo-
 lunt enim secundum analogiam illopas dici, quod voce priuati sint:
 nam ἰλλοπαί significat εἰργεῖσθαι, id est, prohiberi, & ὁ φωνῆ vox est. Idem
 Phaurorinus: ἔλοπες, ἐλλείποντες τῆς ὀπῆς, τοῦ ἐστὶν ἀφρογγοί, ἀφρονί. Elopes di-
 cuntur quia voce destituti sunt. Alij ἔλοπας squamosos pisces intelli-
 gunt παρὰ τὸ ἐν λεπτίω εἶναι. Et apud Theocritum ἔλοπιόντην πρὸ πῖσκαρι.
 His expositis de acipensere dicamus, in quo explicando frustra me
 non laborare existimabunt ij qui in omnibus artibus multa esse con-
 syderant, quæ à veteribus olim tradita, patribus autem nostris parum
 cognita vel antea penitus ignota, nunc in veritatis lucem proferuntur:
 quod summæ Dei optimi maximi erga nos beneficentiæ ac-
 ceptum referre debemus. Acipenser Latinum nomen est teste Athe-
 næo simplici c. scribendum duabus primis syllabis breuibus, vt ex
 Lucilij versibus liquet, quos Cicero citat L I B. I I. de finib.

*O Publi, o gurgēs, Geloni es homo miser, inquit,
 Cœnasti in vita nunquam bene cūm omnia in isto
 Consumis squilla, atque acipensere cūm decumano.
 Et Martialis.*

*Ad palatinas acipensera mittito mensas:
 Ambrosias ornent mūnera rara dapes*

Ex his apparet Grammaticorum quorundam error, qui autore
 Sipontino acipenserem ab accipiendo dictum putāt, quod frequen-
 ter accipiat: nam & rarus est piscis, & nomen duplici e. scribēdum
 foret. Quis verò sit is piscis, ex nullo veterum melius quā ex Athe-
 næo discere licet. Is cū de galeis ex Aristotele locutus fuisset, postre-
 mō de galeo vario, & vulpe, subiungit. Αρχέστρατος δ' ὁ τ' αὐτὸν σαρδῶνα
 πάλω ζήσας βίον, περὶ τὸ ἐν ῥόδῳ γαλεὸς λέγων, τ' αὐτὸν εἶναι ἠγγεῖται τῷ παρὰ ῥω-
 μαίοις μέλα αὐλάδι καὶ σφραγῶν εἰς τὰ δεῖπνα, περὶ φεραμένῳ, ἐστεινομένων καὶ
 τῶν φερβύλων αὐτῶν, καλόμενοι δ' ἀκτιπέστερα. ἀλλ' αὐτὸς μὲν μικρὸς καὶ μακρορυσχό-
 τέρους, ἐστὶ καὶ τῷ σχήματι τρίγωνος ἀκείων μᾶλλον, πύλων δ' εὐσελέστατος καὶ μικρο-
 τάλος

τάλος ἢ χ' ἦτιον ἀπικῶν χιλίων περιάσκειται, id est, Archesstratus qui Sarda-
 napoli vitam vixit, de galeo Rhodio scribens eundem esse opinatur,
 cum eo qui apud Romanos cum tibiis & coronis in cœnis circumfe-
 rebatur, coronatis etiam iis qui gestarent, vocantque acipenserem,
 sed hic quidem paruus, & porrectiore rostro est, & figura triangulari
 magis quā illi. Horum vilissimus & minimus non minoris venit
 quā mille nummis Atticis. Partim ex iis, partim ex alijs quæ mox di-
 centur, colligō piscem eūm marinum qui à nostris sturio dicitur, à
 Gallis *estourgeon*, à Burdegalensibus *creac*, ab Italis *porcelletto* acipen-
 serem esse. Nam cum galei, vt vulpes, rostro sint oblongo, huic multò
 magis prominet rostrum, vt meritò vulpe galeo *μακρορυσχότερος* di-
 catur. Huic notæ accedit alia certa admodum & euident, nimirum
 corporis totius figura triangularis. Centrina quidem corpore est
 triangulari, sed rostro non porrecto, estque piscis planè ignobilis &
 insuavis: Galei cæteri rotundo sunt corpore, sed sturio ventre est pla-
 no, latera ob ossa vtrinque posita angulos duos, dorsum inter hæc
 eminent tertium angulum constituunt. Adde quod cartilagineus est
 piscis, quā ob causam Athenæus cum cæteris cartilagineis coniun-
 xit. Quod si quis aliquē ex cartilagineis proferre possit, cui hæc acipen-
 seris figura magis conueniat quā sturioni, libenter in eius opinio-
 nem discedam. Veruntamen duo sunt quæ sententiæ nostræ repu-
 gnare videntur. Vnum quod acipenserem Athenæus paruū esse
 dicat, cū sturiones nostri sæpe ad catacei piscis magnitudinem ac-
 crescant. At de sturione marino verba facit, qui ferè cubiti magnitu-
 dinem non excedens cum vulpe galeo collatus rectè paruus dicitur,
 in aquis verò dulcibus saginatus longè grandior fit. Olim Romam
 aduehebantur marini, quod etiam hodie fit, vidique illic paruos tan-
 tum sturiones, quales etiam nostri sunt qui in mari capiuntur. Cice-
 ronis de eodem pisce hæc verba sunt in dialogo de fato, citante Ma-
 Lib. 3. Saturn.
 crobio. Quum esset apud se ad Linternum Scipio, vnāque Pontius al-
 latus est fortè Scipioni acipenser, qui admodum rarò capitur, sed est
 piscis vt ferunt, imprimis nobilis. cū autem Scipio vnum & alterum
 ex iis qui eum salutatum venerant inuitasset, pluresque etiam inuita-
 turus videretur, in aurem Pontius: Scipio, inquit, vide quid agas, aci-
 penser iste paucorum hominum est. Hæc postrema Pontij verba, & ad
 piscis paruitatem, & ad conuiuiarum dignitatem referri possunt, per-
 inde ac si dicat, piscem minorem esse, quā vt tot cōiuuis satisfacere
 possit, vel præstantiorem & delictiorem quā vt quibuslibet conui-
 uis apponi debeat. Alterum quod sententiæ nostræ reclamatur, ex Pli-
 nio & Nigidio sumitur: Acipenser inquit Plinius, vnus omnium squa-
 mis ad os versis contra aquam nando meat. Et Macrobius. Quod ait
 Lib. 3. Saturn.
 Plinius de acipenseris squamis, id verum esse maximus rerum natu-
 N n

ralium indagator Nigidius figulus ostendit, in cuius libro de animalibus quarto ita positum est: cur alij pisces squama secunda, acipenser aduersa sit? Quibus respondemus de acipensere hæc dicta esse ab iis, qui eundem esse cum elope crediderunt, ut quod elopi conueniret, id acipenseri tribuerint. Præterea contra aquam nando meare non est elopi proprium, sed cum aliis omnibus commune: pisces enim modò secunda, modò aduersa, modò obliqua, modò transuersa aqua natant, prout impetu vel prædæ auiditate feruntur. Proprium quidem elopi fuerit squamas ad os versas habere. At si squamas ad os versas habet, quomodo peculiare illi est contra aquam nare? Etenim huiusmodi squamarum positus subeunte leuantèque eas aqua, magno ad natationem impedimento fore mihi videtur. Postremò ex Athenæo perspicuum est acipenserem non esse ex squamosis, sed ex cartilagineis piscibus, qui omnes squamis carent: nam galeis eum coniunxit Athenæus, & Archestratus Rhodium galeum esse existimauit, à quo eum rostri tantum longitudine, corporisque triangulari figura diffideat, efficitur cætera galeis similem esse, id est cartilaginem longumque esse piscem. Hactenus de sturionis nomine Latino, quem acipenserem esse credimus. Nunc inuestigandum est quo nomine eundem Græci nuncupauerint. Ac primùm ἀλώπεκα siue γαλέον ῥόδιον, quem Syracusij κίτια πύρα vocabant, non fuisse, ut sentiebat Archestratus, ex Athenæo demonstratum est. Dorion in L I B. de piscibus ὄνοι & ὀνίσκου differre facit, quanuis Galenus cæteri que tum veteres, tum recentiores ὄνοι & ὀνίσκου, Latini asinum vel asellum pro eodem pisce scilicet pro merlucio usurpauerint. At Dorion ὄνοι vocat γάδον, ὀνίσκου vero μέξινον, & γαλλεῖδαν, alij γαλαξίαν, alij γαλαξίαν nisi mendosi sint codices. Hoc discrimine posito scripsit idem Dorion ἡ ποταμίου μύρανην ἔχει μίαν ἀχρῆσαν μόνω δμοίαν τῷ ὀνίσκου τῷ καλεσμένῳ γαλαξίαν: id est, murænam fluuiatilem vnā habere spinam solam similem onisco: ἀχρῆσαν siue spinam intelligo totum vertebrarum contextum, ex quibus colligo ὀνίσκου sturionem esse: proferat enim aliquis quæso, piscem cui cartilaginea dorsi spina vnica sit, & in nullas vertebra diuisa præterquam lampetræ & sturioni. Hæc quidem nota tam certa est atque perspicua, ut cum lampetræ nostræ & sturioni conueniat, inficiari nemo possit murænam fluuiatilem nostram esse lampetram, & Dorionis ὀνίσκου sturionem. His adiungam quæ Athenæus ex Aristotele profert de onisco: φησὶν Αριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ζῴων, ἔχει σῆμα ἀεὶ ῥῶγος ὁ μόνος τοῖς γαλεῖς, καὶ ἔστω γαλαξίαν. Scribit Aristot. in lib. de animalibus, os habere hiās patensq; similiter ac galei, & solitariū esse, quæ asello, id est, merlucio quadrare minimè possunt, sed sturioni aptissimè: os enim valde scissum habet, sempèrque hiās, & in prona parte, quemadmodum galei, nec gregalis est: nunquam enim plures sturiones simul

Libro 7.

cap

capiuntur, aselli verò gregales sunt, ad quos etiam referenda sunt reliqua, quæ eodem in loco ex Aristotele ab Athenæo proferuntur. Suspicio eundem ὀνίσκου siue sturionem eum esse qui à Galeno γαλαξίας vel γαλλεῖδαν dicitur ab Athenæo modò γαλλεῖδαν, modò γαλαξίας, ut alterutri codices mendosi sint. Galeni verba hæc sunt: τῶν γαλεῶν ἔχει ἐν εἶδος ἐστὶ. ὁ γὰρ τοῖς ῥωμαίοις ἐν τιμῷ ἔστω ἰχθύς ὃν ὀνομάζει γαλαξίαν, ἐκ τῶν γαλεῶν ἐστὶ γένος, ὃς ἔδεν γηναῖα δόκει καὶ ἔλληωνίω θάλασσαν, καὶ καὶ τῶν γὰρ φιλότιμος ἀπὸν ἠγνοκέναι φαίνεται. γέγραπται μὲν δὲ διττῶς ἐν τοῖς ἀντιγράφοις τὸ ὄνομα. γαλεοὶ μὲν ἐν τεισὶ συλλαβαῖς καὶ ἑνία, γαλεώνου δὲ ἐν πάντε καὶ ἄλλα, καὶ δηλονότι τῶν ἀπαλοσαρκῶν ἐστὶν ὁ ῥωμαίοις ἐνδοξος γαλαξίας, οἱ δὲ ἄλλοι γαλεοὶ σκληροῦσιν ἰχθυῶν εἰσι. Galeorum non vna est species: nam piscis qui in maximo habetur pretio apud Romanos galaxias vocatus, ex genere est galeorū, qui in Græciæ mari nasci non videtur, quæ causa est cur ipsum Philotimus ignorasse videatur. Id quidem nomen dupliciter in exemplaribus scriptum inuenitur, in quibusdam galei per tres syllabas, in quibusdam galeonymi per quinque, & constat sanè celebrem illum apud Romanos galaxiam in eorum numero qui molli carne constant esse habendum, reliqui galei dura magis sunt carne. Fieri vix posse opinor, ut quis alium proferat piscem ex galeorum genere magnopere à Romanis celebratum qui molli sit carne præter acipenserem, siue sturionem nostrum. Quod si quis galeum esse neget, dicimus ideo quod cartilagineus sit, non plano sed longo corpore galeis simili, quod os in prona parte habeat galeorum modo, merito in galeis haberi. Quod branchias opertas habeat, id ei ex galeis peculiare esse, quemadmodum etiam quod pinguis sit: præter hunc enim & vulpem, siue galeū Rhodiū cæteri omnes galei pingui carent. Hæc sunt quæ de Romanorum acipensere & sturione nostro veterū Græcorū momumētis tradita fuisse puto: quæ temere à me non esse scripta existimabit is, qui res ipsas diligentius expendit, vitata vocabulorum multitudine & varietate, quique longè præstantius esse duxerit, conari ea quæ diu iacuerunt in tenebris literarum lumine accendere, quàm maiorum nostrorum ignorantia ad perpetuam desidiam abuti. Acipenser aliquando maximo in pretio fuit apud veteres Romanos, aliquando tam celebris esse desuit. Macrobius: Hæc Sammonicus qui turpitudinem conuiuij principis sui laudando notat prodens venerationem qua piscis habebatur, ut à coronatis inferretur cum tibicinis cantu quasi quadam non deliciarum sed numinis pompa. Idem secundo bello punico celebre fuisse piscis nomen, nec illius seculi diuitias euasisse probat ex Plauti comædia. Verum Traiani temporibus tanto in honore non fuit, autore etiam Macrobio: nec inficias eo temporibus Traiani hunc piscem in magno pretio non fuisse, teste Plinio secundo,

Lib. 3. de anim. facult.

Lib. 3. Saturni.

N n 2

qui in naturali historia, quum de hoc pisce loqueretur sic ait. Nullo nunc in honore est, quod quidem miror cum sit rarus inuētu, sed nec diu stetit hęc parsimonia. Nam tēporibus Seueri principis, qui ostentabat duritiam morum, Sammonicus seuerus vir vt eo seculo doctus, quum ad suum principem scriberet, faceretq; de hoc pisce sermonem, verba Plinij quę superius posui pręmisit, & ita subiecit. Plinius vt scitis ad vsque Traiani imperatoris venit ætatem, nec dubium est, vt ait, nullo in honore hunc piscem temporibus suis fuisse verum ab eo dici: apud antiquos autem in pretio fuisse ego testimoniis palam facio, vel eo magis quod gratiam eius videam ad epulas quasi postliminio rediisse, quippe qui dignatione vestra quum inter sum cōuiuio sacro, animaduerto hūc piscem à coronatis ministris cum tibicine intro ferri. Hactenus Macrobius. Est reuera sturio piscis delicatissimus, suauissimus bonique succi, vt non immeritò ab iis qui gulę delitiis dediti sunt plurimum commendetur. Nondum me omnibus satisfecisse puto, nisi iis que de sturione dicta sunt, adiungam refutationes eorum qui alios atque alios pisces pro sturione repręsentarunt, quorum studium conatūque laudo, sententias verò hac in re non sequor. Fuerunt igitur qui sturionem existimauerint esse lupum, quorum opinionem quum de lupo diceremus, reiecimus. Alij Padi attilum sturionem esse contendunt, qui nunc *adilo* dicitur, quod manifestè falsum esse sensus ipse docet: attilus enim sturione maior est, figura, sapore, pretio, tota denique natura à sturione diuersus. Alia opinio Plinij sturionem, nostrum sturionem esse affirmat, cuius pręcipuum autorem fuisse Theodorum Gazam cōplures arbitrantur. multi eandem sententiam secuti sunt maximè nominis affinitate adducti: parū enim abest sturio à tursione, pręterea Plinij autoritate, qui sturionis formam capite de tursionibus videtur expressisse. Delphinorum similitudinem habent qui vocantur tursiones, distant & tristitia quidem aspectus: abest enim illa lasciua, maximè tamen rostris canicularum maleficientia assimilati. At si Plinij tursio, phocæna sit Aristotelis, vt interpretatur Theodorus, is sturio nullo modo dici potest, cum phocæna delphinorum modo catulos pariat lactētque, sturio verò oua edat. Hermolao barbarus iuuandis literis, optimisque studiis promouendis natus, in tanta eruditorum dissentione rogatus sententiam per epistolam Paulo cortesio respondit, sturionem antiquitus hyccam fuisse, ex testimonio Athenæi hac coniectura adductus, quod hycca porcum significet, sturio autem *porcelletto* quum pręsertim sit paruus appelletur ab Italis magna eius nominis similitudine. Qua in re ab Hermolao dissentio, quem virum alioqui ob singularē eruditionem, magnamque rerum optimarum cognitionem suspicio: ex Athenæo enim nihil colligi potest vnde conicere rectè possimus hyccam stu-

Lib. 9. cap. 9.

sturionem esse: scribit enim hyccam sacrum piscem à Callimachovocari, & à Zenodoro annotari, & erythrinum à Cyrenæis hyccam dici: ab Hermippo verò Smyrnæo hyccam iulidem. Multi hodie Paulum Iouium secuti, sturionem silurum esse opinantur: quam opinionem eo animi candore à me redargui omnes quęso existiment, quod idem Iouius multorum de sturione sententias refellit. Ex Aufonij verò Mosella siluri nomine sturionem depictum fuisse ait his versibus:


*Nunc pecus equorum celebrare magne silure,
Quem velut Aethæo perductum tergora oliuo
Amnicolam delphina reor, sic per freta magnum
Laberis, & longi vix corporis agmina soluis,
Aut breuibus defensa vadis, aut fluminis vlnis,
Aut quum tranquillos moliris in amne meatus,
Te virides ripæ, te cærule turba natantum,
Te liquida mirantur aqua, diffunditur alueo
Aestus, & extremi procurrunt margine fluctus.
Talis Atlantico quondam halæna profundo.*


Horum quædam quauis sturioni competant, multa tamen repugnant. Primum silurus fluuiatilis est, sturio marinus flumina subiens, neque tam vastus, neque delphino similis, deinde terгоре olei colorem non refert: etenim oleum flauescit, sturio terгоре est cæruleo. Iam verò quę de siluri moribus tradit Plinius, à sturione valde sunt aliena; silurus grassatur vbicunque est, omne animal appetens, equos innatantes sæpe demergens: sturio verò ob oris situm & figuram id efficere non potest. Postremò neque maleficus est, neque dentibus armatus. Quare cum sturio neque veterum lupus sit, neque attilus, neque tursio, neque hycca, neq; silurus, magis ac magis in eam adducor sententiam, vt acipenserem Romanorum & Dorionis *ὀψιός*, siue Galeni galaxiam esse credam, à qua sententia non dimouebor, donec aliquis alius ingeniosior vel diligentior aliud quod magis arripserit, inuenerit & comprobauerit.

In lib. de pisc. Roman.

Lib. 9. cap. 19.

Nn 3





G V L I E L M I
R O N D E L E T I I
D E P I S C I B V S

LIBER XV.

55


De quibus deinceps dicatur.

CAPUT I.

DRIVS QVAM Ad piscium sanguinis expertium tractationem aggrediamur, de peregrinis & raris piscibus, & de beluis marinis dicemus. Peregrinos autem pisces hic appello, qui in mediterraneo mari & oceano precipuas & magis celebres Europæ nostræ partes alluentibus nunquam capiuntur, aut certè rarissimè, nec nisi quum còtinuos complures dies sequente tempestate ventorum & fluctuum viè longinquo in maria nostra compelluntur. Sic Indici maris, verbi gratia, vel rubri pisces nobis peregrini sunt, non autem Adriatici, nec Thyrrheni, nec Ligustici, nec totius huius tractus, qui à Massilia est vsque ad columnas Herculis. Quorundam etiam ex his forma est, ut ita dicam, peregrina, tantoperèq; à nostris piscibus dissidens, ut nulli eorum quos iam descripsimus, generi rectè subiici possint: huiusmodi sunt rotundi qui orbes vel testes dicuntur. Peregrinorum alij læues sunt, alij squamosi, alij cetacei, alij ex beluarum genere: in quibus explicandis ob dissimilitudinem, minùs quàm in iis quos iam executi sumus, ordinis ratio constare potest, tamen quoad eius fieri poterit, similes similibus adiungemus, ut melius agnosci & distingui possint. Sed in tam inuidiosis & maledicis temporibus temeritatis crimen vix effugiam, qui peregrina & non visa, ideòque incertiora hic proferam. At qui me accusabunt, Plinium, Galenum, Dioscoridem, & alios infinitos accusabunt, qui de exoticis & aduentitiis rebus permulta memoriæ mandarunt, quorum notitia nulla planè fo-

foret, nisi eas veteres literis consignassent. Plinius igitur de multis arboribus, auibus, piscibus, cæterisque peregrinis animantibus scripsit, Galenus & Dioscorides de iis quorum magnus est in medicina vsus, quo nomine tantùm abest, ut reprehendendi sint, ut maxima iis sit habenda gratia, quòd eorum studio & opera effectum sit, ut multa quæ etiam hodie à peregrinis & procul à nobis remotis regionibus aduehantur, agnoscamus, magnùmque ex iis fructum percipiamus. Quare nemo iure id mihi vitio verterit, si tantorum virorum exemplo peregrinos pisces à curiosis viris qui eos vel viderunt, vel de iis aliquid scripserunt acceptos bona fide studiosis proponam, ut ij scriptis meis admoniti, si quando inter nauigandum, vel peregrinadum propiùs intuendi & contemplandi occasio se obtulerit, integram de his historiam nobis relinquunt: de iis loquor, qui cum summo cognoscendarum rerum studio & curiositate, summam doctrinam ex veterum & spectatissimorum autorum libris pètitam atque confirmatam coniunxerunt, qua qui carent, non multò doctiores ex longa peregrinatione redeunt, sed persepe in rerum quas viderunt, delectu atque diiudicatione cæcutiunt. Quo fit, ut cum primùm sibi ipsi imposuerint, deinde aliis temere credètibus imponant. Quod qui seriò docti sunt, facillè perspicient in eius scriptis qui nuper de aquatilibus & aliis quibusdam rebus veluti centones confarcinavit.

De Orbe.




CAPUT II.

RBICVLATOS. Pisces vel orbes primùm describemus, quos sic appello q; in orbem & rotundam figuram circumacti sint. Horum aliquot sunt genera, quorù primum ex Orientis, alia ex Septentrionis plaga delata vidi. Est igitur orbis primus is, qui à Venetis *pesche columbo*, à Græcis quibusdam huius ætatis *flascoparo*

nominatur, q̄ lagenæ figuram referat, in Nili ostiis capitur, figura est sphaerica, si caudam excipias, prorsus à squamis nudus, vnde eum halucinatum fuisse constat, qui totum squamis opertum exhibuit. Cute dura admodum contegitur, quam asperam efficiunt aculei parui, quibus tota conspersa est, ore est paruo, dentibus quatuor latis munito. Vnicum vtrinque foramen & pinnam vnicam habet ad branchias caprisi modo, pinnulam aliam in prona parte prope caudam, aliam huic ferè respondentem in supina. Cauda in vnicam & latam definit. Piscis hic esculentus non est: totus enim capite vel potius ventre constat: quare exiccatus & tomento vel alga oppletus, inter templorum anathemata, vel cubiculorum ornamenta suspenditur, cæli partem à qua flat ventus, rostro ad eam conuerso indicat. Ex his omnibus perspicuum est piscem eum esse, qui à Plinio orbis dicitur, quanquam eo in loco pro orbis in exemplaribus quibusdã legitur orchis, id est testis, à figura etiã rotunda. Verba Plinij sunt. Durissimum esse piscem constat, qui orbis vocetur, rotundus est & sine squamis, totusque capite constat. Quæ omnia nostro orbi conueniunt: durissima est & propter aculeos aspera cute, cui cuticula alia tenuis subiacet, figura est rotunda, denique totus caput est: rostrum enim duntaxat paulum prominere, reliquum exertum non est: vel, vt diximus, totus ventre constat & cauda. E mari Nilum subire constat, aiuntque vñiones ex rore ore excepto concipere & parere, quod falsum esse existimamus.

Lib. 32. cap. 2.

De Orbe scutato




CAPUT III.

SCUTATVM Orbem vocamus quem hinc exhibemus, vt à superiore & alijs orbicularis distinguitur, cuius nominis imponendi causa fuit os illud scuti forma, quod ea in parte, in qua in terrenis animantibus pectus est, sterni vice habet. Sunt qui scutiferum appellant, quæ appellatione inductus quidam pro scutifero pisce, ridiculè hominem capite galea operto, scutum manu tenentem depinxit.

xit. Holandi apud quos piscem hunc vidi, *suetolt*, alij *bufolt* nominant à muco quem ore emittit. Est igitur hic piscis corpore terete, mucoso, capite magis exerto quam superior, oris scissura maiore, dentes in eo sunt plures & minores, oculi parui, & exquisitè rotundi. Branchiarum rimam multò maiorem habet, infra has, pinnas duas. Subest pro sterno os illud, quod scuti specie esse diximus. Neque prona neque supina parte pinnas habet, cauda in vnicam latam definit. A capite ad caudam vsq; ossa oui figura disposita sunt, inter quorum interualla aculei interiacent. Piscis est rarus & non edulis.

De Orbe echinato siue muricato.



CAPUT IIII.

TERTIVM Orbis genus quod etiam in Septentrionali Oceano capitur, manifestis notis ab alijs dissidet, nempe aculeis plures cuspides habentibus, cui ob id echinati siue muricati nomen dedimus. Echinus enim asperum & hirtum significat, vnde echinati calyces castanearum Plinio. Nuces vocamus & castaneas, quanquam accommodatiores glandium generi: armatum iis echinato calyce valium, quod inchoatum glandibus. Muricati verò nomen à muricibus deducitur. Sunt autem murices machinulae ferreae quadrati figura quæ dolosè aduersus fures, aut hostes in terram coniciuntur, quia in quancunq; partem incubuerint, vnum aut plures aculeos transitoris infestos protendunt. Curtius: Bion quidam transfuga nuntiat Regi murices ferreos in terram defodisse Darium, qua hostem equitum emisurum esse credebat. Valerius de Scipione Æmiliano loquens, in eadem significatione vsurpauit: studentibus quibusdam vt circa moenia vrbs quam obsideret, ferreos murices spargeret, ne subita eruptione hostes impetum in nostra praesidia facere possent &c. Dicun-

Lib. 15. cap. 23.

Libro 4.


Lib. 3.

tur à Græcis *τεβόλοι*, quo vocabulo in eadem re vsus est Vegetius: Galli *Chausses trappes* appellant. Ab huiusmodi muricibus orbis muricatos appello ob aculeos, quemadmodum muricata carduorum cacumina Plinius vocauit: Vtrique, inquit, folia pauca, spinosa, muricatis cacuminibus. Muricatis igitur aculeis totus hic orbis riget, vt manu tollere non possis, nisi cauda extrema apprehensa. Capite est multò minùs exerto quàm proximè descriptus, corpore magis rotundato & maiore, in quo nullæ sunt pinnae præterquam in cauda, quæ in vnicam definit. Sunt qui hystricem ab aculeis non ineptè appellent. Posset etiam nonnullis videri Æliani sagittarius, quem rubri maris piscem esse scribit. Sagittarius in eo mari procreatur, & quoniam herinacei speciem & similitudinem habet, firmis & bene longis armatur aculeis. Sed de hac re iudicent ij, qui maris rubri pisces viderunt, nihil temere de rebus parum compertis affirmare volo.

Lib. 20. ca. 23.

Lib. 11. cap. 50.

De Scolopace.




CAPUT V.

PEREGRINVS Etiam & rarus est piscis, quem hic proponimus, semperque paruus, vt arbitror: nam tres vidi eiusdem magnitudinis omnes, & ouis distentos: quod argumentum fuit satis prouecta ætatis. Varij varia nomina huic tribuunt: alij enim scolopacem vel ascalopacem (vtrumque enim apud Aristotelem legitur) nomine auis, cui prælongum est rostrum, appellant, eadem de causa vernacula lingua *Becasse*. Alij elephantem, quòd rostrum longum proboscidis modo habeat, sed rigidum est, quòdque nec contrahi, nec extendi vt proboscis possit. Longè alius est Plinij elephas ex crustatorum genere, de quo suo loco. Æliani sagittarius esse non potest, etià si aculeum longum & durum & præacutum ad caudam habeat: nam sagittario plures sunt aculei ad herinacei speciem, vt diximus. Si os magnum & dentibus munitum, non autem rostrum longum haberet, existimare aliquis posset eam anthiæ speciem esse, cui antiquorum nonnulli aculeum, seu spinam in dorso ferratam tribuunt qua, quum hamo tenetur, lineam secat. Nullum aptius piscis istius nomen mihi esse vide-

Lib. 9. de hist. animal. ca. 8. & cap. 26.

videtur, quàm scolopacis, aut ascalopacis. Corpore est rotundo, rubescente erythrini modo, squamis asperis. Dorso extremo aculeum magnum, exertum, altera parte serratum gestat. Cauda tenuis est. Carnis substantia pagro similis est, boni igitur est succi, & facilis concoctionis. Sed cum rarus sit piscis, & peregrina forma, exiccatus seruatur potius quàm editur.

De Mugile nigro.




CAPUT VI.

VNDIS Nostris incognitus est, & rarus admodum piscis, quem hic expressimus: squamosus est, mugili corporis specie valde similis, sed totus ater, lineæque nigras à branchiis ad caudam productas habet: eam ob causam mugilem nigrum vocavi. Maxillam inferiorem valde diductam habet, ob id valde hiantem ore. Septem octo aculeos in dorso gerit, à sese discretos, nullaque membrana connexos, quos pinna parua sequitur. Hunc piscem mihi depingendum dedit Pisis Portius vir in Philosophia summus, & qui cum excellenti doctrina singularem humanitatem coniunxit, nec huius solum sed etiam multorum aliorum videndorum copiam fecit, quo nomine magnam illi perpetuò gratiam sum habiturus: liberalis enim est & ingenui hominis fateri à quo beneficium acceperis. Eadem erga me liberalitate vsus est vir pereruditus Gesnerus, qui Danubij pisces, quos summo studio & labore collegit, mihi communicare voluit, qui me memorem & gratum erga se fore sentiet, si quando vlla in re operâ mea illi commodare potuero. Eo in me animo non fuerunt ij, qui cum per dolum & fraudem piscium meorum icones descripsissent, maluerunt plagij crimini obnoxij esse, quàm grato animo accepisse à me aliquid fateri. Horum vnus fuit *Φαπμαγρεβης*, cum in comitatu essem clarissimi Cardinalis Turonij medicinæ faciendæ causa. Is igitur cum me sæpius de piscibus verba facientem, & eorum picturas amicis communicantem videret, eorum nomina aliquot & figuras expiscatus, tandem aliquando post peregrinationem suam (quam equidem valde

probo, si cum multarum rerum videndarum studio doctrinam aliquam coniunxisset) me in scio & ne semel quidem nominato edidit. Tam in me iniuriosus fuit Medicus Cardinalis à Sancta Cruce, cui cum Romæ chartas meas videndas præbuissem, repente Medicus & argumenti nouitate, & varia pisciū pictura illectus, tum ex meis per multos, tum alios quos subito nancisci potuit, prælo commisit, vt audio, idq; Cardinalis sumptibus. Mirū si veri aliquid ipse ex sese de piscibus possit commentari: quæ enim in diuersis maris partibus diutius versari, quæ in dissecandis piscibus, perspicendisq; eorum partibus, notis differentiisque omnibus ponere operam potuit, qui totos dies in salutandis, ducendis, deducendisq; aulicis consumit, vt sportulam emeretur? Illi igitur cum summa diligentia me præuerrere studuerint, nec ingenuè voluerint, à quo aliquid accepissent fateri, tum vt noua rei tractatione, tum vt nominis mei silentio gloriolam aliquam aucuparentur, hoc assecuti sunt, vt veluti canes nimium festinantes cæcos pepererint catulos. Hæc candide Lector veritatis demonstrandæ causa, vtque certius & melius de illorum meisque scriptis iudicium facere possis, dicta à me esse existimato.

De Orthrorisco, siue Luna pisce.



CAPUT VII.

INTER Cartilagineos magnos siue cetaceos poterat piscis, quem hic expressimus, rectè collocari; nam etiam in nostro mari aliquando capitur, sed cum rarissimè id contingat, sitq; peregrina & parum vsitata forma, inter peregrinos recensere visum fuit. Nostri Lunam vocant, quia extrema corporis parte, quæ pinnis subest, Lunæ cre-

crefcntis figuram aptissimè refert, vel quia demptis pinnis toto corpore rotundo est Lunæ plenæ instar, Massilienses *mole* vocant à rotunditate, quod molæ molendinariæ similis sit. Hispani *bout* appellant. Nonnulli ex nostris qui Prouinciam, Hispaniamque frequentarunt, vtraque coniuncta appellatione *molebout* nominant. Quo verò nomine veteres Græci Latine piscem hunc designarint partem constat. Nam quanuis à nostris Luna dicatur, vel propter corporis extremum Lunæ in cornua curuata simile: vel propter rotundam totius corporis figuram Lunæ in orbem sinuata specie, vel quod noctu splendeat, tamen Æliani Luna dici non potest, vt ex eius verbis perspicuum fiet. Demonstratus vir à piscandi scientia, eatenus instructus vt probè rem piscatoriam interpretetur, piscem formæ similitudine eximium dicit appellari lunam, exigua magnitudine, lata figura. Idemq; affert cyanei coloris speciem similitudinemque gerere, in dorso pinnas habere molles & læues, eademque in natando explicare, & ad similitudinem Lunæ semicirculum efficere, simul & eum ipsum quum est plena Luna, tum impleri, tum implere. Nempe arbores si ex his illum appenderis decrefcnte Luna exiccari atque interire: ac si ad plantas admo ueris, eas marcescere & euanescere: si iam plena Luna, in id aquæ quod in perfossis puteis reperitur, quis hunc piscem inuenerit, aquam iugem & perennem fore, sin extrema Luna, aquam exarescere. Quod si hunc eundem in fontem scaturientem conieceris, quomodo de puteo, is ad rationem Lunæ modo euanescet, modo implebitur. Cum in his multa lunæ pisci tribuantur, quæ huic nostro desint, Æliani luna dici non potest, hic enim noster magnus est & cetaceus, argentei coloris in mari nõ cyanei, pinnis dorso mollibus caret, neq; cum Luna impletur, neq; mirabilia alia efficit quæ narrat Ælianus, à quibus cum discesseris, nullus, quod sciam, piscis est cui melius reliqua quæ scribit Ælianus competant quam leserino. exiguus enim est & rotundus, latiusq; cyanei coloris, pinnas molles leuesque in dorso habet. Quare cum piscis hic noster Æliani luna dici non possit, videamus num rota Plinij esse possit, cui Massiliensium appellatio affinis est, *mole* enim à rotunditate vocant. At quæ rotæ tribuit Plinius à pisce de quo loquimur alienissima sunt. Apparet, inquit rotæ appellatæ à similitudine, quaternis distinctæ radiis, modiolos earum oculis duobus vtrinque cludentibus: neque enim noster hic quatuor radiis constat, neq; tam magnos habet oculos, vt si quatuor radiis distingueretur, totum rotæ modiolum, id est, medium id cui radij rotæ affixi sunt, occupare possint. Quocirca cum rem attentius considerassem, non potui non existimare piscem istum esse qui orthroriscus à veteribus dictus sit. De quo hæc Plinius: Appion maximum pisciū esse tradit porcum quæ Lace demonij orthroriscū vocant. Grunnire eum quū capiatur. In hanc


opinionem tres potissimum coniecturæ me induxerunt. Prima est quod Plinius ex Appione piscium maximum esse dicat, quod certe nostro aptissimè quadrat: nam ad mirandam molem accrescit, ut pote qui quatuor vel quinque, vel sex cubitorum molem æquet, neque quicquam obstat, quod beluæ multæ marinæ multò sint grandiores, ut balæna, physeteres, pristis, scolopendræ cetaceæ, cum reliquis enim piscibus non cum beluis marinis, quæ propriè pisces non dicuntur autore Aristotele, Appion orthroriscum contulit. Altera coniectura est qua magis moueor, quod porci modo grunniat dum capitur, cuius ego rei auritus sum testis. eius soni causa rima est branchiarum stricta, id quod quum de aliis piscibus sonum edentibus tractarem ex Aristotele exposuimus, neque solum porco grunniat, sed etiam aspectu, cauda porci pedibusque demptis, similis est. Orthroriscum igitur esse existimamus quem hîc representauimus. Her-

Libro 4. molaus ex Athenæo lactantes porcellos atque adhuc subgrumos *ὀρθροεισους* nominatos fuisse scripsit Lacedæmone *ἀπὸ τῆς ὀρθροεισῆς ἀγορῆς*, quoniam matutinis omnibus venales circumferrentur. Obiiciat nobis aliquis Plinij auctoritatem, qui alio in loco de porco marino hæc prodidit: Inter venena sunt piscium porci marini spinæ in dorso, cruciatu magno læsorum, remedium est limus ex reliquo piscium eorum corpore. At alij sunt præter orthroriscum qui porci dicti sunt, ut capriscus, qui porcus à Strabone etiam dicitur & aper, quibus sunt in dorso spinæ acutissimæ & noxiæ: de quorum alterutro Plinij modò citatum locum intelligendum esse arbitror. Sunt & alij qui vel à figura, vel ab aliqua cum porcis morum affinitate porci nuncupati sunt. Nulla igitur reclamante nota orthroriscus rectè à nobis exhiberi videtur, qualis verò sit ex descriptione melius agnoscas. Itaque piscis est maximus, longus, latusque, terete vel potius ouata figura: etenim pars anterior acutior est, posterior latior & rotundior. Cute integitur aspera, argentei coloris. Ore est paruo, dentibus latis continuisque. Oculis paruis & rotundis. Pro branchiarum scissura foramen est in medio circuli veluti centrum. Ad branchiarum foramina pinnæ sitæ sunt breues & rotundæ ac latæ, quæ pinnarum constitutio ad sursum deorsumve impellendum corpus accommodata est, prope caudam alia duæ sunt aliter conformatæ, nempe longiores & strictiores quibus corpus dextrorsum sinistrorsumque mouetur, altera harum in dorso est, altera prope anum. Cauda crescentis Lunæ figurâ est, superiore inferioreque parte articulata est, ut tum in dextrum tum in sinistrum moueatur, iterque dirigat. Caro huius cocta glutinû ex tergoribus bouum confectum refert, vel sepiarum salsarum & coctarum carnem. Præter carnem adipis multum habet porci modo. Partes internæ, ob totius

cor

corporis rotunditatem conglobata sunt. Totus piscis ferini odoris est, unde à nostris piscatoribus si quando capiatur, quod rarò fit, negligitur. Quum aliquando fresconios scopulos qui in agathensi sunt sinu, & in his hærentia ostracoderma inspicere, illic grunniem orthroriscum audiuius, tandem à piscatoribus captum vidimus, qui quidem mihi affirmarunt se alias etiam & grunniem audisse & cepisse. Alius multò maior ex Magalonensi sinu ad me delatus est. Noctu quibusdam partibus ita lucet, ut ex iis ignis splendidissimus, vel aliquod aliud illustrissimum lumen emicare videatur, ita ut seruus aliquando meus, cum noctu in locum in quo orthroriscus erat, incidisset, territus inde fugerit. Piscis huius pinguedo multa est & candida, quæ liquefacta ad lucernas valet, sed hoc habet incommodi quod pisculentum fetorè redolet, veluti balænae adeps. Eandem ad dolorem articulorum & neruorum contractionem siue rigorem valere experti sumus. Cum farina frumenti abscessibus imposita suppurationem promouet. Tumoribus duris hepatis, lienis, vel aliarum partium molliendis confert, styrace addita. Dentis vsti spodij vice esse possunt.

De Rara boopis specie.




CAPUT VIII.

RARVS est piscis quem hîc exhibemus, cuius nomen neque à piscatoribus nostris, neque ab aliis potui vnquam extorquerè propter raritatem. Piscis est palmi maioris longitudine, totus à squamis nudus, ore paruo, oculis valde magnis pro corporis ratione, in pronis partibus pinnam habet ad caudam vsque continuam, cauda lata spissaque est. Ad branchias & in ventre binas pinnas habet. Sapore, carnis substantia, oculis boopem refert.

O o 2


De Lacerto peregrino.



CAPUT IX.

VIRIDITATE Jucunda coloratus est piscis, quem præfiximus, à quo colore, necnō ab oris totiūsq; capitis similitudine cum lacerto terrestri, multi lacertū vocant. Piscis est cubiti magnitudinem attingens, capite crasso, ore magno & hiante, dentibus acutis munito. Sunt qui *Caipov* vel *Caveida* esse credant, non sine errore, quia vt antea docuimus, *Cūpos* vel *Caveis* acui & *Sphyræ* similis est, quibus nulla est cū eo de quo nunc loquimur affinitas. Aliis placet lacertum esse maris rubri, quem his verbis descripsit *Ælianus* de piscibus maris rubri loquēs. Eiusdem maris lacertus est, cuius magnitudo ei qui nascitur apud nos, æqualis est, virgatus spectatur, lineis nimirum aureolis circumdatur à branchiis ad caudam pertinentibus, quas media argentea distinguit. Ore est hiante, maxilla inferior eminent in superiorem, virides oculos habet, quos aureo fulgore palpebræ ambiunt. Hæ omnes notæ cū satis expressæ sint, nō dubito quin maris rubri lacertus sit. His accedit aliud quo magis in eadē sententia cōfirmor, quod piscem hunc ex ea regione in qua est mare rubrum, delatum & mihi à viro pererudito *Gulielmo pelicerio* episcopo *Monspeliensi* donatum depinximus.

De Phyllalo.



CAPUT X.

INTER Pisces maris rubri *Ælianus* phyllalum ex *Leonide* recenset & describit his verbis. In mari rubro, sinu Arabico, piscem *Leonides* Byzantius gigni ait, gobio ætatis perfectæ non magnitudine inferiorem: nullos oculos, nullamque os habentem, more

more tamen piscium branchias his innatas esse, capitis figuram etfi minùs expressam coniectari posse: infra imum ventrem formam quam leuiter contractam in sinum apparere, quæ smaragdi colorem reddit, hanc ei oculorum loco & oris esse idem ait. Quisquis hunc gustauerit, sentiet magno malo suo expiscatum illum fuisse: nam statim vt gustauerit, acerrimis doloribus premitur: deinde illius venter cum extrema vitæ pernicie disrumpitur: veruntamen & is tanti mali si semel capiatur, pœnas pendit. Quum primum est extra aquam, inflatur: & si eum tetigeris, magis magisq; intumens exardescit. Tūmque si quis assidue eum moueat, præ siti totus perlucet, & tanquam morbo intercutem denique disrumpitur. Si quis hunc etiam nunc viuentem in mare velit reicere, is supernatat more inflatæ vento vesicæ, quocirca ex affectu *Leonides* ait phyllalum appellatum esse. Idem eodem in loco phyllam piscem ponit, sed à phyllalo diuersum, ne quis ob nominis affinitatem eundem esse putet: est enim phylla piscis *Ægyptius* admirabili natura præditus: nam eum notionem habere ferunt, quando Luna augeatur & diminuatur, eiusq; iecur pariter cum Luna decre-scere, pariterq; recrescere, corporisque habitu modò esse opimo, modò gracili & tenui. Cum phyllalo eundem planè esse eum quem hîc expressimus, non affirmamus, quanuis pisces aliqui locis quibusdam proprij esse putantur, qui tamen in aliis aliquâdo, sed rariùs, reperiantur. Sed si phyllalus non est, ei certè non valde dissimilis iure dicitur, vel erucarum marinarum generi rectiùs subiicietur. Ore & oculis caret, in medio latior est, extrema gracilescent & incuruantur, in ventre siue in supina parte rugosus est, pudendi muliebris speciem referens, in prona parte siue in dorso tumores parui eminent, verrucas piscatores nostri vocant, è quibus pili virides existunt. At contactum intumescit & supernatat, vt *Ælianus* de phyllalo scripsit. Præterea venenatum esse in cane experti sumus.

De Perseo maris rubri.

CAPUT XI.

PISCES sunt multi: maris rubri & aliarum maris partium proprij quique nullis aliis in locis reperiantur, quemadmodum & terrenæ animantes plurimæ in Africa & in India sunt, quæ nusquam alibi gignantur. Quanquam aliquando vsuuenit vt maiorum incuria quibusdam nos carere crediderimus, quæ postea doctorum & sedulorum hominum reperit industria, vt viperas in Gallia nullas esse sibi persuaserant patres nostri, quod tamen hodie certa experientia refutat: & diuitum qui vel voluptati seruiunt, vel

nouarum rerum studio tenentur sumptibus & opera effectum est, vt ab externis & procul remotis locis, in nostras terras deportata sint quædam antea à nobis non visa. Quod non solû in cæteris rebus, sed etiam in piscibus accidit, vt de scaro antea dictum fuit. Quare non omnes pisces parti alicui maris assignati in ea sola reperiuntur, etiam si quidam sint nullis aliis communes, quales sunt ij de quibus nunc dicturi sumus, quos ex Æliano potissimum describemus sine exceptionibus. nolimus enim scientes studiosis imponere, & librorum duntaxat momentum cognita perinde ac ea quæ vidimus, contrauimus, dissectimus depingere. Neq; consilium hoc nostrum exemplo, neq; ratione caret. Etenim certum est Pliniû permulta nunquam à se visa ex veterû & spectatorû autorû libris transcripsisse, quæ diligentia sua ab hominum obliuione atq; à silêtio vindicauit. Ac spero breui futurum vt Petrus Gyllius vir doctissimus & in omnium rerum cognitu dignissimarû peruestigatione diligentissimus, non solû pisces, sed alia permulta quæ vidit in Græcia, Ægypto, Syria, Perside studiosis spectanda proponat. Interea ad eorum lectionem & cognitionem incitabuntur & præparabuntur philologi omnes, iis quæ breuiter hic tradituri sumus. Ac primùm de perseo, cui Ælianus tam illustres notas tribuit, vt ab aliis internosci facile possit. In mari rubro, inquit, piscis nascitur quem Arabes perseum nominant, Græci quoque eodem nomine appellant: nam vtriq; Iouis filium Perseum vocat, ex cuius vocabulo nomen traxisse piscem hunc prædicant. Is pari est magnitudine cum anthia maximo, aspectus similitudo illi etiam est cum lupo, naso est leuiter adunco, cingulis aureis distinguitur, quæ à capite exoriëntia oblique feruntur, & ad ventrem vsque pertinent, frequentibus & permagnis dentibus munitus est. Ex omnibus piscibus qui in eo mari versantur, robore & audacia maximè excellere dicitur.

Lib. 12. ca. 40.

De Elope.

CAPUT XII.

Lib. 11. cap. 21.

ELOPEM Ab acipensere & anthia differre antea docuimus. Est autem sacer piscis vocatus, vt scribit Ælianus, rarus inuentu creditur, in profundo Pamphylio capitur: sed tamen etiam inde nisi vix & admodum rarò, quòd si capiatur coronis ob secundam piscationem sese non modò piscatores ornant, sed & piscatoria nauigia fertis redimiri curant, & plaûsu & tibiærum sono prædam testantes, ad terram nauem applicant. Alij non hunc sed anthiam sacrum existimant, quia locus quem anthias incolit, & beluarû expers, & vrinatoribus tutus est, & cum piscibus pacem seruant. De eodem elope

ex

ex Columella & Plinio plura, quum de acipensere ageremus. Hoc vnum non possum non mirari, quòd scripserunt antiquorum quidam elopi soli squamas esse ad os versas: hic enim squamarum situs maximè mihi à naturali constitutione alienus esse videtur. Nam cum piscibus vt cæteris animantibus sensuum sedes sint in capite, quorum ope nocitura declinent, profutura persequantur, necesse est in anteriora natationem dirigi, quòd si ad os versæ essent squamæ, etiam in leniter fluente aqua impetus retardaretur, in rapida verò profus inhiberetur: vndis enim squamas subeuntibus & leuantibus in aduersum pellerentur pisces: cogitare itaq; non possum quid causæ sit cur optimum & piscium constitutioni accommodatissimum squamarum positum natura in elope mutarit, quæ id in piscibus creandis maximè obseruasse videtur, ne quid esset quod natationem impediret, qua de causa auriculis, pedibus, manibus, pudendis propendentibus, mammisque omnes priuat. Hanc tam insignem in elope notam non prætermisisset Aristoteles, qui elopem vidit, vt iudicare licet ex iis locis, in quibus particularum elopis meminit, de branchiis piscium loquens: Οἱ δὲ δύο ἐφ' ἐχέτερα, ὅ μὲν ἀπλωῦ, ὅ δὲ διπλωῦ, οἷον γόργος καὶ Ἰχθύρος, οἱ δὲ τετραεφ' ἐφ' ἐχέτερα ἀπλωῦ οἷον ἔλωψ, Ἰψωαγρὶς, σμύρανα, ἔγχελυς. alij binas vtrinque branchias habent, alteras simplices, alteras duplices, vt conger, scarus: alij quaternas vtrinque simplices, vt elops, synagris, muræna, anguilla. Item alibi quum de fellis situ verba facit. Οἱ δὲ ἄλλοι πρὸς τοῖς ἐπὶ ἐλαίς, οἱ μὲν πρῶτον, οἱ δὲ ἔστυρον, οἷον βάρσαχος, ἔλωψ, Ἰψωαγρὶς. alij in intestinis situm fel habent, his longiùs à iecore, illis propius, vt rana, elops, synagris. Hæc sunt quæ nunc de elopese sentio.

Lib. 2. de hist. animal. cap. 13.

Lib. 2. de hist. animal. c. 15.

De marino Grue.

CAPUT XIII.

MARINI Gruis Ælianus meminit, mirabilèmq; rem de eo narrat ex Demostrato viro in piscium cognitione exercitato, his verbis: Marinus grus Corinthiaci sinus alumnus ad quindecim pedum iusta mensura dimensorum magnitudinem procedit. Eius & caput & os alitis gruis speciem similitudinèmq; gerit: squamæ pennis gentilis auis ei similes sunt. Tanto robore salendi est, vt tanquam emissum à contento neruo telum feratur. In sermonem Epidauriorum venit, hoc animal ex nullo pisce generari, sed quum volucres grues Thraciû frigus fugientes, tum foemina ad coitum exardescentes, tum mares veneris libidine conflagrantes inter se cõplexu

venereo iungi cupiunt, foeminas suspensum coitum sustinere non posse, idcircoque semen emittere, quod voti compotes fieri non possunt. Ac si supra terram volent, id ipsum ad nihilum recidere, sin supra mare, id delapsum tanquam thesaurum per manus traditum, sic à mari huc foetum asseruatum, animantemque effici, neque velut in aluum sterilem illapsum perire. Demonstratus, inquit, huc piscem vidi, & magno pere consideravi, quumq; vt aliis ostendere possem, sale condire vellem, atq; coquis ipsum secantibus viscera intuerer, tum ex vtroq; latere spinas similiter atque tabulas legum triangulas esse, tum eius iecur in longitudinem procedere aspexi, tum iecori subiectum fel longum, follem tanquam scortum habere, vt faba recens videretur. vbi verò primùm iecur & fel exempta fuissent, ambo statim intumuisse, vt iecur instar hepatis maximi piscis videretur, fel verò lapidem, super quem fortè positum fuerat, consumpsit.

De Elacatene.

CAPUT XIII.

N Piscium catalogo statim post hepar helacathenas Plinius numeravit, & Athenæus post hepatum. Sed animaduertendum apud Plinium scribi helacathenas, apud Athenæum elacatenes, quam postremam lectionem secuti Festus & Columella elacatenam dixerunt, quanquam apud Columellam non elacatena sed elacata legatur, cui voci elacatenam rectè substituit Hermolaus. Qui sint autem elacatenes, declarat Athenæus ex Mnesimacho: *Μνησιμαχος ἰπποδροφῶν, Ἰχθυόβροτος, θύννος, κωβίδος, ἡλακθίνες, εἰσι δὲ κητώδεις ἐπιτηδεῖσι εἰς τὰς χεῖρας.* Mnesimachus in hippotropho, scomber, thynnus, gobius, elacatenes sunt autem elacatenes cetacei ad salendum idonei. Festus: Elacatena genus est falsamenti, quod appellatur vulgò melandrya. Columella: Sombri, carchari, elacatenæque ventriculos, & ne singula enumerem, falsamentorum omnium purgamenta. Ex his colligo elacatenam piscem fuisse ex thunnorum genere, vel thunnis & lacertis corporis specie consimilem, longum scilicet & cetaceum, iaculi vel coli vel fusi figura, in extremis tenuiore, in medio crassiuscula, à verbo ἡλάσσω, quod significat circumuoluo & circumuerto. Cum salitur idoneus esset piscis, factum est, vt non pro pisce solum, sed pro falsamento sumeretur, quemadmodum garum, liquor qui ex garo fit pisce. Quod ex thunnorum genere sit vel thunnis, similis elacatena suspicari licet ex Festo, qui elacatenam genus esse falsamenti scribit, quod melandrya vocatur: nam *μέλανδρυς* autore Pamphilo & Athenæo. *Τῶν μεγίστων θύνων εἶδος ἐστὶ. sunt & μελανδρύαι, τὰ τεμάχια αὐτῆς λιπαρώτερα.* id

Lib. 32. cap. 11. Libro 7.

Lib. 8. cap. 17.

Libro 32

id est, particula thynnorum pinguiore, quæ alibi, vt opinor, dicuntur *καὶ τὰς ὀρκυῖας.* His subscribit Plinius de thynnis membratim, casus loquens: melandrya vocatur casus quernis, assulis similima. Præterea ex eo quod similes pisces coniungit Athenæus in iis quæ ex Mnesimacho præfert, quæ iam citauimus perspicuum esse potest, mendum vnum esse, vt pro *κωβίδος καὶ γλαίας* legendum sit: nam *κωβίδος* dissimilis est, & vita & corporis forma, *καὶ γλαίας* verò eiusdem generis vt ex superioribus libris constat.

Libro 8. Lib. 9. cap. 15.

De Ruminali pisce.

CAPUT XVI.

A Z A Et qui Græca Latinæque nomina animalium in fine librorum Aristotelis de animalibus collegit, ruminalem piscem nominant, qui Græcè dicitur *μήρυξ* ab Aristotele *lib. 1. de Histor. animal. μήρυξ* *ἢ δὲ τὸ μὴ ἀμφοδόντα, οἷον βοῆς, καὶ πρόβατα, καὶ ἀγέες, ἐπὶ δὲ τῶν ἀγρίων: ἔδὲν πῶς ἰωάννηται, ὅτε μὴ ἰωάνθηται ἐνθὲς, οἷον ἐλάφος, αὐτῆ δὲ μήρυκα ἔστι, πάντα δὲ καὶ τὰ κείμεινα μήρυκα ἔστι μῆλον, μῆλινα δὲ τὰ χαμῆνος μήρυκα ἔστι, τὰ τε καὶ οἰκίαν ἑφερόμενα, σχεδὸν ἐπὶ μῆνας τὸ ποιεῖ, τὸ δὲ ἀγελαῖα καὶ ἦτρον καὶ ἐλάττονα χερόν μήρυκα ἔστι, διὰ δὲ νέμεσιν ἔξω μήρυκα ἔστι, καὶ τῶν ἀμφοδόντων ἐστὶν, οἷον οἷτε μύες: οἱ πρόβητοι, καὶ οἱ ἐχθύες, καὶ οἱ καλῶν ἐνοῖ ἀπὸ τῆς ἐργῆς μήρυκα.* Quæ sic conuertit Gaza: Ruminant quæ superiore dentium ordine carent, vt boues, oues, capra. Ex feris nihil adhuc ruminare constat, præterquam ea quæ aliquando cum hominibus exigunt, vt ceruus: hunc etenim ruminare planum est. Iacent potissimum quum ruminant omnia, & hybernis præsertim mensibus solent ruminare, septem ferè mensibus hoc faciunt, quæ intra tectum aluntur, gregales leuius minúsque temporis ruminant: quoniam foris pascantur. Sunt etiam ex dentatis vtrinque nonnulla quæ ruminant, vt mures pontici, & piscis quem ab ea re ruminalem quidam appellauerunt. Sed horum postrema pars à Gaza perperam mihi videtur esse conuersa, sic enim vertendum fuerat. Ruminant & quædam vtrinque dentata animalia, vt mures pontici, & pisces quidam, & qui ab ea re *μήρυξ* vocatur, id est, ruminalis, si verbum verbo reddere voluerimus, vt *μήρυξ* diuersum sit animal à piscibus ruminantibus, quanquam in quo animantium genere numerari debeat, mihi adhuc sit incertum. Hæc vt vera esse credam, facit Aristotelis ipsius autoritas qui duobus in locis tradit ex piscibus omnibus scærum solum ruminare, prior est, in quo de piscium ventriculo verba facit, *μίαν γὰρ καὶ ἀπλῶς ἔχει, διαφέρει τῶν τοῖς σχήμασι: ἔτι οἱ γὰρ πάμπαν ἐτεροδῶν ἔχει οἷον ὃν καὶ ἔχει ἄσπονδον δὲ δὴ καὶ μόνος ἰχθύς δοκεῖ μήρυκα ἔχειν.* Venterculus

Lib. 2. de hist. animal. ca. 17.

Lib. 8. de hist.
anti. cap. 2.

iis vnus & simplex, sed figura varia est, vt ei quem scarum vocant, qui & ruminare solus piscium creditur. Alter est. δοκεῖ δ' καὶ τῶν ἰχθύων καὶ ὁ καλεόμενος Σκάρπος μνησκάειν ὡς περ τὰ τετραπόδα μῦθος. Scarus vnus inter pisces ruminare quadrupedum ritu videtur. Quæ cum ita sint, secum ipse pugnaret Aristoteles, si præter scarum piscem alium esse diceret qui ruminaret, vt necesse sit: vel ruminalis piscis. nomine scarum intelligi, vel ruminalem, aliquod aliud animal esse ex eorū numero quæ vtrunque dentata sunt, tamen ruminant.

De Cercuro, bopgyro, aulopio & aliquot aliis piscibus.

CAPUT XVI.

In Halien-
tico.

Lib. 1. ἀλιού-
τικῶν.



ΕΡΚΟΥΡΟΥ Meminit Ouidius inter eos pisces, qui in ponto nascuntur.

Cercurusque ferox scopulorum sine moratus

Lib. 8. de hist.
animal. ca. 23.

Eiusdem inter saxatiles meminit Oppianus. Bopgyrus quoque ex ponticis est piscibus in scopulis viuens, ex iisdem sunt rhacinus pullus, aurei coloris chrylos, præterea paruus teragus. Ij nobis nomine tantum noti sunt. item dascillus apud Aristotelem. Halesurion, inquit Hermolaus, sunt qui pro callionymo pisce capiant. Alabes, mæotes, simus, eleotris, cynodexia, cynops vel cynopus, etelis, eleginus, melys, mythus, phyca, parus, phytarus, vrenaturpæna, fortasse pro muræna & torpedine, sunt: & alij infiniti pisces quorum nominibus superfedeo, nobis ignoti. Sed admonendi sunt studiosi alios ideo incognitos esse, quod nobis peregrini sunt, vt Nilotici qui è mari Nilum subierunt, alij aliorum locorum proprii. Quamplurimi corruptis nominibus apud Plinium, Athenæum, Aristotelem in exemplaribus nostris leguntur, vt *μύκων*, papauer Gaza interprete pro *μύκων*, & *μύκωνος* pro *μύκωνος* murinus eodem interprete, alij nominati tantum sine vllis notis aut internarum aut externarū partium, vt ne ex etymo quidem coniecturam vllam capere possis. Quosdam Oppianus nominibus propriis, omisis, epithetis tantum designauit vt *δ' ἰσοπέδης*. De nonnullis aliter atque aliter diuersi autores scripserunt, vt aulopum quartam anthiæ speciem facit Oppianus, aulopiam & anthiam eundem esse scribit Aristoteles in species anthiam non diuidens: *Elianus* verò aulopium alium videtur descripsisse. Qui circum insulas Tyrhénicas nūcupatas in maritimis rebus versantur, cetaceum quempiam piscem aulopion appellant, cuius vim & naturam explicare alienum non est. magnitudine maximum aulopion maximi thūni superant, & robore aulopios cum illis collatus pinnas fert.

Lib. 11. ca. 22.

fert. Quauis thynnorum natio fortissima est, & aduersarij aulopij promptè repugnantis primum impetum vi sanguinis consistentis sustinet, quo celeriter depulso vincitur. Aulopios verò per diu pugnam tolerat, ac nimirum contra pisces decertat, & sepiissime victoriam reportat, sese vrgens, & caput in profundum deprimens: sua enim natura ore ac tanquam ceruice est robusta. Quum est captus eximia forma spectatur. Oculis est patulis, rotundis, magnis, cuiusmodi *Homerus* bubulos esse canit. Dorso est cæruleo, & ventre candido, à capite ad caudam pertinens quædam linea in orbem definit. Ex his colligunt nonnulli aulopion esse, quem lingua vernacula vocamus *boniton*, quem amiam esse demonstrauimus. At notæ aliquot insignes reclamant, neque enim cetaceus est piscis sicuti aulopios, neque lineam auream à capite ad caudam ductam habet, neque oculis est magnis patulisque. Hæc duntaxat nota vtrique communis est, quod dorso sint cæruleo, ventre candido.

De Reuerso indico.

CAPUT XVII.



IRABILIS Est piscis, quem Indi reuersum vocant. Eodem quo elephas ingenio esse videtur: nam facile cicuratur, docilis est, & loquentes intelligere videtur, adeò vt Indi cum eo piscari soleant. Piscis est palmi magnitudine, squamis rugosis contentus spinis acutissimis & maximè in dorso munitus est, & ab umbilico ad caudam, quibus pisces etiam maximos ferit, & veluti affixis hamis retinet atque trahit. Hunc cum aliis captum seruant & cicurant, vt eo postea phocas, tiburones, manatos venentur, aliòsq; huiusmodi pisces, qui ideo quod pulmonibus spirent, in summa aqua sapius natant. Funiculis igitur alligant, annexis aliquot suberis frustis, blandisque verbis hortantur & incitant, vt magno animo in fortiores & meliores impetum faciant, atque ad litus cogant, tum in mare iniectum natare sinunt, atque cum præda reuersum laudant, & gratias agunt, perinde ac si piscis ratione præditus & in eos beneficus, monitus atque hortationes audiat, cum ipse *ὑποδιδάκλος* & solutus idem faciat, quemadmodum alij plurimi sunt, qui alios etiam feroces persequuntur, vt in singulorum historia sæpe dictum est. Aiunt piscem hunc in cibis bonis haberi, quod neque sicca sit nimirum carne neque glutinosa.

De Remora.

CAPUT XVIII.

RXENEIΣ A Græcis dicitur piscis, ἀπὸ τῆς ἔχιδος
 vāus, id est, à retinendis nauibus, sic & à Latinis remo-
 ra & remiligo ab iisdem remorandis. Huius piscis
 quanuis frequens fiat & celebris ab effectu mentio à
 veteribus, rarò tamen hodie cernitur, imò paucissi-
 mis cognitum esse putauerim, qua de causa inter peregrinos & igno-
 tos repono. Cur autem parum notus sit, in causa fuerunt diuersæ à
 diuersis scriptoribus traditæ huius piscis descriptiones, vt si omnes ve-
 ra scribant, necesse sit pluribus piscibus nauium retinendarum vim
 inesse, id quod non animaduertentes plurimi, quum remoræ notas
 ab Aristotele, Plinio, Oppiano traditas confundunt, perinde ac si
 omnes de eodem pisce loquerentur, euenit, vt neque Aristotelis, ne-
 que Plinij, neque Oppiani echeneida internoscant. Quod autem
 alia atque alia sit variorum autorum remora, iam demonstrandum
 est. Oppianus tradit echeneida pelago amicam esse, longam cubi-
 tum vnum, sub fusco colore, anguillæ similem, acutum os habere sub-
 ter, contortum, rotundi hami cuspidi simile, de qua nauæ rem mira-
 bilem narrant, omnibus qui non viderūt incredibilem: nauem enim
 secundi venti vi impulsam, passisq; velis per mare currentem, eche-
 neis tanquam eam voratura ore admoto sistit, inuitisque nauis reti-
 net, perinde ac si in tranquillo portu quiesceret. Oppiani versus ci-
 tauimus, quum de lampetra diceremus, quos hic omitto, ne proli-
 xior sim. Plinius limaci magnæ similem esse dicit eorum testimo-
 nio, qui eam viderunt, quæ Caij Principis quinqueremem tenuit. Li-
 bro autem nono diuersorum diuersas sententias de eadem profert,
 vt ipse monet libro trigesimo secundo: Nos, inquit, plurimorum
 opiniones posuimus in natura aquatiliū, cum de eo diceremus, li-
 bri noni locum intelligens, quem iam citamus. Est paruus admo-
 dum piscis assuetus petris, echeneis appellatus: hoc carinis adhæren-
 te naues tardiùs ire creduntur &c. Ibidem. Mutianus muricem esse
 latiore purpura, neque aspero, neque rotundo ore, neque in angu-
 los prodeunte rostro, sed simplice; concha vtroque latere sese colli-
 gente. Et mox: Trebius Niger sesquipedalem esse, & crassitudine
 quinque digitorum, naues morari. Quam dissimilia sunt ista, remo-
 ram anguillæ similem esse, longam cubitum vnum, & pisces admo-
 dum paruus esse petris assuetum: deinde muricem esse purpura la-
 tiorem, tum limaci similem esse. Postremò sesquipedalem esse, &
 quin;

Lib. 32. ca. 1.

Cap. 25.

quinque digitos crassam, sed interim annotatione dignus est Plinij
 locus libro nono. Est paruus admodum piscis assuetus petris, eche-
 neis appellatus: hoc carinis adhærente naues tardiùs ire creduntur,
 inde nomine imposito: quam ob causam amatoris quoque venefi-
 cius infamis est, & iudiciorum ac litium mora, quæ crimina vna laude
 pensat. Pedes enim habere arbitratur Aristoteles, ita posita penna-
 rum similitudine. Imò reprehendit Aristoteles eos qui remoræ pedes
 tribuunt. Ἐστὶ δὲ ἔχιδνα λίαν τὰν πειρῶν, ὁ καλεῖται τὰς ἐχενίδας, καὶ χρο-
 τὰί τινες αὐτῶν πρὸς διλίγας, καὶ φίλτρα, ἔστι δὲ ἀβρωῖον. Τὸτο δὲ ἐνὶ φασίν ἔχιδνα
 πόδας, εὐκὲ ἔχον, ἀμὰ φαίνε, διὰ δὲ τὰς ἀβρωῖας ὁμοίως ἔχιδνα ποσὶ. Legen-
 dum igitur apud Plinium, pedes habere arbitrantur ex Aristotele, ita
 posita pennarum similitudine, vt rectè emendauit Massarius. Ælia-
 nus eandem quam Oppianus remoram describere videtur. Echeneis
 pelagius est piscis, aspectu niger, longitudine cum mediocri anguilla
 æquandus. Nomen à rebus, quas agit habet, ab inhibendis nauibus.
 Echeneida Græcè scientes appellarunt. Nauis secundo vento & ple-
 nis velis propulsæ extremam puppim mordicus premens tāquam in-
 domitum atque effrenatum equum freno robusto inhibens, violen-
 tissimè ab impetu reprimat, & constrictam tenet: frustra q; ventis vela
 dantur, frustra venti afflant, quæ res vectores angit, & sollicitos vehe-
 menter habet. Ex his id cōstare puto, quod initio proposueramus, ni-
 mirum non vnam echeneida à veteribus descriptam fuisse. Nunc de
 eiusdem piscis vi facultatèq; dicendum, quam cum cæteri autores, tum
 maximè Plinius ad stuporè vsq; admiratur, in diuersis locis. Addatur
 his reciproci ætus mirabilis vis, versumq; totum mare in flumen, ta-
 men omnia hæc pariterq; eodem impellentia, vnus ac paruus admo-
 dum pisciculus echeneis appellatus in se tenet. Quant ventis licet & se-
 uiant procellæ, imperat furori, virèsq; tantas compescit, & cogit stare
 nauigia, quod non vincula vlla, non ancoræ pondere irreuocabili ia-
 ctæ infrenat impetus & domat. Mundi rabiem nullo suo labore, non
 retinendo, aut alio modo quàm adhærendo. Hæc tantilla est satis con-
 tra tot impetus, vt veteri ire nauigia. Sed armatæ classes imponunt sibi
 turrium propugnacula, vt in mari quoque pugnetur veluti è muris.
 Heu vanitas humana, cum rostra illa ferroq; adictus armata, semipe-
 dalis inhibere possit, ac deuincta tenere pisciculus. Fertur ætiaco ma-
 ri tenuisse prætoriam nauim Antonij properantis circumire & exhor-
 tari suos, donec transiret in aliam. Ideoque Cæsariana classis impetu
 maiore protinus venit. Tenuit & nostra memoria Caij Principis ab
 Astura in Antiū remigantis, vt res est, etiā auspicalis pisciculus. Siqui-
 dem nouissimè tū in urbem reuersus ille Imperator suis telis confos-
 sus est. Nec longa fuit illius moræ admiratio, statim causa intellecta,
 cum è tota classe quinqueremis sola non proficeret, & exilientibus

Lib. 2. de hist.
anim. ca. 14.

Lib. 12. ca. 45.

Lib. 32. cap. 17.

protinus qui id quærent, circa nauim inuenere adhaerentem gubernaculo, ostenderuntque Caio indignanti hoc fuisse, quod se reuocaret, quadringentorumque remigum obsequio contra se intercederet. Constabat peculiariter miratum quomodo adhaerens tenuisset, nec idem polleret in nauigium receptus. Qui tunc posteaque videre, eum limaci magnæ similem esse dicunt. Nec dubitamus idem valere ad omnia genera, cum celebri & consecrato etiã exemplo apud Gnidiam Venerem, conchas quoque eiusdem potentia credi necesse sit. E nostris quidam Latinis remoram appellauere eam. Mirumque à Græcis, aliis lubricos partus atque procidentes contineri ad maturitatem alligato eo prodiderunt. Alij sale asseruatum alligatumque grauidis partus soluere, ob id alio nomine odinolyontem appellauere. Quocunq; modo ista se habeant, quis ab hoc tenendi nauigia exemplo de vlla potentia naturæ atque effectu, in remediis sponte nascentium rerum dubitare debeat? Et alibi. Mutianus muricem esse purpura latiore, neque aspero, neque rotundo ore, neque in angulos prodeunte rostro, sed simplice, concha utroque latere sese colligente, quibus inhaerentibus plenam ventis stetit nauem portantem nuncios à Perianthro ut castrarentur nobiles pueri, conchasque quæ id præstiterunt, apud Gnidiorum Venerem coli. Trebius Niger sesquipedalem esse, & crassitudine quinque digitorum naues morari. Præterea hanc esse vim eius asseruati in sale, ut aurum quod decideret in altissimos puteos, ad motus extrahat. Huius tam mirandi effectus causam planèque occultam esse causam videtur significare Plinius. Adamus Leonicerus in libro de aquatilibus huius nullam omnino causam naturalem reddi posse existimat. Non immeritò, inquit, tantas in tantillo pisciculo vires aliquis miretur, magneti quidem sua est in ferrum facultas, adamantem coram toxico ferunt madere, turchesiam appetente periculo aut scindi, aut omnino rimam aut maculam aliquam concipere, sed longè alia natura venit admiratio in nostra echeneide, lapidibus siquidem & metallicis naturalis pro materiei varia conflatione, caelestiumque corporum in ea elaboratione quadantenus causa assignari potest, partim etiam natura secretis est relinquenda. Basiliscum serpentem adeò venenatum esse scribunt, ut visu etiam in hominem virus transfundat. Torpedo piscis non tangenti piscatori per hamum & virgam torporem, unde nomen etiam accepit, sicut & Græcis *καρπεν* dicitur, immittit, ac totum deinde corpus occupat, in quibus veneno ea vis tribuuntur, sed quid de hoc pisciculo asseremus in medium? quam eius viribus & potentia ascribemus rationem? Hic sicut & reliqui pisces in aquis agit. Non alibi nisi in aquis vires suas exercet, nulla adest magnitudinis in eo violentia, minutulus ipse nauis se adiungit, nulla vis contra ipsum satis est, nullius impe

Lib. 9. cap. 25.

impetus loco mouere nauem potest, nisi pisciculus hic nauis adhaerere inuentus esset. Adscribi illud potest, cur non aliaè similiter naues fixæ manent? cur hæc tantum, cui pisciculus hic se adiunxit? cur inuento hoc & amoto plenis mox velis nauis procedit, nec impedimentum amplius sentit? Fatendum est rationem hinc naturalem adferri nullam posse. Et quis non videt in eodem fatale quoddam indicium & præfagium quasi futuri mali præcium, periculum imminens cupiens auertere? Tenuit Legatos Perianthri de castrandis pueris nobilibus, tantum indignum iudicante natura homini id quod conseruationi ipsius donatum esset auferri: & idcirco nauem inhibuit, & à cursu reuocauit, sed securum & improuidum genus hominum velut rem nihili floccipendit. Tenuit nauem Caij Cæsaris, non multò post Romæ interfecti condolens misero Cæsaris exitio, ipsa natura cupit ab ipso malum auertere, atque à cursu infausto & infelici reuocare. Hactenus Leonicerus, cuius verba ideo adscripsi, tum quod ea quæ de aquatilibus scripsit, rariùs leguntur, tum quod huic loco sint accommodata: recensemus enim quæ de remora literis prodita sunt admiratione quidem dignissima, sed quæ magna ex parte cessauerit, si tam mirabilis euentus causa reddita sit. Nam, ut rectè dixit Aristoteles, *Θαυμάζεται τὸν μὲν καὶ φύσιν συμβαίνοντων ἔσθ' ἀνοήτων ὁ ἀπτόν.* Is in libro, quem *μυχαμικὴ* inscripsit, quærit cur clauus cum paruus sit, & in extrema nauis tantas habeat vires, ut ab exiguo temone, & ab hominis vnus viribus alioqui modicè nitentis magnæ nauium moles moueantur. Cui quæstioni præter alia respondet facillimum esse mouenti ab extremo, mouere aliud: quia prima pars fertur celerrimè, ac quemadmodum in his quæ feruntur, in fine cessat impetus, ita in continui quod mouetur sine, maximè imbecillis motus est, qui verò maximè imbecillis est, facile dimouetur: vel, ut dilucidius loquar, in puppi extrema scilicet nauis parte rectè collocatur clauus, quoniam moles omnis continua ab eo extremo, cui admotum sit aliquid quod moueat, facile tota mouetur. Etenim sicuti in iis quæ vibrantur, initio vehemens est motio, quæ in fine languescit: sic continua molis prius extremum, cui id quod mouet coniunctum est, celerrimè fertur: alterius verò extremi imbecillis admodum est motio & renixus. Imbecille autem omne facile in quamlibet partem leui momento impellitur. Ex quibus efficitur si in hanc vel illam partem clauus moueatur, proram quoque vel dextrorsum vel sinistrorsum ferri, in rectum verò remorū impulsu. Idem aliis rationibus demonstrat Aristot. quas volens omitto. Quare si rectà & celerrimè currat nauis, & echeneis ore clauo vel puppi affixo caudam vel se totam modò in dextrum modò in sinistrum moueat, necesse est etiam in prora motionem hanc percipi, & ad echeneidis motum ambiguum, ambiguum quoque moueri,

ac proinde impetum eius inhiberi, cum ab Aristotele demonstratum sit, & experientia comprobatum, ad exiguam vnus extremi motionem, extremum alterum, atq; adeò totam molem continuam nutare. Lampetra igitur verbi gratia vel quauis alia remora, non in ipsa naue neque ipsius lateribus sed puppi vel gubernaculo adherente, & caudam vel reliquum corpus motitante fluctuat naus, nec progreditur, nec ultra fertur, non aliter quam si tranquillo mari in prospero & celeri naus cursu gubernator imperitiosem ad gubernandũ admittat, qui clauum rectè tenere nõ possit. firmissimè enim in cursu tenendus est, ne fluctuet naus, alioqui mox retardabitur impetus. Eadè de causa validis retinaculis ad puppim clauus alligatur, etiam in fluuiatilibus nauigiis, libero in obliquum motu non impedito, atque in rapidis amnibus in terram altè defixis palis in vtraque ripa funes alligantur ad dirigendum iter, ne aquarum vi fluctuante naue progressus inhibeatur, neque rectè fluuius traici possit. Alias remoræ vires tribuit Aristoteles: hac enim vti quosdam scripsit ad iudicia & philtia quod apertius Plinius. Amatoriis quoque veneficiis infamis est & iudiciorum ac litium mora: quæ vero parum consentanea esse mihi videntur, nec id affirmat Aristoteles, sed ex aliorum potiùs sententia, quam ex sua profert. Qui id crediderunt, videntur cæcam illam, quam putabant, remorandi naues facultatem ad mulieres firma amicitia deuinciendas transtulisse: quæ cum natura leues sint & inconstantes, nulla efficaciore remora quam auro conciliari vel in amicitia retineri possunt: non ad conciliandos vel irretiendos amatores, sed ad eorum liberalitatem eliciendam & exhauriendos loculos scorta Romana hyppoglossum herbam domi curiosè alunt, quam ab effectu bonifaciam appellant. Sed ne in remora explicanda diutius lectores remorer, iam finem facio, hoc vno annotato quod Hieronymus Cardanus parum rectè de remora sensisse videatur hoc in loco. Sunt & pisces viribus clari, vt torpedo, quam Ianuenses vocant tremorizam. Frequentissimus est, & ex echinorum genere, qui spinis abundat, quorum captura piscatorum manus hebescunt & obstupescunt innata quadã vi, quæ tamen solùm viuètib; inest. Sed est alius echinus nõ è genere spinosæ torpedinis, sed ex cõcharũ genere, quem remoram Latini vocant. Dicitur echinus ἀπὸ τῆς ἐχιδνῆς ὀνόματι, quòd naues sistat fundo illarum hærens. Vnde C. Caligulæ Cæsaris triremem moratus est, malo illius omine, limaci magnæ persimilis est rarúsq; vt qui post ea tempora non visus sit: vnde remoram aliam esse à torpedine constat, quauis Aristoteles nominis similitudine & effectus vnũ genus existimauerit. Vide quot errores paucis verbis complexus sit. Primum id Aristoteli falsò adscribit, quòd remorã & torpedinem nominis similitudine & effectus genus vnum esse existimauerit, cum id ne

Libro 10. de
subtilitatib.

per

per somnium quidem Aristoteli id vnquam in mètem venerit. Nam LIB. 11. de histor. animal. disertè scripsit remoram pisciculum esse saxis assuetum, torpedinem verò libro quinto eiusdem operis inter cartilagineos numerat, & inter planos cartilagineos Plinius libro nono. Deinde torpedinem ex echinorum genere facere videtur, quod planè à veritate abhorret, vt ex iis quæ de torpedine diximus, & iis quæ de echinis dicemus, perspicuum est. Tum remoram echinum appellat, ἀπὸ τῆς ἐχιδνῆς ὀνόματι cum echeneida appellare oporteat: echinus enim longè aliud significat nempe hirtum & asperum. Adhuc id omnino contra veterum sententiam dicit, quòd remora naues sistat fundo illarum hærens. Scribit enim Plinius, circa nauim adherentem gubernaculo inuentam fuisse remoram, quæ Caij Cæsaris nauem retinuerit, miratũque eum fuisse quomodo adhærens tenuisset piscis, nec idem polleret in nauigium receptus. Postremò vehementer errat qui remoram Aristotelis limaci magnæ persimilem esse credit, cum Aristoteles pisciculum esse dicat saxatilem.



G V L I E L M I
R O N D E L E T I I
D E P I S C I B V S

LIBER XVI.

§

Qui dicantur pisces cetacei & beluæ marinæ.

CAPUT I.



VPERIORIBVS Libris de squamosis, læuib; cartilagineis diximus: nunc post peregrinos de cetaceis & beluis marinis agemus, quoniam in iis sunt nonnulli etiam peregrini: & ideo incogniti, nisi industrij viri & cognitionis rerum studiosi illorum historiam literis mandassent. Sunt autem cetacei pisces ij propriè autore Aristotele, qui magni sunt, & perfectũ animal ex semine non ex ouo gignunt, vt delphini, balenæ, phocæ. Quanquã alij tum

Pp 3

Latini tum Græci veteres cetaceos acceperint pro grandibus cuiusvis generis piscibus, vt aliâs monuimus, veluti in thunnorum & galcorum genere quidam cetacei sunt. De prioribus maxima ex parte hîc loquemur, quos Latini beluas marinas etiam vocarunt ab immanitate, opinor, & magna cum terrestribus beluis similitudine: nam eodem modo concipiuntur & gignuntur, & pulmones habent, renes, vesicam, testes, mentulam: fœminæ vuluam, testes, mammas. Carnis quoque substantia non multum à terrenis discrepant, quæ res patres nostros impulit, vt dubitarint aliquando, an quadraginta dierum spatio, quo carniûm esu nobis est omnino interdictum, beluarum marinarum carne vesci liceat. sed vt multa iis sunt cum terrenis animalibus communia, ita quædam sunt, in quibus dissident: externis enim partibus mutilati sunt, naribus carent, pedibus, auriculis, mamma papillis. Nunc considerandum num potius in terrenarum quam aquatiliûm genere habendæ sint eæ, quæ præterquam quod aërem recipiant, in terra etiam pariant, & catulos educunt. Etenim animantium discrimen à locis sumitur, quod alia terrenæ sint, alia aquatiles: terrenæ, quæ aërem recipiunt: aquatiles, quæ aquam. Et nulla earum, quæ humorem recipiunt, aut volucris est, aut pedestris, nec cibum sibi ex terra petit autore Aristotele. At sunt quæ inter has ambigunt, in quo genere sunt beluæ marinæ, & quæcunque fistulam vel quid simile cum pulmonibus habent, vt delphini, balenæ, testudines & similes: quod genus, inquit Aristoteles, neque terrestre, neque aquatile facile dixerim, siquidem terrenum est, quod aërem recipit: aquatile, quod aquam secundum naturam: vtrunque enim participant, cum & aquam hauriant reddantque per fistulam, vel foramina narium loco, & aërem per pulmones. Vel fortasse rectius aquatile genus ita distinguemus, vt aliud sit quod aquam admittat emittatque, vt vnâ cum aqua admissa aëre refrigeretur, aliud propter cibum: quum enim in humore cibum accipiunt, fieri non potest quin aliquid humoris simul hauriatur, quod haustum, quo emittant, instrumentum habeant necesse est: refrigerationis verò causa aërem per pulmones trahunt, cuiusmodi sunt cetacei, de quibus nunc tractaturi sumus. Hi à sese differentiis quibusdam seceruntur. Sunt qui corporis magnitudine reliquis præstant, vt balenæ, physeteres, orcæ, pristæ delphinis & phocænis longè sunt immaniores, testudines marinæ mediæ sunt magnitudinis. Differunt & partibus quibusdam internis & externis. Orca truculentos dentes habet, delphin multos quidem sed paruos & minus noxios, phoca luporum terrestrium dentibus similes, musculus nullos sed horum vice setas longas suillis similes. Testudines etiam dentibus carent, sed pro his maxillarum pyxidatas commissuras habent. Cetacei multi

Lib. 8. de hist. animal. ca. 2.

Ibidem.

fistulam habent præsertim maximi, vt balenæ, physeteres, quæ deest testudinibus & phocis, sed iis sunt foramina duo ante oculos narium loco. Vita differunt: nam balenæ aqua & spuma maris vescuntur, orca & phoca piscibus. Balenæ, delphini & omnes ferè beluæ ex semine concipiunt, & viuum animal pariunt. Testudines ob integumentum duritiem & compressius latiusque corpus viuum animal in vtero gestare non possunt. Ab his vtpote quæ notiores sunt, ordiemur.

De Testudinibus.

CAPUT II.

TESTVDINVM Quatuor sunt genera, si Plinio credimus, qui LIBRO XXXII. hæc scripsit. *Cap. 4.* Geminus similiter victus in aquis terraque & testudinum, effectus quoque pari honore habendi, vel propter excellens in vsu pretium, naturæque proprietatem. Sunt ergo testudinum genera, terrestres, marinæ, lutariæ, & quæ in dulci aqua viuunt: has quidam è Græcis emydas appellant. Ne quis verò emydas easdem cum lutariis esse existimet, Plinium *In fine eiusdem capituli.* quatuor genera distinguentem audiat, aliquantò post: Ex quarto genere testudinum, quæ sunt in amnibus diuisarum pinguia cum aizoo herba rufa, admisso vnguento & semine hiliij, ante accessiones perunguntur ægri præter caput, &c. Aristoteli duo duntaxat genera esse videntur, testudo terrestris & marina, ac videtur *Cap. 33.* *χελώνης* nomine testudinem terrestrem propriè intellexisse: quum enim de marina loquitur, *θαλάσσιον χελώνω* semper dicit: quam verò testudinem lutariam siue murem aquatilem vertit Gaza, *μύ* vocat Aristoteles, nisi mendosi sint loci. Hæc ex LIB. V. de histor. animal. perspicua sunt, quum de testudinum partu loquitur: *ἡ μὲν χελώνη ὡδὴ ἀσκληρόδερμος καὶ δίχρως, ὡσπερ τὰ τῶν ὀρνίθων.* Testudo oua durioris testæ, & bicolora edit, quale ouum auium est. Deinde *ἢ ὁ μὲν ἐξ ἑσθῆς ἐκ τῆς ὕδατος ὡδὴ ὀρνίθων βόθρων πηδάδι*: mus aquatilis siue testudo lutaria in terra scrobe effossa dolij amplitudine parit oua. *Τὸ δὲ καὶ ἀγαλλίαι χελώναι ἐν τῇ γῆ θύσια τοῖς ὀρνίθι τοῖς ἡμέροις.* Testudines etiam marinæ egressæ in terram pariunt oua auium corralium ouis similia. Item libro secundo *χελώνω* non sine epitheto *Cap. 10.* dicit, & inter quadrupedes recenset, ne quis in mari quadrupedes esse neget, quanquam pedes ij ad natandum magis quam ad ingrediendum sint comparati. *Τῶν δὲ τετραπόδων μόνη χελώνη ἢ θαλασσία*

μέγεθος καὶ λόγον τῶν ἄλλων μερῶν, ὁμοίως δ' ἔχει. τὰς νεφροὺς ἢ θαλαττία χελώνη τοῖς βοοίοις. Quadrupedum vna testudo marina habet magnitudine cæterarum partium rationem, similes bubulis renes omnino ei adhærent. Alio loco eiusdem operis de vtraque loquens vtrique epitheton addidit. Τὸν αὖτις δ' ἴσθιον καὶ τῶν περὶ τὸν τετραπόδα, ἔωτον ἴσθιον ποιεῖται ἢ ὁμοίως: ἔω μὲν γὰρ ἐπιβαίνοντα καὶ ἄπερ τὰ ζωοτόμα οἷον χελώνη ἢ ἡ θαλαττία καὶ ἡ χερσαία. Quinetiam pedestrium quadrupes quæ oua pariunt, eodem coeunt modo, quo ea quæ animal generant mare superueniente, vt testudo tam aquatilis quàm terrestris.

Lib. 1. cap. 3.

Idem libro tertio de partibus animal. Ὁμοίως δ' ἔχει καὶ περὶ νεφρῶν, ἔδεν γὰρ νεφροὺς ἔδεν τῶν περὶ τῶν, καὶ λεπτὸν αὖτις ἔχει, ἔδεν τῶν φολιδωτῶν, πολλὰ αἰ θαλάττια ἔα χερσαία χελώνη. Renum etiam similis est ratio: nullum enim pennatum, nullum squamatum, nullum corticatum renes habet excepta testudine terrestris & aquatili. Ex his perspicuum est Aristotelem duarum dūtaxat testudinū mentionem fecisse, μὴν verò quam testudinem lutariā interpretatus est Gaza, nunquā χελώνη appellasse, sed seorsum semper expressisse, vt ex iam citatis locis liquet. nunc expendendum non potius ἐμὴν apud Aristot. quàm μὴν legere oporteat. Quamuis enim testudinem lutariam Gaza murem aliquando verterit, vt inde appareat μὴν legisse, tamen libro tertio de partibus animal. non μὴν sed ὁμοίως legitur. Cùm enim de vtriusque testudinis renibus locutus fuisset Aristoteles, subdidit, ἢ ὁμοίως ἔδεν νεφροὺς ἔδεν καὶ ἔχει, διὰ μαλακότητος γὰρ χελώνης ὁμοίως ἔδεν ἢ ἔχει. genus tamen testudinis, quam lutariam vocant, & vesica & renibus caret: fit enim propter eius mollitudinem tegminis, vt humor facillè diffletur.

Cap. 9.

Et libro octauo de histor. animal. Τῶν δ' ὁμοίως καὶ δεχομένων τ' ἀέρα, πολλὰ ἔω μὲν ἔστω ὡς μὴδὲ ζῆν δυνάσθαι χωρὶς ἀέρος τ' ἔω ἴσθιος φύσει, οἷον αἰ τε χελώνη θαλαττία χελώνη, καὶ κροκόδειλοι, καὶ ἴσθιοι ποταμοί, καὶ φῶναι, ἔω τῶν ἐλαττόνων ζῶων, οἷον αἰ τε μύδες. Multa spirabilis pedestrisque generis humore gaudent, & ita nonnulla vt ne viuere quidem discula ab aquæ natura valeant, vt quæ marinæ testudines appellantur, & crocodili, & fluuiatiles equi, & vituli marini, atq; etiam ex minori genere testudines lutariæ siue mures aquatiles dicti. Vides apostrophum solùm deesse, quominus ἐμύδες legatur, vt pro αἰ τε μύδες substituendum sit αἰ τ' ἐμύδες. atque ita vbique legendum esse contenderim vbique apud Aristotelem vt apud Plinium. Hoc confirmat ex Hesychio Phauorinus, ἐμύς ζῶων ἐν λίμνῃ καὶ ἐν πηγῇ γλυκύων, σὶ δ' χελώνη ἢ ἔχει ἔρω. Quare duobus testudinis generibus ab Aristotele constitutis, tertium addere possumus scilicet ἐμύδες, quas in duo genera partitus est Plinius, vt aliæ sint lutariæ, aliæ in aqua dulci viuunt. De marinis tantum dicemus, quarum tria genera describemus.


Cap. 5.

De Testu-

Cap. 2.

De Testu-

De Testudine corticata.



CAPUT III.



V M Testudinum marinarum genera diuersa sint, nominibus eas distinguere oportet. Primam igitur corticatam vocabimus, siue corticosam, quia cortice, id est, duro & crustoso ac aspero integumento operata sit, ab arboribus ad animantes ducta translatione. Est igitur corticata testudo terrestribus ac lutariis similis capite ac testa, sed maior: caput nunquam in testam cõdit, sed semper exertum habet, ac ceruicem tantum pro arbitrio modò extendit, modò contrahit. Dentibus testudinum genus omne caret, sed rostri margines acuti sunt superiore eius parte inferiorem claudente pyxidum modo. Natura testudini marinæ tanquam amphibio animali partim pinnas partim pedes tribuit: priores pinne latæ sunt admodum, alas rectè appellaueris, hæ duris aculeis veluti vnguibus munitæ sunt, posteriores pedibus similiore sunt cum vnguibus, qui vngues natationi nihil conferunt, sed ingressui in terra, alæ verò pedesque natationi in mari. Linguam imperfectam habet, sed asperam arteriam, pulmones, cor, diaphragma, iecur, lienem, intestina, testes & mentulam mas, vterum femina. Pulmones in testudine maiores sunt & multò densiores, quàm in terrenis animantibus, ne, vt opinor, aquæ maior copia vnà cum alimentis hausta in tenues meatus se penitus insinuans reiici tota non posset per foramina illa, quæ narium loco in superiori rostri parte habet, quibus aquam reiicit non aliter quàm delphini per fistulam. Et si linguam minus perfectam habeat testudo, per exiguum tamen & abruptum sonum edit, vt scribit Aristoteles, qui terrestris

Lib. 4. de hist. animal. ca. 52.

tantum id tribuere videtur, sed etiam maris competit, ut ego experientia comperi. Cum enim in omnibus sit eadem oris, asperæ arteriæ, pulmonum constructio, cur non omnes eundem sonum edent? Quin & manifesta suspiria emittit marina, id quod in ea expertus sum, quam domi alui, quum diutius extra aquam moribundam detinerem. Cum ex iis quæ oua pariunt aues piscis que, neque vesicam neque renes habeant, quadrupedum vna testudo habet, ratione magnitudinis cæterarum partium: habet & renes quasi ex multis paruis renibus constitutos, similes vitulorum, lutrarum, delphinorum renibus. Idem in puerorum renibus obseruauimus, dum vtero gestantur, & quandiu lacte nutriuntur, cuius rei causam alias exposuimus. Quibus vesica inest, necessariò & renes, vel quod renibus portione respõdeat, inesse oportet, non contrà: nam aues quædam vesica quidem carent, sed renum vice carunculas quasdam latiusculas habent, renum speciem ostendentes, quasi ea caro quæ renibus delegata est, locum non habeat, sed in plura dispersa sit. Renes autem & vesica auibus definit, quia raro potu vtuntur, siccoribusque vescuntur alimentis: quamobrem si quid serosi sit humoris, facile per cutim digeritur, vel in plumas abit. Illud non sine causa miretur aliquis, cur testudo marina renes vesicamque habeat: lutaria verò & vesica & renibus careat ex sententia Aristotelis libro tertio de partibus animal. quem locum superiore capite citauimus. Cuius quidem ratio quam ipse Aristoteles reddit, infirma mihi esse videtur: sit hoc, inquit, propter tegumentum eius mollitudinem, ut humor facile digeratur. At testudo coriacea, de qua postea dicemus, mollius tegumentum habet, plusque humoris colligit, tamen & renes & vesicam habet. Quare cum maiorem *τῆ ἀνθρώπου* quam cuiusquam hominis auctoritati fidẽ adhibeam, affirmo testudinem lutariam & vesicam manifestam ac magnam & renes carnosos habere prope testes. Idque per mihi mirum videtur Aristotelem, qui splenem admodum exiguum in ea viderit, ut recte annotauit libro secundo de histor. animal. vesicam & renes non animaduertit, nisi fortè impedimento fuerint ossa, quibus coxæ articulantur, sub quibus, veluti sub pubis ossibus in homine latent eæ partes, vel vnà cum peritonæo disrupta euulsaque fuit vesica, quæ à peritonæo non nisi ab exercitatissimo disungi possit. Hæc demonstratione nulla mihi sunt confirmanda, cum sensus solus huius rei fidem faciat. Sed cum rem ita habere compereris, tum quærenda causa vsusque harum partium, quæ eadem sunt in lutaria ac marina testudine. Sed iam de actionibus differamus. Testudines tam aquatiles quam terrestres, & pedestrium quadrupedes, quæ oua pariunt, eodem coeunt modo, quo ea quæ animal generant, mare scilicet superueniente sine vllò negotio, ut aliquoties vidimus, etiam si cortice connectæ

cap. 9.

cap. 15.

rectæ sunt: habent enim in quod meatus contingant, & quo in coitu adhæreant. Pariunt autem marinæ egressæ in terram, oua auium corticalium ouis similia, & defossa cooperatæque incubant noctibus. Quorum numerus maximus est: nam ad centena pariunt. Hæc Aristoteles, cuius sententiam retulit Plinius his verbis: In terram egressæ in herbis pariunt oua, auium ouis similia ad centena numero, eaque defossa extra aquas & cooperta terra, ac pauita pectore ac complanata incubant noctibus. Educant foetus annuo spatio. Cum de marinis loquatur Plinius, ut ex toto contextu apparet, commiscet ea quæ Aristoteles de marinarum & terrestrium testudinum partu seorsum scribit hoc modo: Testudo (de terrestri intelligendum) oua durioris testæ, & bicolora edit, quale ouum auium est, eaque defossa & cooperta terra, ac pauita & complanata incubat crebrius repetens, foetumque sequente anno excludit. Et paulò post. Testudines marinæ egressæ in terram pariunt oua auium corticalium ouis similia, & defossa cooperatæque incubant noctibus. Ex his igitur distinguenda erit Plinij lectio. Idem ex quorundam sententia aliam pariendi rationem adfert. Quidam oculis spectando quoque oua foueri ab iis putant. Fœminam coitum fugere, donec mas festucam aliquam imponat aduersæ, in qua sententia fuit Oppianus scribens testudines fœminas timere atque odisse concubitus, quòd nulla in coitu voluptate sed dolore magno afficiantur, quia maris pudendum veluti stimulus est acutus, durus & osseus, eam ob causam inter se dimicant, ac multum incuruis dentibus, id est rostris, sese lacerant, ille concubitus molestos fugientes, mares inuitas magis ac magis concupiscentes donec vi victas necessario amore sibi copularint.

Αἰ δὲ μέγα φοβέσθαι, καὶ ἐχθαίρειν χελιδναίαν
ὄν γάμον: ἔ γάρ τῆσιν ἐφίμερος, οἷα καὶ ἀμοίς,
Τερπολὴ λεχέων, πολὺ δὲ πλεονὸν ἄλγ' ἔχειν:
Σκληρὸν γὰρ μέλα κέβρον ἐν ἀρῆσιν εἰς ἀφροδίτῳ
Ὀστέον δὲ ὑποφθίδον ἀπερπατεῖ θήγεται δὲ
Τένερα μαρμαίλα τε πολυγάμαστοίον ὀδύον
Ἀλλήλους δάπτειν, ὅτε χεδὸν ἀντήσων.
Αἰ μὲν ἀλδύβρυχαί γήχων γάμον, οἶδ' ἀέκαστον
Εὐνήν ἰμείροισι ἐκείον, εἰσέκειν ἀλλή
Νικήσας ἔδωξεν μὲν ἀναγκαίην φιλοπόνητι.

Testudines marinæ conchis vescuntur, & herba in terra, denique pamphagæ sunt, quemadmodum & crustacei pisces, si Aristoteli credimus. Testudines marinæ, inquit, conchulas petunt: habent enim omnium robustissimum, quicquid namque in os ceperint, siue lapidem, siue quiduis aliud, perfringunt ac deuorant, exeunt etiam in terram, ac pascunt herbam: hic idem modus vescendi crustaceis est: nam ea

Lib. 5. de hist. animal. c. 33. Lib. 9. cap. 10.

Lib. 5. de hist. animal. c. 33.

Ibidem.

Cochortaliu vrl
TumLib. 1. ἀλισσα
τιμῶν.

Lib. 8. de hist. animal. cap. 24.

quoque omniuora sunt, quippe quæ & lapillos, & limum & algam deuorant. Plinius. In mari viuunt conchyliis, tanta oris duritia vt lapides comminuant. Duas habui domi, quas & aqua & quibuscunque iniectis piscibus, rostro comminutis viuere sum expertus. Carnem potissimum omoplatarum, posteriorumque crurum suauem ac delicatam, pinguemque habet testudo, & omnis ferè marini odoris expertem. Sanguis qui etiam è viua effluit, actu frigidus sentitur. Oorum albumen coctura nunquam bene spissatur, quod non tam frigiditati quam partium tenuitati adscribo: quæ enim natura crassa sunt vel lenta quantumuis frigidò diluta, facillè spissantur, quæ valde tenuium partium, vt aqua nunquam. Testudines omnes magni sunt in medicina vsus. Sed nunc de marinis tantum. Harum carnes, vt tradit Plinius, admistæ ranarum carnibus, contra salamandras præclare auxiliantur, neque est testudine aliud salamandræ aduersus. Sanguine alopeciarum inanitas, & portigo, omniæque capitis vlcera curantur: inarescere autem eum oportet, lentèque ablui. Instillatur & dolori aurium cum lacte mulierum. Aduersus comitiales morbos manditur cum polline frumenti: miscetur autem sanguis heminis tribus acetis, hemina vini addita his, & cum hordeacea farina, aceto quoque admisto, vt sit quod deuoretur fabæ magnitudine. Hæc singula & matutina & vespertina dantur, dein post aliquot dies vespere. Comitilibus instillatur ore, deductis labris his qui modicè corripiantur. Spasmo cum castoreo clystere infunditur. Quod si dentes per annum colluuntur testudinum sanguine, immunes à dolore fiunt. Et anhelitus discutit quasque orthopnoæas vocant, ad has in polenta datur. Fel testudinum claritatem oculorum facit, cicatrices extenuat, tonsillas sedat & anginas, & omnia oris vitia: priuatim nomas ibi, & ardentium testium. Naribus illitum comitiales erigit attollitque. Idem cum vernatione anguuium aceto admisto, vnicè purulentis auribus prodest. Quidam bubulum fel admiscet, decoctarumque carniū testudinis succum, addita æquè vernatione anguuium: sed diu in vino testudinem excoquunt. Oculorum quoque vitia omnia fel inunctum cum melle emendat. Suffusiones etiam marinæ felle. Vel cum fluuiatilis sanguine & lacte mulierum capillus inficitur. Fel & contra salamandras, vel succum decoctum bibisse satis est. Galenus autor est veteres medicos sæpius in antidotis sanguine testudinis marinæ vsos fuisse, vt Dorotheum in antidoto *πρὸς ἐχιδομήδης*, & in aliis multis. Et Dioscorides. Sanguis marinæ testudinis cum vino & leporis coagulo cuminoque contra serpentum morsus, & hausta rubetæ venena conuenienter bibitur. Aduersus venena & ad compescendū fluxum sanguinis è naribus vel vesica plurimum valet per se vel addito sanguine draconis vtrisque in aqua vulgaris herbæ quæ bursa pastoris nuncupatur

Lib. 9. cap. 10.

Lib. 31. cap. 4.

Lib. 2. de antidotis.

Lib. 2. cap. 97.

patur dissolutis. Capiuntur testudines marinæ multis quidem modis, vt tradit Plinius, sed maximè euectæ in summa pelagi, aut meridiano tepore blandito, eminente toto dorso per tranquilla fluitantes, quæ voluptas liberè spirandi, in tantum fallit oblitæ sui, vt solis vapore siccato cortice, non queant mergi, inuitæque fluitent, opportuna venantium prædæ. Ferunt & pastum egressas noctu, auidèque saturatas lassari, atque vt remearint matutino, summa in aqua obdormiscere, id prodi stertentium sonitu, tuncque leuiter capi, adnatate enim singulis ternos, à duobus in dorsum verti, à tertio laqueum iniici supinæ, atque ita ad terram à pluribus trahi. In Phœnicio mari haud vlla difficultate capiuntur, vtròque veniunt statuto tempore anni in amnem Eleutherum effusa multitudine. Aristoteles. Testudines marinæ laborant plerunque & intereunt quoties innatantes siccantur sole, deferri enim in gurgitem facillè nequeunt. Diuersam capiendarum testudinum rationem adfert Oppianus. Aliquando testudines, inquit, importunè piscantibus obuiæ prædæ parandæ nocent, damnūmq; afferunt. Sed facile est audaci & intrepido viro eas vincere. Si quis se in mari immergēs testudinem supinam in dorsum conuerterit, quantumuis connitatur, fatum vitare non potest.

Lib. 9. cap. 10.

Lib. 5. ἀλιότικόν.

Ναὶ μὲν ἢ χέλυες μέλα πολλάκις ἀντιόωσαι
Θήριον λαβή(σ)μιον, καὶ ἀνδρά(σ)πων γένοντο
Τάων δ' ἔπαλετο μόχθος ἐλεῖν ῥήϊτος ἀπείτων
Ἀνέρι γὰρ ἄλλω, ἔπαρβέα θυμὸν ἔχοντι
Εἰ γὰρ τις κἀδὸς κερναλὴν χέλυιν ἐν ῥοθίω(σ)ι
Υ' ὅτιον ἀντρέψεν ἐπ' ὄσραχον ἐκέτι κείνη
Πολλὰ ἢ ἱερὸν δινύα(σ) μόνον ἐξαλεεῖναι.


Capiuntur apud nos sagena quemadmodum & reliqui pisces, capiuntur etiā iisdem retibus, quibus thunni. Terrestres testudines frequentius visuntur, & notiores sunt & minores quam marinæ. Ex oceano marinam aliquando apud me alui aliquandiu. Quum Romæ essem aliam vidī multo maiorem. In India maximæ sunt, quæ admodum & reliqua animalia. Plinius. Testudines tantæ magnitudinis Indicū mare emittit, vt singularū superficies habitabiles casas integant, atque inter insulas rubri præcipuè maris his nauigēt cymbis. Immanis fuit testudo illa quæ in mari nostro anno 1520, capta est tanta, vt pueros atque homines imperitos terreret, iis erat viribus, vt funibus tracta homines tres supra dorsum stantes veheret, eadem bigis vix trahebatur. Qui ceperat, circulatorū more pervicina oppida ostentabat lucri faciendi causa. Huiusmodi testudinē arbitror fuisse eā, quæ olim in Prouinciæ oppido, quod Tarraasco nominatur, capta fuit, quantum ex eius pictura, quæ etiam hodie in oppidi templo cernitur, conicere licet, nisi quod pictor absurdè pedes duos addidit, aculeosque maiores etiam in dorso effinxit. Quanquam longè aliter de ea re olim scripserint. Ferunt ad

Lib. 9. cap. 10.

Rhodanum in nemore quodam inter Arelatem & Auenionem monstrum quoddam fuisse altera parte terrenū animal, altera piscem referens, boue crassius, equo longius, dentes habens in vtraq; maxilla, binos, ense longiores & acutiores, in flumine delitescens in homines iruebat, & naues submergebat, huc ex Asia erupisse ex Leviathan aquatili serpente & ferocissimo natū, tandem à diua Martha ita euictum, vt oue placidius reddiderit, quod cingulo suo ligatum, cum in terrā eduxisset à plebe saxis fustibusq; peremptū fuit. Incolæ monstrū id Taraseonū vocabant, vnde oppido quod etiā hodie extat nomen positū cū antea *nerluog*, id est, niger locus vocaretur à nemore denso, umbrosoque. Alij rē paulò aliter referūt. Sed vt ut res hæc habeat, antequā Martha in prouinciā venire potuisset Tarasco oppidū dicebatur, Strabone teste: Abest, inquit, à Rhodano Nemausus cētena circiter stadia, quo in tractu vltiore Tarasco exiguū oppidū, quo nō nisi post Christi in cælos ascēsum appellere potuit Martha: scripsit autem Strabo tempore Tiberij Caesaris sub quo passus est Christus. Neq; est quod quis miretur testudinē marinā in Rhodano ad Tarascōnem reptam fuisse, neq; enim procul locus is à mari abest, & aquarū dulcedine captæ aliquādo beluæ marinæ, vel vndarū & procellarū vi cōpulsæ longè altiùs fluuios ingrediūtur, quod de testudinibus marinis asserit Plin. scribēs in Phœnicio mari haud vlla difficultate capi vtrōque venire tēpore statuto anni in annē Eleutherum effusa multitidine.

Lib. 9. cap. 10.

De Testudine coriacea siue Mercurij.



CAPUT IIII.



XΕΙΛΩΝΗ Θαλαττία Latinè testudo marina vocatur, à quibusdam Pliniū secūtis mus marinus. Sed non immeritò dubitauerit aliquis, cur Plinius cū sapius aliās testudinem marinam Latinè vocarit, mutato nomine, aliquādo murem marinum nominauerit ei tribuens

buens quæ Aristoteles tribuit emydi seu testudini lutariæ siue muri aquatili, vt conuertit Gaza. Verba Plinij sunt: Mus marinus in terra scrobe effossa parit oua, & rursus obruit terra, tricesimo die refossa aperit, scœrumque in aquam ducit. Quæ ex Aristotele mutuatum esse constat. Η ὁ μὺς ἐξέσθαι ἐκ τῆς Ἰδαλῆς ἰσθμῆς ἀρῆσαι βόθρων παρῶθεν, καὶ ἐκτελεῖται καὶ ἐκλείπει, ἐὰν δὲ ἡμέρας πελάγηται, ἀπορῶσθαι καὶ ἐκλείπει τῶν, ἔκ τῶν ἀγῶν τῶν νεοτῶν εἰς τὸ ἕδωρον. De marina verò testudine mox Aristoteles. Τὴν δὲ καὶ θαλάττιαν χελιδναὶ ἐν τῇ γῆ, &c. Alio in loco pro testudine marina murem marinum videtur dixisse. Exeunt in terram, & qui marini mures vocantur. Ex quibus efficitur vel Plinium Lib. 9. cap. 19 parum animaduertentem aquatilis testudinis siue lutariæ Aristotelis nomine marinam vocasse, vel testudinem marinam etiam murem Latinè dici posse, atq; etiam non solūm emyda sed & μὺν apud Aristotelem legi posse. Galli *tortues* vocant. Nostri *tortugues*. Hispani *tortugas*. Itali *galanas* voce, vt apparet deflexa ex accusatiuo Græco χελιδνας. Quam nūc describimus, coriaceam appellamus quod integumentum habeat non tam cortici simile quā corio bubulo, duro nigroq; & iam concinnato ad calceos equorūq; frænos & sellas cæteraque ornamenta conficienda. Eandem Mercurij testudinem appello, quod eam esse existimem, à cuius similitudine Mercurij musicū instrumentum nobis *leut*, Gallis *luc* vocatum excogitarit ex ea testudine, quam Nilo decrecente in litore repererat, consumpta iam carne superstitionibus neruis, & ob tensionem ad cōtactum sonantibus, cui instrumentum musicū adeò simile est, vt nemo sit procul eam videns capite pedibusq; truncatis, qui non chelyn nostram theca sua conclusam esse iudicet: vt enim hæc, ita testudo altera parte supina scilicet plana est lataq; , prona connexa ex sex assulis contexta longis angulos acutos efficientibus, toto ambitu rotundato præterquam in caudā, quæ in longum & acutum desinit, cui etiam instrumenti pars gracilior (cui infixi sunt colopes, quibus fides intenduntur & remittuntur) respondet. Hæc testudo à superiore partibus internis, alis, pedibus, vnguibus non differt, longiore acutioreque est cauda, capite osseo. Rostri pars inferior acuta est, & sursum recurua, superioris extremum in partes duas diuisum, inter quas inferioris extremum recipitur. Huiusmodi rostro minùs auem refert quā superior testudo. Oculis est maioribus, ante quos sunt foramina narium loco, caput semper prominēt. Ceruix lata est & torosa, in supina parte maculas aliquot rotundas habet, quās ineptè qui de aquatilibus scripsit pronæ parti testudinis corticatæ appinxit. Carnis habet plurimūm anteriore in parte musculis scilicet omoplatarum, in posteriore multò minùs, ea bubulæ similis est. Testa vertebris dorsi alligatur. Costas latas contegit cutis duplex interior corio spisso densoque sed læui similis,

superior tenuis & alba. Sub cute pingue plurimum coaceruat. Vidi huiusmodi testudinem ad solem menses aliquot suspensam, ex qua quotidie pinguitudinis libra vna destillabat, qua, qui ceperat, ad lucernas utebatur, eiusdem carne salita loco bubulæ. Ea ad Frontignanum capta fuerat, longa cubitos quinque, duos lata. Alteram antè videram ad Magalonam captam multò minorem. Aliquot antè annis vnius iconem mihi dederat Agathensis, qui tum erat Episcopus, quam ad Niccam captam fuisse affirmabat cubitos octo longam. Carne est multò duriore quàm superior. Ceterum iisdem facultatibus & carnem & fel pollere existimo. Hic prætermittendum nõ est coriaceam siue Mercurij testudinem, quã depinximus ab Æliano fortasse simia maris rubri appellari, id quod ex eius descriptione clariùs intelligitur. Est etiam in mari rubro simia, non piscis quidem hæc, sed bestia cartilaginea, & velut squamarum expers, eaque ipsa non magna. Colore est terrestri similis, tum aspectu speciem similitudinemque eiusdem terrenæ simiæ gerit. Non pisce tegmine reliquum corpus, sed illiusmodi circumuestitur, cuiusmodi testudinis inuolucrum est. Eadem similiter ac terrestris resima est, eius reliquum corpus instar torpedinis latum est, vt dicas auem esse alas explicantem. Quum natat, volare videtur. Cum igitur terrestri partim differt, partim conuenit, maculis distinguitur. Sed eam rem doctis, qui pisces rubri maris viderunt, æstimandam relinquo.


De Testudine cornigera siue troglodytica & alba.

CAPUT V.

DIVINVS Cornigerarum testudinũ diuersum à ceteris genus facit. Troglodytæ, inquit, cornigeras habent, vt in lyra annexis cornibus latis, sed mobilibus, quorum in natando remigio se adiuuant. Celetum genus id vocatur eximiæ testudinis sed raræ: namq; quasi scopuli præacuti clelonophagos terrent: Troglodytæ autem ad quos adnatant, vt sacras adorant. Quo loco pro mobilibus alij immobilibus legunt, sed perperam, vt opinor: nam si cornuum remigio in natando se adiuuant, quomodo immobilia esse possunt? Deinde pro celetum alij celtium, alij celetinum. Hermolaus aliquando existimauit legendum chelytium, ἀπὸ τῆς χέλυος, quæ vox & testudinẽ significat & pectora, quasi magnas & pectorosas intelligi voluisset. Placuit postea vt celetũ legatur, vt dicantur celetes testudines à celeritate: quoniam cornuũ remigio adiuuant se natando, ceu equites videri possunt, non pedestres: sunt enim celetes singulis equis currentes in certaminibus, &

& equi ipsi celetes qui soli agitabantur. Sic cancrorum est genus quoddam ἰσσοῖς Aristoteli, itemque formicarum alterum, quas Plinius pennatas vocat à velocitate. Cornigeræ testudinis effigiem eleganter insculptam & expressam vidi Romæ in antiquissimo marmore, quæ à superioribus testudinibus non differebat nisi cornibus ex utroque capitis latere latis & longis, qualia in eo pisce sunt quem antea cornutam siue ὀλόγγον appellauimus, & in lyra sed in his breuiora, in testudine pro magnitudine corporis longiora. Arrianus in navigatione maris rubri in testudinum genere albam testudinem numerat, sed aquatilis sit, an lutaria, an terrestris parum constat. Ego testudinem vidi cortice maxima ex parte albescente & denso quam mihi ostendit Iacobus regius vir in chirurgicis operibus exercitatissimus & peritissimus. Ea testudo ab alijs omnibus in eo differre mihi videtur quod in medio cortice pronæ partis articulationes duas habet, quales in locustarum caudis cernuntur, ex quo apparet animal hoc in pilæ modum totum corpus conglobare. Sit ne ea testudo Arriani alba nescio, neque enim de re parum mihi perspecta temere quicquam affirmare volo.

De Vitulo maris mediterranei.



CAPUT VI.

VITVLVS Marinus ἀμφιβιον animal est, nam in mari degit, & aërem haurit spiratque, & dormit in terra, egressusque in eam parit in litore terrestrium more. Cum vero diutius in mari quàm in terra immoretur, cibumq; ex humore petat, nec diu ab aqua seiunctus possit viuere, inter aquatiles bestias rectè numerabitur. φῶν à Græcis dicitur, ducto nomine ex βῶν ob boatum siue mugitum quem edit. phocam appellauit Vergilius. à Plinio, Gaza & alijs vitulus marinus vocatur, cuius nominis ratione secutæ sunt gentes multæ. Itali vecchio marino vocat, nostri vedel de mar, Galli veau de mer, Flandti zeehoont. id est, canem marinum, ita & Germani meer hunt, Massilienses bouem marinum. Vitulus marinus corio integitur duro & hirtio, in dorso pili sunt nigricantes & cinerei in quibusdam maculæ parue, in ventre pili

albicantes. Vitulo terrestri si aures excipias, valde similis est. Oris scissura est mediocri, dentes in eo ferrati, acuti, duri, candidi, lupinis dentibus similimi. Maxilla inferior lupinam etiam refert, superior, latior est quam in lupo, qua & naribus vitulis terrestribus affinis est. Pilos duos alias albos alias nigros, logiufculos in superciliorum loco, & in superiore labro habet. Lingua lata est & scissa. Oculi splendent, & subinde in mille colores veluti hyænx oculi transeunt. Aures non habet, sed earum loco meatus angustissimos, & valde exiguos, in viuentibus euidentiores, in mortuis ita confidunt vt vix reperias, intus foramen est cum ossiculis & tympanum, quæ qualia sint explicauimus cum de piscium auditu diceremus. Caput breue est & paruum pro corporis magnitudine, collum longius, quod pro arbitrio extendit & contrahit, lato est pectore, omoplatas enim habet quaternis musculis connexas superiore vel posteriore in parte quam canes terrestriaq; alia animantia, quæ in lateribus eas habent, ob id angusto sunt pectore, vituli verò latiore ad meliùs natandum. Veluti brachia sine cubito sine vlna habent breuissima, quod sequitur carpo nostro respondens ex multis ossibus constat, metacarpium verò ex quinque ossibus quæ pelle tantùm conteguntur, inde tanquam manus indiuisa, præterquam in extremo in quo quatuor linearum distinctiones tantùm spectantur, vngues autem quinque distincti. Quamquam aliter de his scripserit Aristoteles: ἢ ὃ φώνη ὡσαυτὲρ πεπρωμένον τετραπόδιον ἔστιν, ὅθεν γὰρ ἔχει μετὰ τὴν ἔμπροσθεν τὴν πόδα ὁμοίως χερσὶν ὡσαυτὲρ οἱ τῆς ἀρκτὸς, πέντε δακτύλοι γὰρ εἰσὶ, καὶ ἕκαστος τῶν δακτύλων χημπὰς ἔχει, καὶ ὄνυχια μέγαν. Vitulus marinus tanquam læsa imperfectaque quadrupes est, quippe qui continuò à scapulis pedes habeat, manibus similes modo vrsæ. In quinos enim finduntur digitos qui singuli ternis articulis flectantur, & vnguibus muniuntur. Verùm ego diligentissimè vitulum marinum contemplatus, pedes anteriores tales omnino esse quales depinximus cognoui, hodie quoque vitulum exsiccatum domi seruo, ex quo oculata fide idem ab omnibus qui videre voluerint, cõprobatur. Ineptissimè vitulum marinum repræsentauit autor ille lib. de aquatilibus: non enim ὡσαυτὲρ πεπρωμένον τετραπόδιον vt rectè dixit Aristoteles depinxit, sed ei ea crura siue brachia, cubitū, tribuit, pedes anteriores & posteriores non vituli sed castoris scilicet diuisos, membranis intertextos. Nostri delineationem persequamur, is corpore est ob longo, in caudam paruam desinente, ceruorum caudis similem, & in pedes posteriores caudis reliquorum piscium similes, sine digitorum diuisione sine vnguibus, etiam si aliter tradiderit Aristoteles. οἱ δὲ ὄνυχια ὅσοι πόδες πέντε δακτύλοι μὲν εἰσὶ, καὶ τὰς χημπὰς, καὶ τὰς ὄνυχια ὁμοίως ἔχει, τοῖς προποδίοις, τῶ δὲ χημπί πωραπλήσιοι τὰς τῶν ἰχθύων ἔρας εἰσὶ. Pedes posteriores quinis discretos digitis habet, & curuatura & vnguibus

Lib. 2. de hist. animal. cap. 1.

Lib. 2. de hist. animal. c. 1.

guibus cum primis conuenientes, verùm forma proximos piscium caudis. At rem aliter habere ἀποφάσι conuincit, nec aliam huius opinionis refutationem querendam censeo quàm sensum ipsum: si enim vitulos marinos siue mediterranei maris, siue Oceani diligenter inspicias, pedes posteriores tales esse comperies quales depinximus. Quod si caudis piscium similes sunt, vt aptissimè comparat Aristoteles, quí fieri potest, vt in quinque diuisos digitos & vngues desinant? Quomodo vera esse potest hæc figuræ cum piscium caudis similitudo? Intus pulmones habet, cor, ventriculum, hepar, lienem, intestinâ, quadrupedum terrestrium modo. Fel in hepate non habet autore Aristotele. Plinius verò eidem fel attribuit. Vitulis quidem marinis, inquit, ad multa quoque fel nobile. Qua verò in parte situm sit non exprimit, ex verbis tamen eius colligi potest vitulo marino fel esse in pectore, sic enim scribit. Fel serpentibus portione maximè copiosum, & piscibus. Est autem plerisque toto intestino, sicut accipitri, miluo. Præterea in pectore est & cetis omnibus. Renes habet vitulis terrestribus, vel delphinis, vel lutris similes, de quibus in superioribus diximus. Meatus qui à vena caua, & à magna arteria oriuntur, non in cauum quod in renum medio est, sed in ipsorum renum totum corpus videtur absumi. A renibus meatus vteretres tenues admodùm ad vesicam pertingunt. Leporum & aliorum animalium retro mingentium ritu mingunt & coeunt vituli, & diu ligati in coitu coherent, vt canes: est enim maribus pudèdum magnū, scemina verò rima raiarum modo. Ex semine statim animal concipit intra se & parit, secundas quoque emittit, & lac reddit modo pecudum. Parit singulos, aut geminos, aut complurimū tres, mām̄is quas geminas habet, educat foetū ritu quadrupedum, & parit vt homo omni tēpore, sed maximè cum primis capris, prolem circa duodecimum diem à partu deducit in mare, subinde assuefaciens, illa decliuis fertur nec ambulat, cum nōdum inniti suis pedibus possit. Miram matris erga catulos sollicitudinem in iis educandis, & ad natationem assuefaciendis describit Oppianus. Duodecim, inquit, dies mater cum catulis in terra degit, decimotertio die vlnis complexa in mare defert, & immergit, eosque veluti in alieno & peregrino solo enixa, in patriam & proprias sedes deducit, singulæque à matre deducti perlustrant.

Μίμνη δ' ἡμετα, πάντα δυώδεκα σὺν τεκέεσσιν
 Αὐτῶν ἐν βαφερῇ, βιομηδεύουσα ἢ σὺν ἡοῖ
 Σκύμνος ἀγχοῖς ἔχει, καὶ νεαλδέας εἰς ἀλά διώφ
 Παῖσιν ἀγαλλομένη, πᾶσι δὲ ἄτε σημαίνουσα,
 ὧς ὃ γυνὴ ξείνης γαίης ἐπὶ παῖδα τεκείουσα
 Ἀσπασίως πᾶσι δὲ, καὶ ὃν δάμον εἰσφύεται,
 Παῖδα δ' ἐν ἀγχοῖσιν πωρημερῆ φορέουσα

Li. 2. de Hist. animal. ca. 2.
 Lib. 11. cap. 32.

Ibidem.

Lib. 1. ἀλιθ. τικώμ.

Δώματα δὲ κενυμένη μῆδος νόμον ἀμφουαυαίξῃ
 Τερπωλίω ἀχόρετον, ὅδ' ἔ φρονέων πῶρ ἔχασα
 Πασιδαίνῃ μέγαρον τε, καὶ ἴθεα παύσα τοκήων,
 Ως ἄρα καὶ κείνη (φῆτερον γένος εἰναλία θῆρ
 Ἐς πῶλον προφέρῃ, καὶ δεικνύ) ἔργα θαλάσσης.

Vituli marini cicurantur, & hominem agnoscunt, suntq; delphi-
 norum more φιλαύθρωποι. Eius rei exemplum ex Eudemio narrat
 Aelianus. Vitulum marinum Eudemius ait, in hominem spongias pi-
 scari solitum, amore flagrasse, eoq; vbi subterranea petra esset, extra
 mare progressum cum spongiatore versatum fuisse. Is, cuius iconem
 hic expressimus circa Lerinum insulam captus, & in insulae illius xe-
 nobio multos dies educatus nullo metu cum hominibus versabatur,
 per terram se trahens, gradus etiam scandens. Somniculosum est ani-
 mal, grauissimoque somno opprimi solitum, inter dormiendum tam
 altè stertit, vt mugitum edere videatur, vnde vituli nomen. Huius
 causa est pituitosus humor, qui in aspera arteria est, inspirando & ex-
 pirando agitur. Tales sonos dormiendo edunt, qui crasso sunt
 collo & breui, destillationibus obnoxij: item ij, quibus excidit colu-
 mella. Dormit vitulus extra aquam ad solem, in arena litoris vel su-
 pra saxa, vt liberiùs respiret, maximè noctu, sed etiam interdium non-
 nunquam. Oppianus:

Lib. 1. ἀλιού-
 τικῶν.

Φάσμα δὲ ἐνύχαι μὲν ἀεὶ λείπεται θάλασσαν.
 Πολλάκι δὲ ἠμέτιαι πῶρ ἔστι δὲ ἐνὶ, καὶ ψαμάτοις
 Εὐκηνῶι μίμνεσι καὶ ἔξαλον ὕπνον ἔχουσιν.

Carne & pinguitudine multa abundat. Ossa cartilaginea habet,
 corio duro & spisso integuntur, sed plicatili, quò fit vt sese contrahe-
 re & colligere possint, vnde difficilè ictibus læduntur conglobato
 corpore, ob carnis & pinguitudinis copiam: vix enim nisi collisus tem-
 poribus interficiuntur, quæ pauca carne & pinguitudine obducta
 sunt, quò fit vt nerui, ac proinde cerebrum faciliùs patiantur. Eadem
 ratione feles domestici difficilè ictibus necantur. Pugnans inter se
 vituli marini, & cum aliis piscibus: sunt enim carniuori, & admo-
 dum voraces. Vidimus aliquoties in viuaria immisos vitulos magna
 reliquorum piscium pernicie vt luciorum, tincarum, cyprinorum.
 Vidimus id Gandai, & in stagno Regio ad Fontem belle aque. Mul-
 ti sunt in Oceno vituli, aliquando gregatim natant, quos piscatores
 aliquando sagittis & tridētibus insectantur, vix tamen ferrum in co-
 rium densum adigitur. Sine magno damno in piscatoria retia non
 incidunt, quia vt delphini & xiphia vi omnia perrumpunt & dilate-
 rant, id quod si senserint piscatores quàm celerrimè possunt, retia in
 terram pertrahunt, tum fuste capiti & temporibus sæpius illiso in-
 terficiunt. Oppianus.

Lib. 5. ἀλιού-
 τικῶν.

Φῶ-

Φάσμα δὲ σὺν ἀγκίστρα τέλειχα), ἔτε τις αἰχμῇ
 Τετραλυσὸς ἦκεν ἔλοι κείνης δέμας, ἔξοχα γάρ μιν
 Ρῖνος ὑπὲρ μελέων στερεὴ λάχεν ὄβριμον ἔργον.
 Ἀλλ' ὅτ' ὄπαλεκέεσσι λίνοις περικυκλώσῃ)
 Φάκλιω ἀσπαλίηες ἐν ἰχθύϊν σὺν ἐγέλοιηες,
 Δὴ τότε τοῖς κρατώνος τε πόνοσ, πῶσδὴ τε χεθέλκην
 Δίκτυον ἐς ρηγιμίνας, ἔπει φάκλιω μεμαῖσθιν
 Οὐκ ἂν ἐρητύσῃς, καὶ εἰ μέλα πολλὰ παρῆιν
 Δίκτυα, ρηιδίως ὅ βίη τ' ὀνύχων ὑπὸ ἀκωαῖς
 Ῥήξῃ τ' αἰξί τε, καὶ ἔασε) ἰχθύϊν ἀλκαρ
 Εἰληθμοῖσι, μέγα δὲ ἄλγος ἐνὶ φρεσὶν ἀσπαλίηων
 Ἀλλ' εἰ μιν χεθέλκην ὑποφθαδὸν ἐγύθει γαίης
 Ἐῖθα καὶ τειδόνλι, καὶ ἰφθίμοις ροπαλοῖσι
 Δέρας τε τιβαροῖσι χεθελίθλιω ἐλόωηες
 Ἐς κροτάφους πῶρ ἔστιν, ἔπει φάκλιω ὄλεθρος
 Οἰζυῖλος κεφαλήφω ἠχάμε) ἔλαμψῃσι

Vituli carne constant molli, spongiosa & pingui, adeò vt liqua-
 tur, si diutius manibus tractetur, ob id citò fatiat, nauseam parit, malū
 succum gignit, ferini odoris est. Qua de causa etiam à plebe negligi-
 tur iis in litoribus, in quibus frequenter capiuntur. Maiore est in pre-
 tio apud eos, qui procul à mari absunt. Corio etiam mortuorum ven-
 torum mutationes significantur: austrinis enim ventis insurgentibus
 pili inhorrescunt, & furriguntur, in Boreali constitutione ita desid-
 dunt, vt nullos esse affirmes, id quod sæpius obseruavi. Quo fit vt id
 verum esse credam, quod Plinius scripsit. Pelles eorum etiam detra-
 ctas corpori sensum æquorum retinere tradunt, semperque estu mar-
 ris recedente inhorrescere. Ex iisdem pellibus zonæ fiunt in multos
 annos vtilis, & tabernacula olim iis operiebantur, quia fulmine non
 tangi credantur. Plinius ex iis quæ fulmine non feriantur. Ex iis quæ
 terra gignuntur, lauri fruticem non icit, non vnquam altiùs quinque
 pedibus descendit in terram, ideo pauidi. altiores specus tutissimos
 putant, aut tabernacula è pellibus beluarum, quas vitulos marinos
 appellant, quoniam hoc solum animal ex marinis non percutiat. Ob
 eam causam Seuerus Imperator lecticam suam corio vituli mari-
 ni tectam voluit. Ex eodem calceari vtile esse podagricis articulari-
 busque morbis quidam autores sunt. Eiusdem cinis contra alopecias
 prodest. Adeps quoque vituli marini, qui in eo copiosus est, vt in
 delphino, balæna, & aliis per pulmones spirantibus, magni olim
 fuit in medicina vsus. Adipe vituli marini, inquit Plinius, canis ra-
 bidi morsu potum expavescentibus faciem perungunt cum utilita-
 te medici; igni instillatur naribus intermortuarum vuluæ vitio,
 & cum coagulo eiusdem in vellere imponuntur, eadem lepras

Lib. 9. cap. 131

Lib. 2. cap. 55


Lib. 2. cap. 85.

lichenasq; tollit, articulorum dolores leuat. & sanat. Coagulum eiusdem comitialibus, & strangulatis vuluis valde confert, id accipiendum priusquam in mare ingrediantur. Dioscorides. Coagulum vituli marini castorei vires repræsentat, comitialibus, strangulatis vuluis potu conferre existimatur. Sed si sit vituli marini hoc experimentum est, aqua inspergitur, qua paulisper cum alterius animantis, tum præcipue agni coagulum maduerit: nam si erit syncerum, statim liquefcit in aquam, sin minus consimile permanet. Excipitur autem catullis, qui nondum natate possunt. Hic meminisse oportet illius, quod annotauimus, quum de lepore marino diceremus, scilicet mēdosum esse Plinij locum LIB. XXXII. Iuba in iis voluminibus, quæ scripsit ad C. Cæsarem Augusti filium de Arabia, tradit vitulos marinos ternas heminas capere, neque enim vitulos marinos, sed lepores legere oportet, cum de leporibus marinis agat, vel itque ostendere eos in India (in qua omnia animalia grandiora sunt) maiores nostris esse, vt ex toto contextu liquet. Vituli verò marini nullo in mari tam parui sunt, quin heminas multò plures tribus capiant.

Cap. 7.

mita lob legit meo code

De Vitulo maris Oceani.




CAPUT VII.

S Quem hinc repræsentamus, etsi paulum diuerso sit corporis habitu à superiore, nihilominus tamen vitulus est marinus, qui nascitur in Oceano, corpore crassiore est magisque in se collecto. Vitulum esse indicant mugitus, vnde nomen, lingua bifida, dentes serrati, pedes posteriores piscium caudis similes, cauda parua, integumentum ex corio pilisque, pedes priores iidem, qui in superiore, digiti magis sunt diuisi, oculi rotundiores. Idem indicant & partes alię interiores & exteriores, mores & actiones. Vt tamen ab altero internoscatur vitulum maris Oceani nominaui.

De Del-

De Delphino.



CAPUT VIII.

VI A Græcis δελφίς vel δελφίν & δελφίνιος, à Latinis non mutato nomine delphin vel delphinus, & delphinulus dicitur, ab accolis maris mediterranei *delphin* vel *dauphin*, à quibusdam oceani accolis *marfouin* vel *meerschouin*, quasi maris suem dicas: à Gallis *becdoye*, quod prominentiore sit rostro. Cognominatur *iepos ixrys* & *ωαυδεραιης* & *φιλήθρωπος* ab amore, quo pueros & homines prosequitur, & Simo, quòd hoc nomine delectetur. Nonnulli delphinos berellos vocant, eo quòd (vt Alberti verbis vtar) ante naues aquam euomant. Delphinus tanquam genus phocenam sub se cõprehendit teste Arist. quum scribit phocenam delphino similem esse, sed minorē, & à compluribus delphini genus esse existimari. Et Ælianus de Taprobanę insulæ piscibus loquens, balænas delphinis insidiari scribit, horum duo genera illic nasci: alterum ferum & inexorabili inmanitate piscatoribus infestum: alterum natura mansuetum circum homines natate, & more canum blandiri, & se contrectari sustinere, atq; obiectum cibum sumere. De delphino eo qui omnibus notior est, & hominum amans primum dicemus, cuius partes tum internas tum externas eo diligentius explicabimus, quòd plura ab Aristotele, Plinio, ceterisque probatis autoribus de eo scripta sunt, & vt quę prætermissa sunt addamus, & vt quę ab iis tradita sunt, dilucidiora reddamus, postremò vt intelligant studiosi quantopere cetacei quidam siue beluæ marinæ cum quadrupedibus terrenis conueniant. Ex delphinis quos multos vidimus duos sceminam matrem, & foetum marem proponimus graphicè depictos & ad viuorum delphinorum verissimam imaginam expressos. Delphinus igitur cetaceus est piscis corio læui & sine pilis sed duro contectus, corpore oblongo, terete, dorso repando, rostro longo, rotundo, resumo, oris sciffura longa, quæ ad vnguem clauditur veluti ceruorum

Lib. 6. de hist. animal. c. 12. Libro 10.

os, dentibus paruis, acutis, pectinatim coëuntibus, lingua carnosa, exerta, in ambitu parum serrata, mobili suillæ simili. Oculis magnis, sed cute ad eò tectis vt pupilla solùm appareat, ij non procul ab oris scissura siti sunt, in eadem ferè linea. Nullum meatum neque ad odorandum, neque ad audiendum habet, si Aristoteli credimus, eum tamen & odorari & audire certum est. At meatus habere quibus audit nos ex anatome deprehēdimus. Hi post oculos sunt tenues admodum & exigui veluti in vitulis marinis, & multa pinguedine circūtekti, vt vix appareant, sed in caluaria auris internæ constitutio tota manifesta est. Post rostrū siue supra rostrum fistulā habet geminam, quæ ad caput arteriæ asperæ pertingit, foris figura C. internus sinus carne quadam molli & pingui oppletur, qua vtrumq; foramen arctè clauditur, eaq; fistula ante cerebrum est, ne quis credat post cerebrum esse: nam spine dorfi continuus ductus fistula interciperetur, sed à veteribus dicitur in dorso esse, quia magis ad partem posteriorem spectat, quàm in balæna, in qua fistula magis ad anteriora vergit. Eius vsus est, vt per eam respiratio fiat & aqua cum cibo hauista reiciatur. Pinnis natat duabus validis, quæ veluti hominis brachia cum omoplatis articulis iunguntur, earum muscoli quatuor robusti dorso pectorisque annectuntur. In medio dorso pinna vnica surrigitur partim ossæ partim cartilaginea sine vllis spinis aculeisve, etsi Plinius, Appion, Pausanias spinas in dorso habere dixerint. Cauda ex duabus pinnis constat è lateribus ortis, quæ in semicirculū sinuantur. Inferior ventris pars æquali spatio à sese disincta hæc continet, vmbilicum, pudendum, anum. dorso est nigro, vètre candido. Cute spissa & firma sed molli ob pinguedinem, quæ subest veluti in porcis terrestribus. Caro est nigricans suillæ vel bubulæ similis. Non spinis vel cartilagine sed ossibus sustinetur. Sub peritonæo partes quæ ad nutritionem & generationem conformatae sunt ad quadrupedum terrestrium magis quàm ad piscium partes accedunt. Nam epiploum habet, sed minùs pingue, quo ventriculus & intestina incalescunt & fouentur. Ventriculus magnum, cum ad iustam magnitudinem accreuerit, in recēs nato exiguus est & geminus videtur, eius fundo pancreas hæret, desinit in intestina, quæ in multos gyros conuoluuntur, eadem ferè vbique crassitudine præterquam in extremis, quæ mediis paulò sunt latiora, mesenterium vertebris annectitur glandulas nigras, venas, arteriasque intertextas gerens. Lien in recens natis magnus pro corporis ratione, in adultis paruus & niger. Hepar coloris sanguinei septo transuerso annexum, ventriculus totum complectens, in duos lobos diuisum. In caua parte vmbilicalē venam habet, quo loco vena porta exoritur. A gibba parte caua vena prodit sursum & deorsum ramos quāplurimos mittens. Fel nullū conspicitur.

Renes

Renes venæ magnæ trunco arteriæ quæ magnæ per emulgentes alligantur, sunt corporis proportionem amplissimi inter hepar & testes siti, numerosis carunculis racematim compactis veluti acinis constantes. Vrina per vrteras in vesicam percolatur, quæ terrestrium animalium vesicis similis sita est inferiore ventris parte. In ijs qui vtero adhuc gestantur, in vrachum desinit, per quem vrinam deponit in alantoidem tunicam ad diem vsque partus. Editi in lucem per pudendum vrinam sicuti terrestria emittunt, & per musculum sphincterem retinent. Vracho arteriæ vmbilicales adhærent, arteriæ magnæ inferioribus ramis insertæ. Vtrinque sunt testes oblongi, quibus præparantia vasa proposita sunt, in finiti scilicet venarum & arteriarum è magna vena arteriæque ortarum ramuli, qui post varios & multiplices anfractus in epididymis inferuntur. Cum enim magna sanguinis copia multo semini generando necessaria sit, quæ longo vasorum ductu ob spatij breuitatem transmutari & elaborari non potest solerter admodum natura gyros illos vasorum instituit, vt illis, id quod longitudini deest pensaretur, & quibus singuli meatus capreoli modo intorti dependent, & in glandulosa corpora radici pudendi adnata desinunt, ex quibus, meatu vrinario, neruo cauo genitale constat humano simile, cuius extremum foris propendet, in glandem tenuem linguis auium similem desinens, quæ præputio non omnino integritur, intus replicatum latet, ad veneris vsum exeritur. Oppianus.

Μηδεια τ' ἀποδρομοῖσι πανεκτα κρατυώονται
Οὐδ' αἰετοροφθῆς πορὸς ἄρσενος, ἀλλὰ οἱ εἶσω
Κέρυτται, λέγων ὅτι χροῖός ἐλκεται ἔξω.

Lib. 1. ἀλλο-
τικῶν.

Venas suas, neruos, arterias idem pudendum habet, ossi innititur quod ossi pubis proportionem respondet. Inferiorem ventrem sumus executi de superiore iam dicamus. Thorax costis veris & mendosis, sterno, vertebris, musculis constat, cuius capacitatem pulmones magni complent, densiore substantia quàm in terrestribus, crassitudine & colore hepar quadrupedum referunt, tum ne aqua in rariorem substantiam altiùs penetrans eijci non posset, tum ne in magnis expirationibus, quibus in aquis fere semper vt coguntur tenuior substantia facillè disrumperetur. Hi in duas partes diuisi sunt, parte inferiore adeo gracilescunt, vt membranam esse affirmes, vndique cor complectuntur pericardio conclusum, in medio thorace locatum, nulla in re porcorum cordi ab simile: duos sinus, totidem auriculas, denique similia omnia habet. Ad hæc asperam arteriam, œsophagum, musculos, & quæcunque in terrestrium corporibus sunt, clauicula exempta reperire est. Caput cum vertebris articulatur. Cerebri dispositio est diuersa, nam in anterius & posterius diuisum est, non in dextrum & sinistrum, vt in homine, neruorum coniugationes ex eo nascuntur,

made in the
-per. vnter
π.

R r

plexus *χρροφδης* in eo, rete mirabile, meninges duæ pro integumento, vt omnia hæc in summam contraham, porco terrestri maximè similis est: differt autem colore, felle, renum forma. Superest vt sceminarum partes internas explicemus, quò scetus generatio intelligi possit. Vulua ceruicem palmum vnum longam habet, ea deinde in ramos duos distribuitur, veluti in quadrupedibus terrenis videre est, testes ad vteri cornua positi, pudendum inter vmbilicum & podicem, Non parte superiore sed prope pudendū mammæ sine papillis perspicuis, sed harum vice alueoli humoris duo sunt, vtrinque vnus è quibus lac fluit, quod ore catulorum parentem sectantium excipitur. Fœtum ex semine concipit, sine ouo, & perfectum in lucem edit, singulos vno partu, interdum tamen & binos, vterum gerit decem mensibus. Æsta

Lib. 6. de hist. animal. ca. 13. Lib. 9. cap. 8.

te parit, nec vlllo tempore alio, vt rectè scripsit Aristoteles. Vnde Plinij locus is falsus videri potest. Agunt vere coniugia, pariunt catulos decimo mense, æstiuo tempore. Nam si vere delphini cum sceminis commisceantur, gerantque vterum decem mensibus, quî fieri potest vt æstate pariant? Dicam quod ipse experientia comprobauit. Quum hæc scriberem, è matris vtero fœtum quem hîc depingendum curauimus vere ex traxi. Alteram Octobri mense dissecui, in cuius vtero tum primùm formari cœptos catulos inueni. Ex quibus effici necesse est, eum quem ferè perfectum vere comperi proximæ ætatis initio in lucem edi oportuisse: alterum initio autumnii conceptum decem mensibus post nimirum æstate gignendum fore. Quare Plinij locum mendosum esse existimo neque cum intellexisse delphinos veris tempore coire, cum mox subiungat decimo mense catulos parere, æstiuo tempore. Sed legendum. Agunt vera coniugia, quod ex Aristotele sumptum est.

Lib. 9. de hist. animal. ca. 49.

Διαζύβισσι ὁ μετ' ἀμύλων καὶ συζυγίας οἱ ἄρρενες ταῖς θηλείαις.
degunt coniugatum mares cum sceminis. Chorion, amnio, alantoide tunicis fœtus in vtero inuoluitur, sanguine nutritur per venas vmbilicales, spiritum per arterias eandem trahit. Denique eodem planè modo quo quadrupes animal vel homo in vtero concipitur & nutritur, & in lucem editur. Coeunt delphini supinis partibus ad motus mutuis amplexibus inhaerentes, hominum more. Oppianus.

Lib. 1. ἀλιούτικωμ.

Δελφίνες δ' ἀνδρασιν ὁμοῦ γάμον ἐντύνοισι
Quæ παραφραστικῶς vertit interpres.
Ἰνὴν ἄσπετον ἄσπετον ἄσπετον ἄσπετον ἄσπετον
Delphines similes hominis complexibus haerent.

Id quod à me aliquando in mari nostro spectatum est. Lacte nutriunt catulos, gestantque eosdem infirmos, adultos diu comitantur, adolecunt autem celerrimè, quippe annis decem ad summam perueniunt magnitudinem, viuunt annis cō pluribus. Constat enim nōnullos vixisse annis viginti quinq;, alios triginta quod cognitū fuisse testatur Ari-

scilicet idem legitur cap. 14.

Aristoteles præcisa à piscatoribus cauda, vt quos ita reddidissent mari, captos item agnoscerent, & spatium temporis scirent. Item Albertus tricenis annis viuere scripsit. Dormiunt rostro sublato siue fistula elata per summa æquoris qua etiam spirant, pinnas suas leuiter mouendo, stertentes etiam leuiter audire nonnulli. Narrant quidam delphino motum ad eò esse familiarem genuinumque, vt standi interquiescendique nescius eundem vitæ sortiatum finem quem & agitationis, sicubi verò somno sit opus, euolat in summum, moxque resupinus sensim ad ima deferri se patitur, ad terræ autem contactum velut expergefactus resilit, denuo stridens, rursusque rationem eandem inquit quietem sibi hoc modo mistam motioni machinatus. Certissimum & hoc esse futuræ tempestatis prognosticon, vbi in maris superficiem frequentius se vibret, & quodammodo colludat, cuius rei causam D. Thomas hanc reddidit: hyemali inquit, procella ingruente, ab imo maris consurgunt exhalationes, quæ hyemi fomenta suggerunt, tuncque calor excitatur in delphinis, quoniam vero calidi propria est agitatio, inde contingit id animal crebrius erumpere, ac sese ostentare. Ex quo illud est Plinij, delphini tranquillo mari lasciuientes, flatus ex qua veniunt parte prælagiunt. item spargentes aquam, item turbantes tranquillitatem. Id verum esse affirmant piscatores & nauæ. Non solum verò delphini, sed & alia etiam animalia tempestatem præsentiant, vt echini arena se saburrantes, vt ranæ vltra solitum vocales. Sunt & multò plura quæ tempestates prælagiunt, de quibus Plinius LIB. XVII. Quare crediderim pisces in aqua æris agitatione mutationeque affici, non aliter quàm imbecillos & valetudinarios ob austrinos instantes flatus, dolorem in capite, vel articulis sentire, quod euenit ijs qui cum Neapolitano morbo diu conflictati sunt, vel arthricis. Sic laterum vel thoracis doloribus obnoxij septentrionales ventos prænunciant. Nam paulatim magis ac magis immutatur aër, priusquam omnino in contrarium permute-tur. Leues autem immutationes facillè ferunt, qui prospera sunt valetudine, magisque externis causis morborum resistunt. Ad alias delphini actiones transeamus. Stridorem edit, vocis que non nihil, quia asperam arteriam & pulmones habet, & linguam mobilem, quod vt intelligerent studiose exertam in pictura expressimus. Sed statim reclamabit aliquis ex Aristotele, vnaque cum Plinio nos errare affirmabit, de delphini lingua hæc scribente. Lingua est his contra naturam aquatiliū mobilis, breuis atque lata, haud differens suillæ. Pro voce gemitus humano similis. Aristoteles autem dissentire videtur his verbis, *Ἀφίσει ὁ καὶ ὁ δελφίς, ζισμόν, καὶ μύζην ὅταν ἐξέλθῃ ἐν τῷ ἕλει, ἕκ δὲ μοῖας ὁ τοῖς εἰρημύοις, ἔτι γὰρ τὸ το φωνὴν ἔχει καὶ πνύματα, καὶ ἀρτηρίαν: ἀλλὰ τὴν γλῶτταν ἕκ ἀπολελυμένω, ἕκ ὁ χέλι, ὥστε ἀρθρὸν τι τῆς φωνῆς ποιεῖν.* Delphinus

Lib. 8. cap. 35.

Cap. 35.

Lib. 9. cap. 8.

Lib. 4. de hist. animal. cap. 9.

stridet ac mutit efferens sese in aërem, sed non quemadmodum ea quæ superius enumeravi: hic enim vocem & pulmonem, & arteriam habet, sed linguam non solutam, neque labra, ut articulata vocem possit edere. At qui Aristotelis cōtextum propius inspexerit nobis, Plinioque minimè aduersari intelliget. Etenim Aristoteles hoc capite ostensurus, quæ animalia vocem, quæ locutionē, quæ sonum aliquem siue strepitum edant, subtiliter hæc omnia distinxit: ut vox à pharynge & pulmonibus pendeat, ut quibus pulmo desit, ijs nulla vocis emit tendæ sit facultas, locutio verò non nisi vocis per linguam explanatio sit, quamobrem quæ linguam non habent, aut μη ἀπολελυμένω, id est, non liberam & solutam, ea neque vocem emittunt, neq; loquuntur, at sonos edere vel alijs partibus possunt. Lyra igitur & chromis sonos stridorésq; mouent, quia neque pulmonem, neq; arteriam habent, & peccines quoties per summa humoris nitibundi feruntur, quod volitare dicunt, stridere sentiuntur, atq; etiam marinæ hirūdines quæ sublimes volitant mare non attingentes. Delphinus verò non eodem modo stridet ac mutit, quo hæc omnia, quia vocem habet ob pulmonem & arteriam: præterea linguam mobilem ac liberam, sed non ita liberam & solutam ut voci articulatae & locutioni efferendæ satis esse possit. Quare non negat Aristoteles delphinum linguam mobilem habere, sed non ita mobilem & solutam, ut vocem articulata efferre possit. Est enim brevis ut ait Plinius. Atq; hūc esse germanum Aristotelis sensum confirmo ex ipsiusmet testimonio, cuius paulò post hæc sunt verba: *Ἐὶ δὲ παῖδια ὡσπερ καὶ τῶν ἄλλων μωρίων ἐκ ἐγκρατῆ ἐστὶν ἕτως, ἐστὶ τῆς γλώττης ὁ πρῶτον, καὶ ἐστὶν ἀτελής, καὶ ἀπολύεται ὑψιτέρον, ὥστε φέλλιζσαι, καὶ σαυλιζόνται ἔτι πολλὰ.* Pueri ut cætera sua membra continere ac regere queunt, sic etiam linguæ sunt impotentes, & quidem imperfecti, & serò lingua absoluuntur. itaque magna ex parte balbutiūt, tortūq; sunt lingua. Pueris igitur lingua non deest, neq; adherens est, sed mobilis & lata quæq; exeri potest, sed nondum ita libera ut vocē distinctè articulatēq; enunciare possint. Ita delphinis lingua est lata, mobilis, quæ modò exeri, modò condi possit, non hærens palato neq; ossæa, non ita tamen soluta ut vocē explanatē efferre queant. Porro neq; labra, neq; palatum cameratum habet, quæ locutioni conferunt. Delphinum audire, cæterósq; omnes pisces cōstat ex ijs quæ diximus, quū de piscium sensibus ageremus. Huius verò sensus organum nullū manifestū reperiri potest, ne in delphino quidem ut putat Aristoteles. At audire sine meatu vllō partēq; huic rei destinata, nullum animal potest, per quam soni vocēsq; ad cerebrum perferantur. Qua ratione impulsus cum delphini cranium diligentissimè contemplatus essem, manifestissimum audiendi meatum, qui ad cerebrum vsque patet inueni, è regione in viui delphini capite foramē tam exiguum, ut ferè oculorum aciem

Lib. 4. de hist.
anim. cap. 8.

aciem fugiat statim post oculum, qui situs in causa est, cur difficilius reperiat. sunt enim oculi & foramina illa in eadem ferè linea cum oris scissura. Cū verò sagacissimè odoretur, multò difficilius est inuenire quæ pars huius sensus ministra sit, quod non solum in delphino sed in omnibus alijs piscibus admiratione dignū est: neq; est quod quis per foramina illa quæ ante oculos sunt narium loco pisces odores percipere certò credat, ad cerebrum enim vsque non permeant, sed partim obseptæ, & cæca mox desinunt, partim ad branchias feruntur. Omnes tamen odorari certum est, cū esca recenti abstineat, nec iisdem escarum generibus omnes capiatur, sed varijs, scilicet sui agnitioni odoris, quippe cū vel fœtidis nonnulli alliciantur. Quare meatus istos cæcos esse existimo, & qui oculis nostris cerni non possunt, per quos tamen odori ad cerebrum pateat aditus, ut qui tenuioris essentia sit quàm humor. Quod si in his qui branchias habent perspicui non sunt, quantò minus esse debent in iis qui pulmonibus spirant: In illis enim branchiæ valde patent, ut sine inspiratione magna odorari possint; hi cū respirationis organum intus lateat, sine magna inspiratione & aëris tractu odores non percipiunt, ut docet Galenus in lib. de odoratu, quibuscum vnà in cerebrum penetraret aqua, si per apertos meatus permearent. Odores autem in cerebrum piscium sese insinuare id maximo est argumento, quod ad escam nidorosam accedunt, odoribusque caput repleatur & grauitate tētetur. Et ut de cæteris taceamus, de delphino odore vnguenti grauitate offenso historiam ex Plinio narremus. Alius inter hos annos in Africo litore Hipponis diarrhyti, simili modo ex hominum manibus vescēs, ferensque se tractandum, & alludens natantibus, impositósq; portās, vnguento perunctus à Flauiano proconsule Africae, & sopitus (ut apparuit) odoris nouitate, fluctuatúsque similis exanimi, caruit hominum conuersatione, ut iniuria fugatus per aliquot menses, mox reuersus in eodem miraculo fuit. Qua in re delphino cum suis conuenit quibus amaricinum inimicum est, si Lucretio credimus.

Libro 9. ca. 8.

*Denique amaricinum fugitat suis et timet omne
Unguentum.*

Libro 9.

Quoniam actiones sine partibus quæ harum gratia à natura conditæ sunt explicari vix possunt: iis addamus quædam de delphini ore ab Aristotele & Plinio prodita, quibus fit ut dubitare possit aliquis, sit ne delphinus veterum quem hic exhibemus. Cū enim delphino nostro sit os ante & in prumptu, longa etiam scissura & multum infra rostrum descendens, tamen Aristoteles hæc scripsit: *οἱ δὲ σελαχόδεις καὶ δελφίνες, καὶ πάντες οἱ κητώδεις ὑπὸ τοῖς ἀσπίδα λαμβάνουσι, καὶ τῶ γὰρ ὁ στόμα ἔχει, εἰς σάρονται μᾶλλον οἱ ἐλάττες, εἰ δὲ μὴ, πάντων δὲ δοκίμων ὀλίγοι εἶναι: καὶ γὰρ ἡ τῆς δελφίνος ὀξύτης καὶ δυνάμεις τῆς φαγείν, δοκεῖ εἶναι θαυμαστῆ.* Cartilaginei, del-

Lib. 9. de hist.
anima. cap. 2.

Lib. 4. de par. animal. c. 13.

phini & omnes cetacei resupinati cibos capiunt. habent enim os subter, vnde fit vt minores priculum facilius possint euadere, alioqui pauci admodum seruantur, quippe cum delphini celeritas, atq; edendi facultas mira esse videatur. Et alio loco apertius: *ἐχθρὸν ἢ πρὸς τὸν ἑσπέρου διαφορὰς, ἃ μὲν γὰρ κατ' ἀντικρὺ ἐχθρὸν ἑσπέρου, ἢ εἰς τὸ πρὸθεν, ἃ δ' ἐν τοῖς ὑπὸ τοῖς ὄμοις δελφίνες ἢ ἄλλοις ἰσχυροῦσι, καὶ τὸ σελαχόδη, κατ' ὑπερθεῖα φρεσὸν λαμβάνει τὸ πρὸν. Φαίνεται δ' ἡ φύσις ἔμψυχον σώματος ἐνεκεν ποιήσαι τὸ τοῦ ἄλλων ζώων (ἐν γὰρ τῇ φρεσὶ σώζειται τ' ἀλλὰ δὴ βραδυώοντα, πάντα γὰρ τὰ τοῦ αὐτοῦ ζώου ἔστιν) ἀλλὰ ἢ πρὸς τὸ μὴ ἀναγκασθῆναι τὴν λαμβάνουσαν τὴν πρὸν τὸ πρὸν γὰρ λαμβάνουσαν διέφραται ἀπὸ διὰ τὴν ἀλήρωσιν τὴν γέρας. Πρὸς δ' ἄλλοις πρὸς τὴν ἀλήρωσιν ἢ λεπτὴν ἔχουσαν τὴν ῥύγχος φύσιν, ἔχουσαν τὸ διαίρετον ἔχουσαν.* Sunt & oris differentie, alijs enim os est ante & in promptu, alijs infra parte supina, vt delphinis & cartilagineo generi, quamobrē hac nisi cōuersa resupinentur, cibum corripere nequeunt, quod natura non solum salutis gratia reliquorū piscium fecisse videtur (dum enim illa sese conuertunt mora intercedit, qua piscis quem insectantur euadere possit: nam omnia id genus rapina piscium viuunt) verū etiam ne nimis deuorandi auiditatem explerent, si enim facilius caperent, breui præ immodica satietate perirent. Præterea rostrum rotundum est & tenue, quodque diuidi in os non possit. Ex ijs sua mutuatus est Plinius: Nisi multum infra rostrum os illi foret, medio pene in ventre, nullus piscium celeritatem eius euaderet. Sed affert morā prouidentia natura, quia nisi resupini atque conuersi non corripunt, quæ causa præcipue celeritatem eorum offendit. In his Aristoteles & Plinius videntur delphinis os in supina parte tribuere, quod galeis & alijs multis cartilagineis proculdubio competit, delphinis nō item: de quibus id verissime dici crediderim quod in supini conuersi cibos corripiat: tum propter causas quas reddit Aristoteles, tum propter longam oris scissuram, & multum infra descendentem, ob quam si proni vescerentur cibi vix bene corripiri possent, atque hinc & inde diffuerent, nec recta in oris fundum, ac inde in œsophagum deferrentur. Addam aliud quod a veteribus dictum est, vero haud consentaneum. Aulus Gell. inquit: verba Appionis subscripsi eruditi viri ex Ægyptiacorum libro quinto, quibus & delphini amanti, & pueri non abhorrentis consuetudines, lusus, gestationes, aurigationes refert: eaque omnia seipsum, multosque alios vidisse dicit. *Καὶ αὐτὸς δ' ἔν εἶδον πρὸς διγαμάρχιδου δελφίνα ἐρανεῖ παῖδος, καὶ πρὸς παυδιδίω ἐπισημένον φωνῶν. ἄλλοι δ' ἐν ἢ πρὸς τὸν ἰσχυρὸν οὐκ ἔχουσιν, ἀνεδέχετο σὸν παῖδα ἐπὶ τῶν νῶτων, καὶ ἄλλοις ἀκρόθας πρὸς τῶν ἑλλων, ἵνα μὴ τὸ ποθὲμιον χεῖρα ἀμύξει, καὶ ἰσχυρὸν πρὸς τῶν βεβηχῶτα μέχρι διαικισίων ἀνήγε τῶν δίων. Ἐξέρχετο δ' ἄρα ἡ ῥώμη καὶ πᾶσα ἡ ἰσχυρία θεῶτα δὲ ἰσχυρὸν ἰσχυρὸν ὡς ἔρωτος, id est, Et nos quidem vidimus apud Puteolos delphinum amantem mirè puerum, inclamatum à puero acciri*

Lib. 9. cap. 8.

acciri. Quinetiam adnatans dorso puerum admittebat, ita vt pinna aculeos velut vagina conderet, ne dilectum sibi corpus laceraret, receptumq; equitis modo insidentem per magnum æquor, per ducenta stadia deferret. Roma igitur tota, omnisque Italia confluebat, vt piscem amoris causa vectorem pueri spectaret. Paulò aliter rem narrat Plinius. Diuo Augusto principe Lucrinum lacum inuectus pauperis cuiusdam puerum, ex Baiano Puteolos in ludum literarium itantem, cum meridiano immorans appellatum, eum Simonis nomine ferpius fragmentis panis, quem ob id ferebat, allexisset, miro amore dilexit. Pigeret referre, ni res Mæcenatis & Flauiani, & Flauij Alfij, multorumq; esset literis mandata. Quocunq; diei tempore inclamatus à puero, quanuis occultus atq; abditus ex imo aduolabat, pastusq; è manu præbebat ascensuro dorsum, pinne aculeos velut vagina condens, receptumque Puteolos per magnum æquor in ludum ferebat. Simili modo reuchés pluribus annis, donec morbo extincto puero. subinde ad consuetum locum ventitans, tristis & mœrenti similis ipse, quoque (quod nemo dubitaret) desiderio expirauit. Hi delphino aculeos in pinna dorsi tribuunt, quod falsum esse sensus ipse conuincit: nullas enim omnino spinas, neque aculeos in vlla corporis parte, habet delphin. Quare vel fabulosa ista esse oportet, vel eos qui ista scripserunt parum diligenter delphinos inspexisse. Pinna vnica est in medio dorso satis rigida, aliæ duæ in ventre, ita sitæ vt non solum natatum, sed etiam vt motu quo sursum sese effert respirandi causa adiuuent. Aliæ duæ in cauda, quarum etiam magnus est vsus & diuersus ac in alijs situs. Non ex recto spinæ dorsi ductu oriuntur, vt altera sursum, altera deorsum spectet, sed ex caudæ lateribus, altera dextram, altera sinistram partem versus, ita vt cauda sua latitudine aquam verberet. Cuius tanta vis est, vt proverbio dictum sit, *δελφίνα πρὸς τὸ ἔρανον δεῖν*, id est, delphinū cauda ligare, in eo qui frustra quidpiam conantur, quod non dictum est propter caudam lubricam, etsi læuis sit, sed propter eius robur: nullus enim quantumuis viribus præstans delphinum hac parte retinere potest. Quum deorsum cõtendit, caudam sursum mouet, contra quum in summa aquæ sese effert: sed ea celeritate, vt nullum eo velocius animal esse dicatur. Aristoteles. *Ἀπέντων διοκεῖ εἶναι τὸν ζῶον ἄριστον, καὶ τῶν ἐνδύρων, ἃ τῶν χειρῶν, ἢ ὑπερῶν, ἢ ἀπὸ τῶν πλοίων μεγάλων ἰσχύς. Μάλιστα δ' ἐστὶν αὐτοῖς (ἠσβαίνει, ὅταν δὲ κωσὶ ναυὰ ἰχθῖν ῥοφῆς χάριν, τὸ τε γὰρ ἐὰν ἀποφύγει, (ἠσβαίνει) εἰς βυθὸν διὰ τὸ πῶν. ὅταν δ' αὐτοῖς μακρὰ γίνηται ἡ ἀναστροφή, κατ' ἐχθρὸν τῶν ἀνδρῶν, ὡς ἀπὸ ἀναλογισμάτων, ἢ (ἠσβαίνει) εἰς βυθὸν, φερὸν) ὡς ἀπὸ τῶν δελφῶν, τῇ ἰσχυρίᾳ τὸ μῆκος διελθεῖν βελόνην πρὸς τὴν ἀναπνοῦν, ἢ ὑπερβόνην) τὸς ἰσχύς, ἐὰν παρατύχῃ τῶν πλοίων.* Omnium tum aquatiliū tum terrestrium animalium velocissimi mihi videntur esse delphini: super-

idem veritat. solus cap. 14. ee mltas del. delphini cum pueris fessimus

Lib. 9. de hist. anim. c. 14.

filiunt enim nauigiorum magnorum malos, quod maximè faciunt, quum piscem quempiam cibi causa persequuntur: tunc enim si is fugit, ad fundum vsque fame vrgète insequuntur: quod si longior fuerit reuersio spiritum continent, quasi spatium apud se reputantes, & conuersi sagittæ modo feruntur, celerrimè itineris longitudinè emetiri volentes respirandi causa, quo impetu nauigiorum quæ fortè illic fuerint, malos superant. Quæ Plinius maiore ex parte expressit. Velocissimum omnium animalium non solum marinorum delphinus, sed ocyor volucres, acrior telo. Nam cum fame concitati, fugientem in vada ima persecuti piscem, diutius spiritum cõtinuere, vt arcu dimissi ad respirandum emicant, tantæque vi exiliunt, vt plerunq; vela nauium transuolent vento euntium. Vnde qui hieroglyphicis literis res significabant, velocitatem per delphinum expresserunt: quod indicat celeberrima illa & omni Principe dignissima sententia *ὄπισθε βραδέως*, id est, festina lentè, quæ Octauio Augusto adeo arrisit, vt non in sermonibus modò quotidianis crebrius vsurparet, verum etiam epistolis suis frequenter insereret, admonens his duabus vocibus, vt ad rem agendam adhiberetur simul & industriæ celeritas & diligentia tarditas. Eadem Tito Vespasiano adeo placuit, vt nuntiatum insculperit, quæ altera ex parte faciem Titi Vespasiani cum inscriptione præferrent, altera ancoram, cuius medium ceu remonem delphin obuolutus complectitur, ancora tarditatem, delphino celeritatem designante. Eandem delphini celeritatem comparat sagittæ Oppianus.

Lib. 2. ἀλιστ-
πικώμ.

Δελφίνες δ' ἀγέλησιν ἄλδος μέγαι χιρρανέσσι
Ἐξοχοὶ ἠγορέη τε, καὶ ἀγλαίη χιρρώνησ.
Ῥιπῆ τ' ὠκυάλω, διὰ γὰρ βέλως ὄψε θαλασσῶν
Ἰπιδύται.

Ab hoc delphini in natando impetu ortum est prouerbium, *δελφίνα νήχεος διδίδχεος*, delphinum nare doces, in eos cõpetens, qui monere quẽpiam conantur in ea re, in qua cum sit ipse exercitatissimus, nihil eget doctore. Veruntamen delphinus etsi velocissimus & fortissimus sit aduersario non caret: amia enim cum eo pugnant, & expugnant, vt capite de amia fusiùs exposuimus. Idem crocodilos necat in Nilo, vt tradit Plinius. Verum in crocodilo maior erat pestis, quàm vt vno esset eius hoste natura contenta. Itaq; & delphini immeantes Nilo, quorum dorso tanquam ad hunc vsum cultellata inest penna, abigentes eos præda, ac velut in suo tantum amne regnâtes, alioqui impares viribus ipsi astu interimunt. Callent enim in hoc cuncta animalia, sciuntq; non modò sua commoda, verum etiam & hostium aduersa, norunt sua tela, norunt occasiones, partèsque dissidentium imbelles. In ventre mollis est tenuisque cutis crocodilo, ideo se vt territi immergunt

Lib. 8. cap. 25.

guat delphini, subeuntèsque alium, illam secant spina. Superius annotauimus delphinum non in dorso tantum sed & in toto corpore spinas omnino nullas habere, quamobrè pro spina, legendum opinor, pinna vel penna, quemadmodum ante cultellatam penam dixit. Sed non sine causa dubitauerit is qui delphinum & crocodilum diligentius inspexerit, qui fieri possit, vt delphinus dorso pinna crocodili alium dilaceret. Nam crocodili cutis minùs est in aluo dura quàm in dorso, non tamè ita mollis vt cultro etiam peracuto penetrari possit, delphini verò pinna nõ vsque adeo dura est neq; acuta, cui tamè vim magnam à celeritate, addi non negarim. Non desunt qui sturionem nostrum, veterum delphinum esse crediderint, ob dorso cultellata offesa, quæ clypeos referunt, quibus etiam ligna veluti ferrâ secari possunt. Atq; in ea sententia fuisse scio virum doctissimum, cuius iudicium his in rebus plurimi facio. Vulgus piscatorum ait delphinum balænæ præire, & iter præmonstrare, quod veteres musculo tribuerunt. Sed eius opinionis occasionè inde ortam arbitror, quod ubi balænæ sunt, ibi delphini & lamiaæ frequentes sunt, à quibus balænæ dilacerantur. Delphinos fama est, si pompilum aut vrgente fame, aut casu aliquo degustarint, stupidos fieri subito, & viribus defectos nullo postea negotio maris æstu in litus eijci, ibique à mergis, cæterisque auibus maritimis dilaniari & absumi. Tricenis diebus latere circa canis ortum, occultarique incognito modo scribit ex Aristotele Plinius quod è

Lib. 9. cap. 8.

magis mirum est, inquit, si spirare in aqua nequeunt. Neque ego id verum esse crediderim, nisi in scopulorum specubus lateant, in quibus liberè spirare possunt, quemadmodum faciunt & vituli mari. Solent etiam in terram erumperè, incerta de causa iisdem autoribus, sed id cæstro diuexati faciunt veluti thunni & gladij. Præ dolore igitur in terram exiliunt, cuius rei oculatus sum testis, reperi ipse cæstrum siue asilum delphino qui in litore iacebat inhærentem. Idem eis accidit mugiles veloces admodum persequentibus, quum enim citatum cursum inhibere non possunt: in terram vsque impelluntur. Statim tellure tacta moriuntur, ait plinius. Et Ouidius.

Lib. 9. cap. 8.

Quem postquam bibulis iniicit fluctus arenis

Unda simul miserum vitæque destituit.

Ex eo natum fuisse prouerbium autor est Plutarchus: delphini in terra vis, de iis dictum qui id in quo minùs valeant toto conatu petunt, quod delphinus tam stupendæ agilitatis animal terræ contactum non patitur. Sed hoc falsum esse docet experientia. Nam scæmina quam dissecuimus, vt eam cum foetu exhiberemus, viua diu iacuit, & delphini viui à nostratibus Lugdunum vsque aliquando deportati sunt. Citius moriuntur si iisdem retibus quibus thunni capiuntur, ob id quod inuiti sub aqua retinentur, respiratione priuati. Si sagena nostra

vulgari capiuntur, non capiuntur, quia sese efferendo respirant. Multo ocyus moriuntur fistula obturata, quod argumento est magis per fistulam quam per os respirare. Ichthyopolæ nostri longius alportare volentes, & viuos seruare, in fistulam vinum instillant, quod fistulam non obstruit, sed per eam in os & ventriculum penetrat, & diutius spiritus conseruat. Delphini magna ex parte singulos edunt, interdum binos, quos iater animantes omnes magno amore persequuntur, vnde si forte piscator alterum ex catulis tridente aut hamo capiat, ipsa sui casum non perhorrescit, neque captum deserit, sed insequitur, nec villo modo ab insequendo deterretur: alterum autem, si forte adsit caudæ verberatione persequitur, ac mordicus premens ablegat ne capiatur, ipsa verò manet, vt cum filio moriatur, cui liberum erat periculo sese subtrahere. Mortuorum etiam curam habere traditum est: extinctos enim ad continentem velut funere illos efferentes, hominibus ipsos sepeliendos tradunt: post verò sequitur magna delphinorum multitudo, tanquam funeri operam dantium, eos ab impetu aliarum belluarum, ne deuorentur defendentium. Ferunt eos dignoscere, qui è delphinis degustarint, illosque deuorare: ab aliis verò abstinere, qui nunquam delphinum contigerunt, vt ederent, tanta beneuolentia sese mutuò prosequuntur. Tradunt etiam veteres, delphinorum opera homines in piscatu vsos fuisse. Vnicum ex Plinio exemplum proferemus, & eò libentiùs, quod in Gallia nostra Narbonensi solitum fieri narrat eo in loco, qui à Montepelio parum distat, quique Monspelienfibus nostris tam notus est, quam sua cuique domus. Præterea locum Plinij in vulgaribus codicibus corruptis aliquot locis restitimus opera Guilielmi Pelicerij Monspelienfis Episcopi antiquitatis peritissimi. Locus est huiusmodi. Est in Nemaufienfi agro stagnum Latera appellatum, vbi cum homine delphini societate piscantur. Innumera vis mugilum statuto tempore, angustis faucibus stagni in mare erumpit obseruata æstus reciprocatione. Qua de causa prætendi non possunt retia æquè, molem ponderis nullo modo toleratura. Et iam si non solertia insidietur tempori: simili ratione in altum protinus tendunt, quoniam vicino gurgite affigatur, locum que solùm pandendis retibus habilem effugere festinant. Quod vbi animaduertere piscantes (concurrit autem multitudo temporis gnara & magis etiam voluptatis huius auida) totusque populus è litore quantum potest clamore conciet Simonem ad spectaculi euentum: celeriter delphini exaudiunt desideria, Aquilonum flatu vocem prosequente, Austro verò tardiùs ex aduerso referente. Sed tunc quoque improviso aduolant: properè apparet acies, quæ protinus disponitur in loco, vbi coniectus est pugnae, opponit sese ex alto, trepidosque in vada vrget. Tum piscatores circundant retia, furcisque subleuant,

leuant, mugilum nihilominus velocitas transilit. At illos excipiunt delphini, & occidisse ad præsens contenti, cibos in victoriam differunt operæ. Prælium feruet, includique retibus se fortissimè vigentes gaudent: ac ne hoc ipsum fugam hostium stimulet, inter nauigia & retia, natantésque homines ita sensim elabuntur, vt exitus non appareat. Salto (quod aliàs blandissimum his) nullus conatur euadere, ni summittantur sibi retia, egressus ante vallum protinus præliatur. Ita peracta captura quos interemere diripiunt. Sed enixioris operæ quam in vnus diei præmium conscij sibi operiuntur in posterum: nec piscibus tantum, sed & intrita panis ac vino satiantur. Quæ de eodem genere piscandi in Iassio Mutianus tradit, hoc differunt, quod vltro neque in clamatæ præsto sint, partésque è manibus accipiant, & suum queque cymba è delphinis socium habeat, quanuis noctu & ad faces. Hac piscandi ratione audio Hispanos aliquando vsos fuisse non procul ab vrbe *Palamos* nuncupata. Eadem hodie quoque vti possent piscatores nostri, nec dubito quin delphini ossa vinoque cicurari possent, & in clamatæ accurrere, cum aliquoties sibilo euocatos accessisse ad naues, & circumnata sse viderimus, nec minùs hodie quam olim ad id accommodatæ sunt stagni fauces ad oppidum Malgurium vocatum. Quæ si vera sunt, nec illud mirum esse debet, quod scribunt, delphinum hominis amicum animal esse, nec hominem expauescere vt alienum, obuiam nauigiis venire, alludere exultantem, verum & musica arte mulceri symphonie cantu, & præcipuè hydraulico sono. Hinc tantopere ab Herodoto primùm, deinde ab aliis celebrata historia, qua ferunt Arionem Methymnæum delphino insidentem ad Tenaron fuisse euectum, qui erat citharædorum sui seculi nulli secundus, quique primus hominum, quod nouimus, & fecit, & nominauit, & docuit Corinthi Dithyrambū. Hunc Arionem ferunt cum permultū temporis triuisset apud Periandrum concupiisse in Italiam, Siciliamque nauigare: rursus parta ingenti pecunia voluisse Corinthum reuerti, & quū profecturus è Taræto esset, quia nullis magis quam Corinthiis fideret, nauigium vitorum Corinthiorū conduxisse. Quum illum teneret, istos Arioni insidiatos, vt eo deturbato pecunia potirentur, hoc illum intelligentem oblata eis pecunia, mortem tantum fuisse deprecatum. Non persuadeti nauitas iussisse, vt aut sibi manus inferret, vt sepulturam in terra nancisceretur, aut illico in mare desiliret. Arionem ad hanc necessitatem redactū obsecrasse, vt quandoquidem ipsis ita placitum esse, vt cernerent se omni suo ornatu coopertum, stantemque super foros audirent cantantem, & cum cantasset sibi se manus illaturum, atque istos permittentes (inuaserat enim eos libido audiendi præstantissimum inter homines modulatorem) è puppe in mediam nauem concessisse, illum inducto sibi ornatu, ac sumpta cithara super

foros inchoasse carmen quo dicitur Orthium, eoque decantato sese ut erat ornatus, in mare iecisse. Et hos quidem cursum tenuisse in Corinthum, illum verò aiunt à delphino exceptum in Tenarum fuisse transfectum, & cum è delphino descendisset Corinthum eodem habitu perrexisse. Et vbi peruenit, quicquid contigerat enarrasse, & Periandrum (quia non crederet) tenuisse hominem in custodia, ne quo prodiret: cæterum curauisse ut nautas haberet, eos accitos, vbi adfuerunt, percontatum si quid de Arione memorarent, & referentibus illum sospitem circa Italiam agere, fortunatumque; Tarenti se reliquisse, Arionem apparuisse eodem quo desiliisset habitu, istos terrefactos nihil amplius habuisse quod conuicti inficiarentur. Extat in Tenaro ingens Arionis ex aëre donarium super delphinum sedens. Eadem cecinit Oppianus. Iam ad magis necessaria conuertimur. Delphinum in mensas principum venire, magnòque in precio esse in principum aulis vidimus, sæpèque mirati sumus cum ferinus ille odor omnem cibi gratiam si qua sit, ingratisimam reddat. Apud nos sotes ipsi atque infima plebs omnino abstinent, hinc fit ut rariùs in foro nostro conspiciantur venales. Ad eos mittuntur qui longius à mari absunt, ut ad Auenionenses, & Lugdunenses, quia extra mare diutius viuit, longiusque asportari potest citra putredinem, quoniam dura est carne & corruptu non ita facili. Qualem succum gignat in corpore delphini caro satis ex eo perspicuum est, quod ex cetaceorum sit genere. Qua de re Galenus LIB. I I I. de alimentorum facult. Philotinum reprehendens. Posthæc autè canem abscribit, quem in cetaceorum genere numerare oportebat, ut qui carnem duram & excrementitiam habeat. Quapropter in partes secto atque salito vulgares homines vescuntur, ingrati enim saporis ac mucosus: ideòque cum sinapi & ex oleo atque acribus condimentis eum mandunt. Ex hoc genere sunt balæna, delphini & vituli marini, ad quos proximè magni thunni accedunt. Item alio in loco. Diximus quidem iam antè de cetaceis animalibus, quæ marina sunt, in quo numero sunt phocæ, balæna, delphini, libellæ, ac grandiores thunni, & præter illa canes, quæq; his similia sunt. Nunc autè de ipsis in summa dicendū, quod omnia eiusmodi duram & prauum succi, atque excrementitiam habent carnem. Quapropter sale potius condientes, ipsis ut plurimū vtuntur, alimentum quod ex ipsis in corpus distribuitur, ea salitura tenuius facientes, eoque coctioni & sanguini facièdo commodius. Nam recens eorum caro ni valde probè coquatur, crudorū succorum copiam magnam in venis congerit. His addam quod experientia ipse didici, delphini carnem præterquam quod dura sit & difficilis cōcoctu etiam pinguem esse, quo fit ut ventriculum relaxet, & nauream moueat. Nunc de præparatione dicendum, cuius vniuersè duo sunt potissimū genera.

Vn-

Vnum quo cibi vitium aliquod corrigitur, veluti quum salitur, ut crassus humor salis vi extenuetur, & generando sanguini accommodatior fiat, vel quum cibus decoquitur veterum more, cepa, porro, apio, anetho, atque aliis huiusmodi coctioni additis ad crassi humoris attenuatione, qua præparatione meliora redduntur omnia, quæ crassum glutinosumque succum gignunt. Alterum est præparationis genus quo sæpius vtimur, voluptatis potius quam valetudinis rationem habentes, quum condimentis ea permiscemus quæ ad gulam irritandam titillandumque palatum faciunt. Sic delphini carnem quidam præparant in veru torrentes, quemadmodum & suillam recentem, mali arantij succo intinctam edunt, vel ex condimento quod aceto factum, & cinnamomo constat. Alij in craticula assant. Alij farina bene subacta concludunt caryophyllis, pipere, zingibere, nuce moschata condientes, quibus odor ille ingratus euincatur. Elixam magis probam quam assam, modò in aceto & vino coquatur, iniectis apio, hysso, origano. Partes delphini quæ magis commendantur sunt hepar, & lingua. Hepar tenera quidem est substantia, sed malum succum gignit. Lingua autem tenerior & pinguior atque hepatis præferenda. Delphini cinerem in medicamentis numerat Plin. quæ lichenas & lepras tollunt. Quidam delphini iecur in fictili torrent, donec pinguitudo similitudine olei fluat, ac perungunt. Et febrium circuitus tollit iecur delphini gustatum ante accessiones Plinio autore. Et hydropicis medetur adeps delphini liquatus, & cum vino potus. Præterea delphini adipe linamenta accensa excitant vuluæ strangulatu oppressas. Infantiū quoque gingiuis dentitionibusque multum confert delphini cum melle dentium cinis, & si ipso dente gingiuæ tangantur, ad alligatusque idem pauores repentinos tollit. Absurdum plane est, quod scripserunt quidam matres in os catulos recipere, quod fieri non posse perspicue ostendit oris compositio, œsophagi angustia, catulorum ipsorum magnitudo. Id faciunt galei ut suo loco diximus.

Lib. 32. cap. 7.

Ibidem. ca. 10.

De Phocæna.

CAPUT IX.

HOC ENAM delphini speciem esse indicat Aristoteles: Τρετὴ δὲ ὁ μὲν δελφίς τὰ μὲν πολλὰ ἐν, ἐπίστε δὲ τὴν δίο. ἢ δὲ φάλαγμα ἢ δίο τὰ πλείστα τὸ πλεονακίς, ἢ ἐν. ὁμοίως δὲ τῶν δελφίνων καὶ ἡ φάλαγμα, τὴν γὰρ ἐστὶν ὁμοίον δελφίνου μικρῶν γένος δὲ ἐν πόλιν, διαφέρει δὲ φάλαγμα δελφίνος, ἐστὶ γὰρ τὸ μέγεθος ἑλαττον, ὑψύτερον δὲ ἐκ τῆς νότις, τὸ χροῖμα κυανοῦ, πολλοὶ δελφίνων τὸ γένος εἶναι φασὶ φάλαγμα. Delphini singulos magna ex parte edunt interdum tamen & binos. Balæna vel binos complurimum magna ex parte,

Lib. 6. de hist. cap. 12.


Ss

Lib. 8. de his.
cap. 13.

Lib. 9. cap. 15.

vel singulos procreat. Idē & phocænæ partus qui delphino similis est nascēs in Pōto, sed interest quòd phocæna minor est, dorso ampliore colore cæruleo, plures etiā genus delphini esse opinātur. Alio in loco phocænæ meminit, eamque in Ponto nasci scribit, quanquā vulgares nostri codices mēdosi sint, sic enim habent: Ἐξω γὰρ φαλαίνης καὶ δελφίνος ἕδδέν ἐστι ἐν τῷ πόντῳ, καὶ ὁ δελφίς μικρὸς: legēdum enim φαλαίνης nō φαλαίνης, vt ex prius citato Aristotelis loco perspicuum est, & ex Gazæ conuersione qui phocænā tursionē interpretari solet. Iam verò eodem in loco non φαλαίνης sed φάκης legendum esse alibi annotauimus ex Plinio, qui Aristotelis locum ita transtulit. In pontū nulla intrat bestia à piscibus malefica præter vitulos & paruos delphinos. Verisimile non est Pliniū φαλαίνης vitulos appellasse cum φάκης vitulos marinos esse nosset, neque delphinos paruos pro phocænis accepisse, quāuis dixerit Aristoteles phocænā delphini speciē esse sed minorē: nam in Ponto paruos duntaxat delphinos esse, vbi verò aliquantum processeris magnos haberi affirmat Aristoteles: Ad quod respiciens Plinius in Ponto nullam bestiam esse dixit præter vitulos & paruos delphinos. Cum verò in Ponto etiam hodie vitulos marinos esse certissimum sit, vel lectionem Aristotelis immutandam esse nō immerito quis existimauerit, vel in ea re Plinium ab Aristotele dissensisse.

De Tursione.



CAPUT X.



Libro 5. ca. 9.

Ibidem ca. 15.

QVAM Aristoteles φαλαίνης, Gaza Latinè tursionem siue tyrsionem vocat, quē mouere potuit (vt rectè censet Hermolaus) quod Plinius dixit delphinorū similitudinem habere, qui vocantur tursiones. Aristoteles verò phocænā delphino paruo similem esse scribit. Sed ea nota satis mihi esse nō videtur: sunt enim & alia delphinis similia vt platanista. Plinius. In Gange India: platanistas vocat, rostro delphini & cauda, magnitudine autē quinque cubitorū. Multò maiore ratione is quem proponimus tursio dicitur, quē marsuinū, id est, maris suem Galli vocant à corporis crassitudine: delphino enim similis

milis est, sed differt tristitia aspectus, id est, tristi corporis habitu gestuque est, & abest lasciuiā illa, maximè verò rostrum canicularum rostris simile habet, vt in galeis videre est. Fuerunt qui tursionem nostrum tursionem esse dixerunt, nominis similitudine, vt arbitror, impullī, transposita enim ex medio in principium litera S. ex tursione tursionem efficias, cuius opinionis autorem ferunt esse Gazam, quod verisimile non est: nam phocænā Aristotelis tursionē non conuertisset, cum phocæna & lac habeat, & catulos delphinorū modo pariat, tursionem verò ova parere non ignorauerit.

De Balæna vulgò dicta siue de Musculo.



CAPUT XI.

ANTE QVAM immensorum piscium historiam explicemus, lectorem admonitum velim, antiquos balænae nomine vnicam duntaxat beluam intellexisse, quoniam piscatores Santonici & Hispani ad physeteres, orcas, aliosque prægrandes, & balænae per similes beluas abutuntur, quas tamen vernaculis, & proprijs nominibus distinguunt, vt ex sequentibus perspicuum fiet. Primum igitur in Aquitanici maris litore, & in India immensa belua capitur quam balenam vocant: plurimum x x x v i. cubitos longa est, octo alta, oris scissura ad duodeuiginti pedes porrigitur, dentes in eo nulli, sed horum

loco in vtraque maxilla corneae sunt laminae nigrae sensim in pilos
 suillis similes desinentes, quae in anteriore, & posteriore siue inte-
 riore oris parte breuiorae sunt, in media longiores, ab interioribus
 lingua intus continetur, & coercetur, inde e ducta vel abscissa, ita
 diffunditur, vt in eundem locum recipi postea non possit: maxima
 enim est, laxa admodum substantia, sale conditur, & a plurimis in
 maximis habetur delicijs: est enim omnium corporis partium tener-
 rima, ex ea x x i i i vasa implentur, cuiusmodi sunt ea quibus in
 Gallia salsamenta conduntur, vt huc & illuc conuehantur. Oculi qua-
 tuor vlnarum spatio a se distant, foris parui apparent, intus capitis hu-
 mani magnitudinem superant. Quamobrem falluntur ij qui bubulis
 maiores esse negant, Pinnas duas maximas in lateribus habet, quibus
 natat & catulos in metu occultat. In dorso nullam habet. Cauda situ
 caudis delphinorum similis est, figuram non multum absimilis, quam
 quum mouet, ita mare agitat, vt nauiculas submergat, vel si cymbam
 attingit, euertat. Rostro est breui, fistula caret, corio duro, nigro inte-
 gitur sine pilis, cui lepadae & ostrea haerentia aliquando reperiuntur.
 Internae partes veluti in delphino, pulmones, renes, vesica, testes, pu-
 dendum. In huius beluae ventriculo, mucus, spuma, aqua, alga foetida
 inueniuntur sine vllis piscium frustis, vt inde appareat carniuorae
 non esse. In quarundam ventriculo ambra visa est. Huiusmodi plane
 est belua quam capiti huic praefiximus, quam cum vulgo balenam ap-
 pellauimus LIB. I I I I. sed balena veterum non est, fistula enim ca-
 ret, id quod mihi omni asseueratione affirmarunt, qui quotannis his be-
 luis insidiantur & captas in partes secant. Fistulam autem veteres om-
 nes vno consensu balenae tribuunt. Quare cum balena veterum non
 sit, ex vnica nota, propria quidem, & quae nulli cum hac communis sit
 μυστικόν Aristotelis esse colligo, quem Gaza Plinium secutus muscu-
 lum Latine appellat. *Ετι δ' η ο μυστικος οδοντες εν τω σωματι εν εχθ, ο-
 χος ο ομοιως υελος.* Gaza, musculus etiam piscis pilos in ore intus habet
 vice dentium quibus omnino caret, suillis similes. Plinius, Musculus
 marinus qui balenam antecedit dentes nullos habet, sed pro iis, setis
 intus os hirtum. Alio in loco Plinius inter beluas marinas musculum
 numerat. Vt a beluis ordiamur, arbores, phyceteres, balenae, pristae, tri-
 tones, nereides, elephantii, homines qui marini vocantur, rotae, orcae,
 arietes, musculi, & alij piscium forma arietes, delphini. Quare cum cor-
 neae illae laminae in pilos suillis ita similes desinant, vt si inde auulso
 seorsum cuiquam ostendas, aliunde quam ex porci dorso auulso esse
 neget, quibus pilis belua ista os hirtum habet, quam notam nullis alijs
 tribui a veteribus comperias, cum etiam belua sit a piscium forma a-
 liena, non est quod dubitem Aristotelis μυστικόν siue, quod idem, est
 Plinij musculum appellare. Eum alio in loco Plinius balenis viam
 monst

Lib. 3. de hist. ani. cap. 12. Lib. 11. cap. 37.

Lib. 32. ca. 11.

Lib. 9. cap. 62.

monstrare tradit. Balenae musculus quandoque praegraui supercilio-
 rum pondere obrutis eius oculis, infestantia magnitudinem vada praer-
 natans demonstrat, oculorumque vice fungitur. A quo valde dissen-
 tiunt Oppianus, Aelianus, Plutarchus, qui longe diuersum a musculo
 non solum balenarum, sed etiam reliquorum praegrandiū cetaceorum
 ductorem describunt. Primum Oppianus beluis maris immanibus du-
 ce opus esse docet, tum quia nimia corporis mole & pondere oppressae
 tarde mouentur, tum quia omnes demptis canibus parum acute cer-
 nentes facile possent impingere: idcirco viae comes illis adest paruus
 quidem aspectu, sed longo corpore, cauda tenui, qui anteit viamque
 monstrat, vnde ηγητήρα, id est, ducem nominant, beluis marinis adeo
 gratus & amicus est, vt quo is velit sequatur, in eoque vitae salutisque
 spes omnes sitas habeant.

Lib. 5. ἀλιό-
τικόν.

Τένερα καὶ πάλαιοι ὀμοσολος ἔρχετο ἰχθύς
 Βαίος ἰδεῖν, δολιχόν τε δέμας, λεπτήν δ' αἰ εἶρη
 Ἐξοχος, ὅς ἀροπαροίτην ἀλός πόρον ἠγεμονίδα
 Σημαίνε, τὰ καὶ μιν ἐφήμιζεν ἠγητήρα
 Κήτη δ' ἐκπαύλας κεχαρισμένος ἐστὶν ἐτάϊρος,
 Πομπός τε, φρερός τε, φέρει δέ μιν ἠγε. ἐθέλει
 Πηδίας, κείνω γὰρ ἐφέασε ἰχθύι μένω
 Γισῶ, αἰσὼν ἔχων ἀεινόον.

Aelianus de eodem duce haec prodidit. Omne ferè cetaceum
 genus duce ad sibi moderandum eget, illiusque oculis ducibus ad
 videndum vitur. Is autem dux est, quemadmodum harum rerum
 periti testantur, longus piscis, colore albo, capite praelongo, angusta
 cauda. Hunc ne ducem vnicique cetaceo natura dederit, an amici-
 tia quadam is adductus cetum vltro antegrediat, haud scio plane,
 sed id tamen factum naturae impulsu arbitrari. nam sic separatim nun-
 quam ab illo nauigat, sed ante huius caput antecedit, ipsius dux exi-
 stit: etenim cuncta illi & prouidet, & praesentit, caudaque praemon-
 strat singula, tum horribilia formidolosaque inhihet, tum cibaria
 conciliat, insidiasque a piscatoribus positas signo quodam ostendit,
 atque quem locum propter magnitudinem adire non oporteat, praer-
 significat, nequando nimirum cetaceum genus irretitum funditus
 intereat. Quod mirum videri debet, minimam bestiam maximo ani-
 mali vitae causam afferre: cum enim belua huiusmodi ad pinguitu-
 dinem peruenit, amplius nec audire nec videre potest: carniū enim
 moles & videndi & audiendi viam intercludit, & tanquam illius lu-
 minibus obstruit, quare eius oculus improbe afficitur ad videndum.
 Quod si is pisciculus quo ad necessaria vitur, perit, illi quoque per-
 eundum est. His subscribit Claudianus.

Lib. 10. cap. 6.

Sic ruit in rupes amisso pisce sodali

*Belua, sulcandas qui pravius edocet undas,
Immensumque pecus paruo moderamine cauda
Temperat, & tanto coniungit fœdera monstro.*

Hæc Ælianus ex Oppiano mutuatum esse facile perspiciet is qui Oppiani versus cum istis contulerit. Quare obseruandū est Oppianum ducem balenarum depinxisse paruum, longo corpore, tenui cauda: Ælianus verò longum piscem, colore albo, angusta cauda, quæ faciunt vt suspicer Oppiani locum mendosum esse *βαλὴς ἰδεῖν, δὲ λιχόντε δέμυς*. Si enim paruus est piscis, quo pacto longo corpore esse dicetur? Ex Æliano igitur legendū crediderim *βαλὴς ἰδεῖν*, vel quid simile, vt Oppianus & secum & cum Æliano cōsentiat. Quanquam Plutarchus hūc ductorē paruum piscē esse affirmet. Locus est in libello. Vtrū prudentiora sint terrena animalia aquatilibus, ὁ δὲ χαλκιδίμος ἡγεμῶν μεγέθει μὲν ἐστὶ ἐν χημῶν καὶ βιδάλῃς ἰχθύδιον, ἢ δὲ ἐπιφανέει οὐρίνη φείσονται διὰ τὴν βαχύτητα τὴν λεπιδὸς ἰοκέναι λεγέται, τὸ αἰεὶ σῦνεται ἐνὶ τῶν μεγάλων κηλῶν καὶ παρονήξει ἢ διρρόμον ἐπιδύθειον ἕως οὗ ἐραχθῆ(εται) ἐράχθῃ, ἔδδ' εἰς τέτατος ἢ τινὰ πορθητὸν ἐμωσῆ(ται) διλυσέξοδον: ἔπειτα γὰρ αὐτῶν δὲ κήτος ὡς περ οἶακι ναύς παραρόμοιοι δὲ παρῆως. Καὶ τῶν μὲν ἄλλων ὅτι ἀν παραλάβῃ τῶν χάσμελι ζῶων ἢ σκάφος ἢ λιβὸν ὄψῃς διέφραρ) ἐν ἀπόλωλε πᾶν ἐμβευσισμένον, ἐκείνο δὲ γνώσων ἀνάλαμβάνει τῶν ἐμβευσισμένων ἀγκυρῶν ἐνός: ἐγκαθόλι γὰρ αὐτῶν καὶ δὲ κήτος ἐσηκεν ἀναπαινομένον, ἐν ὁμοίᾳ προσελθόντοι δὲ αὐτῶν ἐπαχθῆ(ται) μήτε ἡμέρας μήτε νυκτὸς ἀπολαμπῶν, ἢ ἐμβευσῆ) καὶ παλαμάται, ἐν πολλὰ διέφραρ) καὶ ἀναπαινομένον πρὸς γλῶττι ἐξενεχθέντα. Καὶ γὰρ ἡμεῖς περὶ ἀντιβουρῶν ἐμβευσισμῶν, ἢ παλαμάται καὶ παρῆως ἰσορῆ(ται) ἐν πῆρῳ βενῶν ἐξωκελάμωσ, ἐν χαλκιδίμοις λοιμῶν γένεσθαι. Is quem gubernatorem vocant, magnitudine formæque gobij pisciculus, foris quidem auium quum horruere, propter asperitatem squamæ similis, grandiorum balenarum cuiuspiam semper hæret, præitque cursum dirigens, ne vel in breuia cœnumve impingat, ne vel in angustias incidat unde exitus non detur. Hunc balena lubens sequitur veluti remonem navis. Ac cæterorum quidem quicquid intra bathrum beluæ venit animal seu scapha, seu saxum, pestum it statim peritque, in alui profunda mersum. Hunc autem agnitum, ore velut ancoram recipit, dormitque vna, quiescente quiescit, progrediente progreditur, haud vsquâ diu noctuue destituens, hoc nisi facit errare impingeretque certum est. Periëre multæ dum velut gubernatore carens nauigium, delatæ ad terram sunt, quod ipsi quoque circa Anticyram vidimus; ac prius etiâ multò haud ita procul à Bunis balæna eiecta & putrescente, pestem inuasisse narrant. Hæ sunt de balenarū ductore diuersæ veterū sententiæ. Ego sæpe balenarū piscatores interrogavi, num piscis aliquis balenas antecederet, qui fabulosum hoc esse mihi affirmarunt. Belua hæc viuos catulos parit, id quod

ex

ex dissectione certissimum est, habent mares, & testes & pudendum, femina & vterum & mamas. Quæ cum ita sint, iis quæ ex Plin. obii- Lib. 9. cap. 13. ci possunt respondendū: sic enim scribit. Quæ pilis vestiuntur animal pariunt, vt pristis, balæna, vitulus. Et mox, Pilo carentium duo omni- Ibid. cap. 14. no animal pariunt, delphinus & vipera. Quasi verò nulla ex iis quæ pilo carent, pariant animal præter delphinum & viperam ac proinde *μυσικίλος* de quo nunc agimus: animal non gignat etiâ si pilo non vestiatur. At turfiones, orce, physeteres, pilo carētes animal pariūt ex femine nō ex ouo. Sunt quidē plures alij pisces vt cartilaginei, galei, sine vllis pilis ex ouo animal procreantes, etiâ ipso Plinio autore eodem modo quo vipera. Nam ea delphini modo animal non gignit sed ex ouo prius conceptū, delphinus verò ex femine siue ouo. Quare vterque Plinij locus vt in codicibus excusis legitur, falsus est, vel Lib. 1. de hist. cap. 5. inemendatus, quem ex Aristotele vt & multa alia desumpsit. Ζῶον τὸ καὶ μὲν οἶον ἀνθρώπος ἐν ἴππῳ καὶ φῶκῃ, τὸ δὲ ἄλλο ὅλα ἔχει πέλας, ἐν τῶν ἐνύδρων τὸ κητώδη οἶον δελφίς, τὸ καὶ χαλκιδίμα (εὐλάχι. τὸ τῶν δὲ μὲν ἀλλὰ ἔχει ἐράχθῃ ὅσον ἔχει, οἶον δελφίς καὶ φάλαγγα. Procreant animal homo, equus, vitulus marinus, & reliqua quæ pilis integuntur, atque in genere aquatili quæ cete appellamus, vt delphini, & quæ cartilaginea vocantur, quorum aliis fistula data est, branchiæ defunt vt delphinis & balænis. Vides hîc balenam ab eorū quæ pilis integuntur genere seiunctam & eadem sententia cum delphinis & cartilagineis comprehensam, quæ sine controuersia pilis carent, vt fortasse apud Plinium sic legendū sit. Animal pariunt pristis balæna, & quæ pilis integuntur, vt vitulus. Præterea illud non sine causa quis miretur, quod belua ista pulmonibus spirans fistula careat, quam habeat balæna vera, physeter, orca, quæ fistula cum non solum ad reiciendā aquā sed ad respirandū data sit: huius vice musculus rimas seu foramina habet, quod rostro sit non oblongo sed obtusiore quàm ceteræ beluæ, quæ admodum testudines & vituli marini. Caro musculi nullo est in pretio, lingua sola cōmendatur, pinguitudinis maxima copia ex partibus cuti subiectis, & ex ventre colligitur, quæ liquefacta non cōcrescit, ob partium tenuitatem, eam ad lucernarum vsus seruant. Osibus apud Ichthyophagos populos tecta sepuntur, nec non horti in Aquitanico litore, vbi frequēter capiuntur maximè ad oppida illa quæ lingua vernacula *biarris* & *capreton* & *S. Jean de lus* nominantur: capiuntur illic circa brumam non linea & hamis validissimis vt fufius describit Oppianus, & ex eo Ælianus scribens balenas duce suo orbatas & Lib. 5. ἀριστικῶν. carnea mole oculis imminente, oculos tenebris circumfundi, ideo Lib. 10. cap. 8. ad scopulos & litora facilè impingere. Tum robustos piscatores primum beluæ magnitudinem coniecturis assequi: si enim vertex extrâ aquam emineat, non obscura significatio est beluam ingentem esse,

contra si dorsum extra summam aquam appareat: deinde robustif-
 simum hamum ad catenam ferream alligatum proicere, belua vt
 escam videt sine mora effreni auiditate eam rapit, simulque ferro
 guttur transfigitur, cuius dolore incitata, catenam exedere & confi-
 cere conatur, quod ipsum postquam diu multumque conata est, acer-
 rimus doloribus affecta, in pelagi profundum demergitur, cui fu-
 nem omnem relaxant, tum quod nullis viribus retrahi possit, tum
 ne piscatores vna cum nauigio deiiciat, sed vtribus vento plenis fu-
 nibus appensis in imum delidere prohibitam, & fluitantem alij ha-
 stis, alij trudentibus, alij securibus cedunt, & plagis multis cuiusdam in
 litus pertrahunt. Sed in locis illis quæ paulò antè nominavi eodem
 modo capiuntur balæna, quo modo circa Scyllaum tractum capi
 solitos olim xiphias, qui & galeotæ vocantur, narrat Strabo. *Σκῆπτος*
γὰρ ἐφέστηκε κινῶς τοῖς ὑφορμῶσιν ἐν δικώποισι σκαφιδίοις πολλοῖς, δύο καὶ
ἕνα σκαφιδίον. καὶ ὁ μὲν ἐλαύνει, ὁ δὲ ἐπὶ τῇ πρῶτῃ ἐστήκει δόρυ ἔχων, σιμαί-
νοῖος τῆς σκαφῆς τῆς ἐπιπέρας τῆς γαλεώτης, φέρει) ὃ δὲ τρίτον μέρος ἐξαλοῖ ὁ
ζῶον, σιμαίνοσ δὲ τῆς σκαφῆς, ὁ μὲν ἐπὶ ληξεν ἐκ χερσῶν, εἴτ' ἐξέπαυεν ἐκ τῆς σκα-
φῆς ὁ δόρυ χωρὶς τῆς ἐπιπέρας, ἀγκιστρῶδες τὸ γὰρ ἐστὶ, καὶ χαλαρῶς ἐνηρημένον
τῶν δόρυ ἐπιπέρας, καὶ γαλεώτιον δὲ ἔχει μακρὸν ἐξημιλίον, τὸ τε ἐπιχαλαρῶν τῶν βω-
θῆν, εἰς ἀνὰ γὰρ σφαδάλων, τὸ ὑποφύγον, τὸ τε δὲ ἐλαύνει ἐπὶ τῇ γῆ, καὶ εἰς ὃ
σκαφῆς ἀναλαμβάνει, ἐὰν μὴ μέγας εἴη τελέως ὁ σάλμα. Manentibus in sta-
 tione multis biremibus scaphulis, alter remigat, alter in prora stat
 hastam tenens. significantem autem speculatore galeotam superemi-
 nere: nam beluæ tertia pars è mari prominet, & propinquante scapha,
 ille è manu coniecto telo vulnus infligit: deinde relicto ferro hastile
 extrahit: ferrum enim hami figura factum est, & leuiter hastili apta-
 tum de industria. ex eo appensus est funiculus longus quem vulnera-
 tæ beluæ laxant, dum discruciatæ, & effugiens mortua fuerit, tum vel
 in litus trahunt, vel in scapham recipiunt. Nautæ & piscatores eo-
 rum quæ ante dixi oppidorum in capiendis balænis admodum so-
 lertes & expediti, vt ipsimet mihi narrarunt, vt etiam diligenter rem
 omnem mihi per literas explicauit Capellanus vir doctissimus & hu-
 manissimus clarissimi Nauarræ Regis Henrici medicus simili in ba-
 lænarum piscatu ratione vtuntur, nisi quod pluribus cymbis opus
 sit, & celerius actis, atque vel ad fugiendum, vel ad insequendum habi-
 lioribus. Illi igitur è turribus speculati, si quas balænas viderint tym-
 panorum sonitu omnes conuocant, quo signo dato omnes tanquam
 ad vrbis excidiu accurrunt, telis & omnibus quæ necessaria sunt in-
 structissimi. In singulis igitur cymbis deni collocantur robusti remi-
 ges, alij multa tela, longa, cuspidè hamata, quorum figuram sub beluæ
 figura expressimus, in beluam coniciunt, quibus infixis & altius in-
 hærentibus funes longissimos telis annexos relaxant, vsque dum
 vitam

vitam cum sanguine fuderit, tunc vnà cum funibus balænam in litus
 retrahunt adiuti maris vndis, prædam partiuntur, cuius pars vniciq;
 cedit pro telorum coniectorum copia, quæ propriis notis & insculptis
 internoscuntur. Mares difficilius capiuntur, scemina facilius, maxi-
 me si foetus sequantur: quum enim in his protegendis immorantur,
 fugiendi occasio perit. Eadem ratione orcæ, physeteres omnesque
 similes beluæ capiuntur, quam hinc semel expositam aliis locis non
 repetemus: superuacaneum enim id foret. Mihi non viderer homi-
 nis veritatis studiosi officium fecisse, nisi priusquam caput hoc con-
 cludam, impudens mendacium eius detegerem, qui de aquatilibus
 libros duos edidit, is initio prioris, quum de balæna loquitur, nescio
 qua fronte audeat dicere Aristotelem partem balænae musculum ap-
 pellasse, quem etiam Oppianus veluti quendam alterum piscem ba-
 lænae ducem esse cecinit. Verba eius adscribam, vt omnibus palam fiat,
 quam infelicitè in bonis autoribus versatus sit, imò eos ne attigerit
 quidem. Prætenturas ante oculos habet, ob id appellatas, quòd his
 sibi prætendat iter: sunt autem tenues quædam assulæ, quaternis vl-
 nis longæ, ac sesquipedem latæ, ad extrema in fastigium acuminatæ,
 longissimis villis ad latera præditæ (setas aut barbam appelles, per
 me licet) vulgus falsò interdum caudam, interdum costam balænae
 nominat, cuius perpolitæ ac bene exiccatis frustulis, politiores mu-
 lierculæ sua pectoralia (quæ busta vocant) communire, vestiumque
 fibras rigidiores ac rotundiores continere, atque apparitores publi-
 ci, virgularum ac fascium loco gestare solent. Partem hanc balæ-
 nae appellauit Aristoteles, quem etiam Oppianus veluti quendam
 alterum piscem balænae ducem esse cecinit:

Hac ratione, inquit, comes cunctis ductorque viarum

Musculus est parvus visu, sed corpore longo,

Et tenui cauda paulum semotus ab illo


Præcedit. Et paulò post:

Hunc piscem verò ductorem nomine dicunt.

Quid hoc aliud est quæso, quàm grauiissimo auctori iniuriã facere?
 Musculus, inquit, partem balænae appellauit Aristoteles, qui ne per
 somnium quidem id vnquam cogitauit: nam musculi nomine non vti-
 tur, sed Gaza interpret ex Plinio, vt antea docuimus, quæ si vel *δουαλ-*
φάβηλος legisset, in tam fœdum errorem haud incidisset. Eius enim ver-
 ba sunt: Musculus etiam piscis pilos in ore intus habet vice dentium. Li. 3. de histo:
anim. c. 12.
 Aristoteles *μυσηκίτην* nominat, cuius locum prius protulimus. Cum vero
 hoc solo loco musculi siue *μυσηκίτης* mentio fiat, quis inde colligat
 partem balænae scilicet assulas illas musculum vocari? neque Plinius
 tribus in locis, quos initio huius capituli citauimus, musculum par-
 tem balænae facit, sed beluam marinam. Ex his autem Latinis versi-

bus Lippij quos citat satis liquet eum nunquam Oppianum legisse qui tantum abest, vt balænae partem musculum faciat, vt musculum ne nominet quidem, sed piscem alium esse dicat, qui balænis iter præmonstrat, quem paruum siue album vt ex Æliano emendauimus, esse ait, longo corpore, cauda tenui nominatum ἰγνίσιρα, quo orbata balæna mox perit. Latinus interpretes Plinium & Gazam secutus musculum conuertit, in cuius conuersione legenda mirum quàm stupidus fuerit, qui non viderit illic describi piscem diuersum à balænis, semotum ab illis præcedere, quod prætenturis illis conuenire nullomodo potest. His addendum Plutarchi testimonium qui piscem forma & magnitudine gobij balænarum ducem ἰγνέμωνα vocat. Horum omnium locos antea citauimus consultò tum vt quod propositum nobis erat demonstrarem, tum vt deinceps errores istos refelleremus. Quare nihil attinet iterum locos proferre, nec in tam manifestis erroribus coarguendis immorari.

De Balæna vera.




CAPUT XII.

EXPRESSA est balæna quam hic exhibemus ad veram viuæ effigiem, cuius etiam iconem persimilem ad me misit vir doctissimus Gesnerus. Eam Santones beluarum piscatores vocant *gibbar*, à gibbero dorso, id est, in tumore eleuato, in quo est pinna. Hæc balænis vulgò dictis minor nō est, sed minus spissa minùsque obesa, longiore est & acutiore rostro, ob id fistulā habet, pinnae in ventre breuiore & minores, lingua quoque minor, utpote quæ quatuor dūtaxat vel quinque sal famētaria vasa impleat. Vorat hæc aphyarum turmas. In mari Indico balæne cum se supramodum ingurgitarint, clamant vel mugiunt tā magno & con

& contento sono, vt qui binis Gallicis miliaribus absunt exaudire possint. Minore pinguitudinis saburra premuntur: ideo celerius cæteris mouentur, & natant. frequentes in India sunt & nouo orbe. In fronte fistulam habent, sceminae mammas, vterum, viuos fetus pariunt, lacteque nutriunt, & paruulos pinnis suis tegit ac tuetur mater. Dormiunt atque adeo quæcunque fistulam habet, elata per summa æquoris fistula. Pinguitudinis, carnis eadem natura, idem vsus qui superioris, denique eadem piscandi ratio.

De Orca.



CAPUT XIII.

ORCA ex beluarum marinarum est genere, cui nomen positum est à vasis olearij siue vinarij similitudine quod tereti est, & vniformi specie, eo hodie in prouincia & Gallia Narbonensi ad hauriendam & seruandam aquam vtimur, & parum mutato nomine *dorgos* vocamus, quasi *orchos*, id est, orcas. Talis est huius beluæ figura: nam toto corpore est valde crasso & rotundo, extremis non valde prominentibus & tenuioribus. Santones *espaulars* vocant, ab humerorum seu potius scapularum latitudine & crassitudine. Est igitur orca rostro & fistula pinnis & cauda delphino similis, corpore vigesies crassiore, potissimum circa ventrem, dentes habet valde latos in acutum desinentes, ferratos quibus balænam persequitur, quæ quum mordet, veluti mugitum tauri à canibus comprehensi cogit edere. Quam ob causam nautæ qui piscatus causa in nouum orbem nauigant, barbaros rogant, vel si liceat, imperant, ne orcas ledant, aut venentur, quonia orcarum opera balænas, phocas, aliasque beluas capiunt. Orca enim truculentis dentibus beluas

Lib. 9. cap. 6.

alias impetentes maris gurgites cogunt relinquere, & ad litora confugere, quas illic sagittis telisque aliis interficiunt. Ex quo colligere licet verum id esse, quod de balænarum & orcarum pugna Plinius literis mandauit. Balæne & in nostra maria penetrant. In Gaditano oceano non ante brumam conspici eas tradunt, condi autem æstatis temporibus in quodam sinu placido & capaci, mirè gaudètes ibi parere. Hoc scire orcas infestâ his beluam, & cuius imago nulla representatione exprimi possit alia, quàm carnis immensæ, dentibus truculentæ. Irrumpunt ergo in secreta, ac vitulos earum & fœtas, vel etiam in annum grauidas lacerant morfu, incurfûque seu Liburnicarum rostris fodiunt. Illæ ad flexum immobiles, ad repugnandum inertes, & pondere suo onerata, tunc quidem & vtero graues, parientivè pœnis inualidæ, solum auxilium nouere in altum profugere, & se toto defendere oceano. Contrâ orcæ occurrere laborant, seseque opponere, & cautium angustis trucidare, in vada vrgere, faxis illidere. Spectantur etiam prælia seu mari ipso sibi irato, nullis in sinu ventis, fluctibus verò ad anhelitus ictûsque quantos nulli turbines voluant. Subiungit his Plinius rem memoria dignam. Orcâ in ostiensi portu à Claudio Principe cum prætorianis militibus oppugnatam, seque vidisse vnum mergi reflatu beluæ oppletum vnda. Ab huius beluæ similitudine puto prægrandes oceani naues *ourchez* vocari. Fuit aliquando in ea sententia vir quidâ doctus, vt eam beluâ quam depinximus, xiphiam esse crediderit, sed xiphias rostrû prælongum habet ensis specie non dentes, hæc verò dentes infestissimos & maximos quare xiphias esse non potest, id quod etiam ex iis quæ suo loco de xiphia diximus clarius fit. Rursus hîc turpiter impexit autor libri de aquatilibus qui orcâ & orcynû cõfundit ex Oppiano, quod falsum esse docent Oppiani versus, qui orcynû cû thunnis numerat.

Lib. 1. ἀλιστὶ τικάρ.

Θύννοι μὲν θύννοσος ἐν ἰχθύσι ἔξοχοι ὄρνιθι
Κραιπνοὶ τῶν, ξιφίαι τε φερώνυμοι, ἢ δὲ ὑπερόπλιος
Ὀρκύνων Ἰμετή.

Libro. 7.


His subscribunt veterum testimonia, quæ Athenæus citat. Σώφρατος ὁ ἐν δὲ δὲ πέρω πέρω ζώων ἢ πηλαμύδα θυννίδα καλεῖται λέγει, νομίζω ὁ γνομὴν γύνων, ἐπὶ ὁ μελίζω ὄρκυνων, ὑπερβαλλόντως ὁ ἀυξάνουμι, γινεῖται κήτος, vbi pro νομίζω legendum puto μελίζω, vt. sit is sensus: Softratus in secundo de animalibus pelamydem thynnidem vocari scribit, hac maiorem thynnium, eo adhuc maiore orcynum, immodicè verò auctum cete. His accedit Archestrati huiusmodi rerum peritissimi autoritas ex eodem Athenæo.

Ἀμφὶ ὁ ἰερὸν τε καὶ ἀρύχρον ζῶον ὄψι
Θύννων ἀλισχόνων ἀπὸ δὲ μέγιστον ὄν καλεῖται
Ὀρκύνων, ἄλλοι δὲ αὐτὸ κήτος.

Quos

Quos versus Latinos fecimus, quum de thunni, pelamydis, orcyni appellationibus ageremus, quo ex loco quis sit orcynus veterum facillè agnoscere quiuis poterit.

De Physterere.



CAPUT XIII.




Ab effectu Græci nominis *φυστήρ* vocatur, quasi flator, quod nimbosam quandam alluuiè aquarum efflando emittat, vt plerunque etiam alueos nauigantium deprimat, à nostris *peis mular*: ab Italis *capidolio*, à Santonibus *sednette*. Belua est admirandæ magnitudinis ex balænarum genere: ore maximo dentibus acutis, serratis quemadmodum orca. Lingua intus magna & carnosâ. fistulam longè ampliorem habet quàm reliquæ beluæ: quam ob causam multò plus aquæ reiicit & efflat, vnde illi nomen *φυστήρ*. Ab orca differt, quòd multò longior sit & dorsi pinna careat. Pinguitudine multa abundat veluti balæna & beluæ reliquæ. Quod de iis beluis quæ pisciû carne aluntur, nemini videtur mirum, sed de balæna prima siue mysticeto quem diximus LIB. IIII. aqua tantum & spuma maris & alga nutrirî & de aliis quæ dētibus caret nō sine causa dubitauerit aliquis. Sed si hæc secū animo cogitarit, vitâ ociosam, corij densitatē, alimēti copiam, temperamentum, mirari desinet. Etenim animalia inertia pinguescere certum est, quod quotidie experimur in iis quæ eam ob causam angustis locis cõcludimus, vt in suibus & capis, & in his quæ hyeme latēt, vt in gliribus, & talsis. Mysticetus autem tardissimè mouetur ob corporis molē, & id modicū quod tardo motu digeri possit

Tt

corij densitate prepeditur. Sic & in hominibus cutis constipatio corporis constitutione plethoræ similem efficit. Iam quum voraci animali alimentum semper in promptu est, id ad saginandum corpus multum confert: exemplo sunt luxui ac crapulæ dediti, qui obeli esse solent. His adde temperamentum calidum & humidum, quo quæ præditæ fuerint beluæ, atque adeo animantes omnes, pinguisimæ redduntur, quod ad sanguinis copiam generandâ sit accommodatissimum. Sed ad physeterem redeamus, quem in Oceano nostro reperiri testatur Plinius. In Gallico Oceano physeter, ingentis columnæ modo se attollens, altiorémque nauium velis diluuiem quandam eructans. Eiusdem meminit Strabo. Plurimum eos turbabant physeterum magnitudines, fluctum maximum & cumulatam, & caliginem tantam reflationibus excitantes, vt quæ ante pedes erant conspici non possent. Sed cum navigationis duces illis timentibus & causam ignorantibus indicassent beluas esse quæ facile tubarum sonitu & plausu exaudito discederent, Nearchus naues in fluctum egit qua maximè arcebatur, ac tubis beluas exterruit: illæ vndas subeuntes nauale certamen à puppi minabantur. Verum subito cessauere. Quotquot nunc in Indiam nauigant, beluarum quidem magnitudines referunt, quæ nec gregatim nec sapius se offerant, sed discedant clamore ac tubis repulsæ. Dicunt eas terræ nequaquam appropinquare, ossa verò iam dissolutarum à fluctibus facile eiici, & materiam faciendarum tegetum ichthyopolis suppeditare. Nearchus cetorum magnitudinem vicenum & ternum passuum refert. In litus nostrum eiectiones sunt aliquando immanes beluæ. Vnius maxilla inferior spectatur in summo ciuitatis nostræ templo D. Petro dicato in ipso vestibulo, quam vulgus ob magnitudinem costam esse putat, sed falsò: nam costæ breuiiores sunt, & minus crassæ. Ex vertebis, Frontignani in litore facta sedilia. Alia visa est à pinnis ad caudæ extremum triginta passus longa, caput in aqua latebat, corpore erat striato, nescio an natura an euentu quodam, vt ob pinguitudinem à sole liquatam partibus aliis desidentibus, aliæ prominentes manserint, quemadmodum in striatis columnis, aliæ partes eminent, quæ striæ vocantur, aliæ cauæ, quæ canaliculi & strigles. Aliam in litore visam à patre meo audiui centum passuum longitudine. Aliam in Italia captam vidimus, quam exsiccata Florentinorum Dux ante palatium collocarat, sed ob diuturnum & grauissimum foetorem auferri oportuit. Ex huiusmodi beluarum cerebro pinguitudo oleo liquidior defluit, quæ partium tenuitate facile quocumque penetrat, quum hæc diu multumque defluendo exhausta fuerit, sub cranio reliquæ squamulis sardinarum in acruum coactis similes sunt, quæ igni admotæ liquuntur, deinde frigore concrefcunt. Qualesquales fuerint hæc be

hæc beluæ certè verum physeterem hîc exhibemus, quod maximè indicat fistula multò amplior quàm in cæteris, qua veluti nimbos aquarum efflat, quam notam & totius belluæ figuram ex iis qui beluas venantur, magnùmque ex his quæstum faciunt, didici. Suam etiam hac in re operam mihi præstitit Capellanus medicus doctissimus, qui non procul à Baiona habitat, quo in sinu quotannis beluæ capiuntur.

De Prifte.



CAPUT XV.

INDI Cetaceum quendam piscem norunt, quem viellam nonnulli appellant, qui insuauis est carne, & cibo inutilis, mirabili forma, maximè ob rostrum, quod valde longum est, osseum, vtrinque aculeatum, ratri modo figuræque, eius aculei validi sunt, & delphinorum dentibus similes, sed longiores. Os, cui infixi sunt, latum, tenue, cute aspera, cinerea. Huiusmodi rostrum misit ad me Guinus Pisanus doctor peritissimus. Vidi aliud Massiliæ, quod mercator ex longinqua nauigatione attulerat. Ego in ea semper fui opinione beluam hanc antiquorum esse *ωελιστω*; quam Plinius & Gaza non mutato vocabulo Græco pristem nominant, vt dicatur *ἐπι το τὸ ωελιστω*, id est, à secando, *ωελιστω* sector & ferra, & cetaceus piscis à rostro simili ferræ vtrinque secanti, idem fortasse cum eo, quem Latine vno loco ferram Plinius vocauit. Rerum quidem non solum animalium simulacra inesse, licet intelligere intuentibus, quam, gladium, ferras. In Indico mari pristis ducenum sunt cubitorum. Nescio qua ratione impulsus autor lib. de aquatilibus pristem calderonum vocet: nam si anteriorem capitis partem fundo ca-


cabi per similem habet, vt ille ait, qua parte *ωελυ*, id est, secare dicitur. nam ideo *πελυς* nominatur, & à beluæ similitudine nauis oblonga dicta est pristis. Vergilius:

Aeneid. 5.

Velocem Mnestheus agit acri remige pristim.

Vbi Seruius: pristis à sectione vndarum dicta est: scindit enim mirum in modum fluctus propter tenuitatem: Græci autem *ωελυ* sectionem, *πελυ* sectorem dicunt.

De Scolopendra cetacea.



CAPUT XV.

SCOLOPENDRÆ Marine duo sunt genera: vna ex insectorum est genere, altera cetacea est. De priore Aristoteles, Dioscorides & alij tractarunt, de qua & nos dicemus, suo loco. De cetacea nunc agemus, quæ dicta est à pedum multitudine: nam scolopendras terrestres centipedes appellant. Qui pedes dicuntur, appendices sunt, quibus tanquam remis scolopendra corpus impellit. Eius formam, quam exhibui accepi ab iis, qui in India vidisse se affirmant, quæ ab Æliani descriptione non differt. Scolopendræ, inquit, vim & naturam quanto equidem maximo potui studio, cum multum ac diu perscrutatus essem, sic mihi persuasi: quoddam etiam maximum cetum marinum scolopendram esse, quam de mari tempestatibus in litus expulsam nemo est tam malè sanus & audax, quin aspicere horreat. Ij, qui res maritimas percillant, eas inquiunt spectari eminentes è mari, & narium pilos magna excelitate apparere, & eius caudam similiter atque locustæ latam perspicere, reliquumque corpus conferri posse cum triremi iustæ magnitudinis, non

Lib. II. ca. 14.

non enim intra aquam abditum, sed per summum mare innatans perspicuum esse atque permultis pedibus vtrinque ordine sitis tanquam ex scalmis appensis natare.

De Tiburone.

CAPUT XVI.

TIBURO Piscis est indicus, quem ex genere vitulorum marinorum esse puto, si vera sunt quæ scribit autor historiarum indica. Plurimum decem pedes longus est, sex crassus, corio cõtectus sine pilis. Dormiens stertit in litoribus. Mari genitale esse aiunt duplex, longum. Fœminæ vulua est bifida, & mammæ plures. Viuos parit, & lacte nutrit. Latissimo est oris rictu pro corporis magnitudine. Duplicem dentium ordinem habet, qui continui sunt, admodum densi & truculenti, crenati. Sæpius è mari egrediuntur in continentem, magna obuiorum pernicie: nam in homines, vaccas, equas impetum faciunt. Subeunt & fluuios. Velocissimum est animal, sarcophagum, admodum vorax. Qua de causa hac arte capitur. Accedentes ad naues ita è mari eminent vt facilè videantur, nautæ hamum vtrinque vncinatum ex catena appensum è puppi in mare demittunt, hami extremo annexi sunt annuli aliquot ferrei, quorum vltimo alligatur funis canabinus, hamo crassior multò. Eidem hamo affigitur pro esca, particula piscis alicuius, aut thunni, aut alterius tiburonis assi, si quando aliàs captum asseruarint. His igitur veluti præparatis insidiis, etiam si celerimè currat nauis, secundis ventis remisque impulsæ, eam tiburones non solum assequuntur, sed etiam præteruolant aliquando, colludentes modò à prora ad puppim & contrà currunt, modò circa nauem gyros aliquot faciunt, idque adeò sine defatigatione, vt interdum quadrigentorum miliarium spatio naues sequantur, quicquid purgamentorum è nauis eijcitur vorantes. Quòd si contingat ab aliquo hamum arripi, magis ac magis impactus hæret, ob celerem nauis tractum. Quemadmodum si vncum infixis quo magis trahas, eo firmius hæret, & altius penetrat. Sic capiuntur tiburones, quorum nonnulli tam magni sunt, vt vix à duodecim vel quindecim viris robustis in nauem pertrahi possint. Quum nauis propinquus est, tam validis caudæ ictibus eam quatit, vt in periculo versetur. Necati tiburonis carnes in particulas longas & tenues secantur, quæ vt exiccantur aëri exponuntur funibus nauis appensæ. His deinde vescuntur elixis vel assis.

cibus est in mari non versatis insuauis, nautis utilis: quia in multos dies veluti succidia seruat.

De Maraxo.

CAPUT XVII.

TIBURONE multò maior & truculentior est belua maraxus, sed celeritate tiburone multò inferior. Corio integitur vt tiburone, eique in multis similis est. Nouem aliquando dentiù ordinibus ora maraxorum armata vidisse se affirmat autor historiae indicæ. Hi eadem arte qua tiburones capiuntur, sed rariùs, neque eorum carne vescuntur nautæ, verùm in mare reiciunt, nisi in summa omnium ciborum penuria. Huiusmodi beluas aliquando in Hispanico etiam mari reperiri aiunt, qui in eo mari versantur.

De Manato.

CAPUT XVIII.


MANIA est belua indica quam manatum vocant Hispani, qui in Indiam nauigant. bouem capite refert, dorso est plano, pelle durissima. Fœmina duas maximas mamas habet, & lac, viuos fœtus edit & nutrit. Ad eam magnitudinem accedit vt mortuus vix à terrestrium bouum iugo trahi possit. Caro vitulinæ similis, sed pinguior & insipidior. In capite lapides reperiri aiunt, ad renum calculum remedio efficaci. Cicuratur hæc belua & docilis est canum more, sed iniuriarum memor est. Hæc de maraxo literis prodita sunt ab iis qui eum viderunt. Quibus addemus huc fortasse bouem esse marinum, beluam scilicet bouis nomine, cuius meminit Aristoteles, quam etiam viuos catulos parere scribit. *Δελφίς καὶ φάλαγγα, καὶ τὰ ἄλλα κήτη ὅσα μὴ ἔχουσι βράγχια, ἀλλὰ φυσήθηρα, ζωοτοκεῖ, ἔτι δὲ πελαγίος καὶ βῆς.* Delphinus, balæna, & reliqua cete quæ branchias non habent sed fistulam, animal generant, prætereâ pristes & bos. Est & bos alterius piscis plani cartilaginei nomen, de quo alibi diximus. *Σελάχη δ' ἐστὶ τῶν εἰρημύνα καὶ βῆς, καὶ λάμια, καὶ ἀείδος, καὶ νάρκη, καὶ βῆραχος.* Cartilaginea sunt iam dicta, prætereâ bos, lamia, aquila, torpedo, rana.

Lib. 6. de hist. stor. ani. c. 11.

Lib. 5. de hist. cap. 5.

De

De Monstro Leonino.




CAPUT XIX.

MONSTRVM Est id, quod hic exhibemus & perfectum animal, partibus nullis ad natandum aptis præditum. Quamobrem quum dubitarem extitisset ne reuera aliquando monstrum istud marinum Gilbertus Germanus, qui Romæ medicinam facit, vir proculdubio in rerum cognitione præcellens & minimè vanus omni asseueratione affirmavit certò se scire, non diu ante obitum Pontificis Pauli tertij centucellis captum in medio mari fuisse. Quare ex illius fide quale fuerit hoc monstrum describere nõ dubitavi. Id, vt referebat, magnitudine & figura leonis erat, quatuor pedes habebat, nõ mutilatos nec imperfectos, vt vitulus marinus, non membranarum mediis iunctos veluti fiber & anas, sed perfectos, in unguibus & digitos diuisos, caudam longam, tenuem, in pilos desinentem, aures valde patentem, squamas in toto corpore, non diuixit proprio naturaliq; loco & alimento destitutum. Hæc quanuis bona fide mihi narrarit Gilbertus medicus, tamen existimo pro pictoris arbitrio quædam detracta, quædam addita fuisse, vt pedes longiores factos fuisse quàm aquatilibus bestiis esse soleant, vel omissam membranam digitos coniungentem, aures patentiores contra aquatiliam naturam, squamas præter veritatem additas pro cute aspera & rugosa, quali cute pedes & alæ testudinum marinarum conteguntur, neque enim squamas habent quæ pulmonibus spirant, & ossibus sustententur. Non solum in hoc, sed in aliis monstris & beluis marinis pictores multa pro arbitrio appinxerunt, vt intueri licet in tabulis illis regionum pictis, quas chartas septentrionales appellant. In quibus & Munsteri cosmographia, balænae pictæ sunt cum fistulis duabus prominentibus, cum fistulam unicam habeant, id est,

foramē in fronte in asperam arteriam desinens. Item cum branchiarum scissura, cum pedibus, vnguibus, squamis quibus omnibus certissimum est balenas carere. Præterea ex testudine marina finxerūt monstrum à quo vitulus marinus auriculas habens præter veritatem, deo ratur. Nec minus absurdè orcam pinxerūt, quæ balenam persequitur, & naues euertit. Absurdissimè verò physterem forma equi cum paulis naribus & fistulis duabus prominentibus, cum auriculis asininis, cum lingua longissima & prominente. Nec minùs monstrosam finxerunt Scolopédram cetaceam quadrato capite, promissa barba. Non minore errore porcum marinum repræsentarūt, & orcæ speciē quandam cui à celeritate nomen posuerunt, & vaccam marinam, & monstrum aliud rhinoceroti simile. Hæc sibi in chorographia illa septentrionali permisierunt pictores, quæ tamen vera nonnulla continet, vt astarū marinū, onocrotalū satis rectè expressum, & terrestria aliquot.

De pisce monachi habitu.



CAPUT XX.

INTER Marina mōstra referemus & illud quod nostra ætate in Nortuegia captum est mari procelloso, id quotquot viderūt, statim monachi nomē imposuerūt: humana facie esse videbatur, sed rustica & agresti, capite raso & leui, humeros cōtegebat veluti monachorum nost

nostrorum cucullus. Pinnae duas longas pro brachiis habebat. Pars infima in caudam latam desinebat, media multò erat latior, saggi militaris figura. Hanc effigiem mihi dono dedit illustrissima Margareta Nauarræ Regina, generis splendore, ingenij, doctrinæ, virtutis, summæ pietatis laudibus ita cumulata, vt omnes eius ætatis spectatas & illustres fœminas superarit. Ea à viro nobili effigiem hanc acceperat, qui similem ad Carolum quintum Imperatorem in Hispania tum agentem deferebat: ille reginæ affirmavit se monstrum hoc in Nortuegia captum vidisse post grauissimas tempestates vndis & fluctibus in litus eiectum, locumque designabat Diezum iuxta oppidum *Denelopoch*. Eiusdem monstri picturam mihi ostendit Gilbertus medicus ex eadem Nortuegia Romam ad se missam, quæ pictura nonnihil à mea differebat. Quare, vt dicam quod sentio, quædam præter rei veritatem à pictoribus addita fuisse puto, vt res mirabilior haberetur. Crediderim igitur monstrum hoc humanam formam eo modo referre, quo pars capitis ranarum: tum quia post caput partes erant vtrinque latæ, hominum omoplatas respondentes, musculus mouebantur, qui cuculli monachorum figuram repræsentant, qualis in nobis spectatur secundus musculus omoplatas mouens, scilicet eas partim ad sese attrahens, partim attollens, cuculli monachorum formam aptissimè referens. Adhæc non squamis, sed cute dura & rugosa veluti cortice contactum putarim, quemadmodum de leone marino iam diximus. Est inter beluas marinas homo marinus, est & triton. Harum vtrauis belua sit quam proponimus, non affirmo. De homine marino Plinius libro trigésimo secundo, & libro IX. Autores habeo in equestri ordine splendentes, visum ab his in Gaditano Oceano marinum hominem, toto corpore absoluta similitudine, ascendere nauigia nocturnis temporibus, statimque degrauari quas infederit partes, etsi diutius permaneat etiam mergi. De tritone ibidem. Tiberio Principi nuntiauit Olyssipponensium legatio ob id missa, visum, auditumque in quodam specu concha canentem tritonem, qua noscitur forma. De quo & Vergilius:

Frons hominem præfert, in piscem desinit aluus.

Pausanias verò tritonem vidisse meminit Romæ, capite specie comoso, vt ranis palustribus, etiam colore, ne discerni tamen capillus à capillo queat, sed corpore squamoso, forma veluti squatinæ, branchiis sub aures, naso hominis, ore ampliore, dentibus ferinis, oculis glaucis, manibus, digitis, & vnguibus conchularum testis similibus, cauda subtus aluum vice pedum, vt delphini. Quæ fabulosa esse puto. Est & triton pelamydum generis magni, cuius meminimus, quum de thunnis ageremus.

De pisce Episcopi habitū.



CAPUT XXI.

MONSTRVM Aliud multò superiore mirabilius subiungo, quod accepi à Gisberto Germano medico, cuius antè aliquoties memini, qđ ipse ab Amsterodamo cum literis acceperat, quibus ille affirmabat anno 1531. in Polonia visum id monstrum marinũ Episcopi habitu, & ad Poloniae Regem delatum, cui signis quibusdam significare videbatur vehementer se cupere ad mare reuerti, quo deductus statim in id se contecit. Sciens omitto plura, quæ de hoc monstro mihi narrata sunt, quia fabulosa esse arbitror. Ea est enim hominum vanitas, vt rei per se satis mirabili præter verum plura etiam affingant, ego qualem monstri iconem accepi, talem omnino exhibeo. Vera ea sit an non, nec affirmo, nec refello.

De Nereide.

CAPUT XXII.

DOETÆ Nereides esse finxerunt Nerei & Doridos filias, quarum pars nare videtur, inquit Ouidius, Pars in mole sedens virides siccare capillos, Pisce vehi quadam, facies non omnibus vna: Non diuersa tamen, qualem decet esse sororum.

Id

Id non omnino fabulosum esse existimat Plinius. Et nereidum falsa opinio non est, squamis modo hispido corpore, etiã in quo humanam effigiem habent: nanq; hæc in eodẽ spectata litore est, cuius morientis etiam gannitum tristem accolæ audiuerẽ longè. Et Diuo Augusto legatus Gallie cõplures in litore apparere exanimẽ nereidas scripsit. Vt igitur homines sunt marini, ita nereides mulieres marinæ fuerint, qualis à Gaza visa est, qualem etiam Cornelius Amsterodamus vidit in Pomeranica regione, post sæuas maris procellas in oppido Edam, muliebri erat facie, salacissima, quæ vixit aliquot annos, ἀφωος. Similem audio (sed pro vero non affirmo) ab Hispano quodam nauta in nauis educatam, quæ tandem in mare se deiecit, nec postea videri vnquam potuit.

De pluribus alijs beluis marinis.

CAPUT XXIII.

SVNT multò plures beluæ marinæ nomine tantum nobis cognitæ, re ipsa minimè, vt arietes, elephanti, panthera, melanthyni, hyænæ, rotæ, dromones, atque aliæ infinite. Arietes Oppianus LIB. I. ἀλιόκεων inter pelagios numerat, & feroces. LIB. V. inter cetaceos.

Κριοὶ μελανθύνων τιθασὸν βοτῶν, οὐδὲ θαλάσσης Κριοῖς μελιχίοις σωλοῖσιν ἴσχε θαλάσσης.

Nominat etiam πρόβατα, id est oues, sed beluæ sint necne nõ indicat. Plinius Tiberio Principe contra Lugdunensis prouinciæ litus insularum trecentas amplius beluas reciprocans destituit Oceanus, miræ varietatis & magnitudinis, nec pauciores in Santonum litore, interque reliquas, elephantos & arietes, candore tantum assimilatis cornibus, nereidas verò multas. Elephanti autem ij non sunt, de quibus postea inter crustata dicemus. Pantheræ meminerunt Ælianus & Oppianus, an vt de belua, an vt de pisce, dubito. Pardalis piscis, inquit Ælianus, vt ij qui ipsum viderunt dicunt, in mari rubro nascitur, colore & maculis orbiculatis similis est terrenæ pardali. Oppianus. παρδαλῆς τ' ὀλοῦ. & LIB. V.

Παρδαλίων γάμης ὀλοὸν δάκρυς, ἀλλὰ θαλάσσης Ἀνότρηαι.

Idem Melanthynos nominat solus, pro piscibus fortasse potius quam pro beluis.

Ἐν δὲ μελανθύνων ἑαμένες γένος.

Hyænæ Ælianus pro pisce ponit, quã nonnulli centrinam esse putant. Si, inquit, piscis marini hyænæ nuncupati pinnã dextrã ad hominem somno consopitũ admoueas, sanèquã eum ipsum pertur-

Lib. 1. ἀλιού
σικώρ.

babis: Etenim formidolosa secundum quietem monstra videbit acerbaque infomnia perpetietur. Oppianus hyænam pro belua po-
fuisse videtur.

Ἀπαιχρον ἄχθος ὑάλως, & LIB. V.

Χέρσονιδον ἐπιτείχιστον ὑάλως,

Πολλῶ δ' ἐν ῥοίοις κρυερώτεροι.

Lib. 9. cap. 4.

Inter maxima Oceani animalia rotam collocat Plinius. Appa-
rent & rotæ appellatæ à similitudine, quaternis distinctæ radiis, mo-
diolos earum, oculis duobus vtrinque claudentibus. Rotam aliam
intellexisse videtur Iouius quum scribit. Est in Oceano cetarij gene-
ris rotæ, quam vidit Lusitana classis, dum extremum Æthiopiæ pro-
montorium superaret, geminas dorso rotas gestare videbatur, ad ea-
rum similitudinem quæ frumentarias molas impellente vento edi-
tioribus in locis circunducunt. Extimere tantæ beluæ congressum
periti nauatæ, qui modo ignoti maris immensos fluctus, certaque pe-
ricula contempserant, fatiúsque visum conuersis velis fugam cape-
re, quàm expectare beluam terribili fragore vasta spumosaque ma-
ria proscindentem, & superbo fremitu veluti conspectis hostibus
prælium cientem. Neque eam terruere excussa nauibus tormenta,
quorum boatibus ea maria resonabant, fugientesque proculdubio
immanis belua vastis mæandris adnatando fuisset consecuta, ventis
ac velis celeritate cedentibus, nisi mirabunda substitisset, quippe quæ
perpetuam intendentibus fugam, satis gloriosa infestatione victo-
riam expressisse videretur. Dromones à cursu fortasse, Plinius pro
specie beluæ vsurpat. Aristoteles δρομῶδες à cursu pisces omnes eos
appellat, qui in Pontum aliunde excurrunt, quique vix vno loco
conquiescunt, cuiusmodi sunt thunni, pelamydes, amia. Sic enim

Lib. 3. cap. 11.

LIB. 1. de Historia animalium. καὶ τῶν πλωτῶν πολλὰ γένη τῶν ἰχθύων,
διὸν ὁδὸς καλοῦσι δρομῶδες, θύννοι, πηλάμυδες, ἀμιαί. Complura intet-
nantes piscium genera gregatim degere scimus, vt quos cursores
vocant, vt thunnos, pelamydas, amias. Arbor etiam inter maxima
Oceani animalia à Plinio numeratur, quod fortasse de stella arbo-
rescente de qua postea dicemus, intelligi posset, nisi Plinius dice-
ret. In Gaditano Oceano arbor in tantum vastis dispenfa ramis,
vt ex ea causa fretum nunquam intrasse credatur. Quæ in
stellam arborem competere non possunt, ideo
quod in tantam magnitudinem non-
quam accrescat.

Cap. 4.

Lib. 9. cap. 4.



G V L I E L M I

R O N D E L E T T I

D E P I S C I B V S

LIBER XVII.

Qui pisces molles dicantur.

CAPUT I.



DISCIUM genera diuersa quæ hæctenus
executi sumus, omnia ἐναίμα sunt, id est, san-
guine prædita. Nunc δρῆμα, id est, sanguinis
expertia persequemur; quorum tria sunt ge-
nera: imprimis quæ mollia appellantur, dein-
de contacta crustis tenuibus, postremò testis
conclusa duris. Hunc ab Aristo. institutum or-
dinem, & à Plinio repetitum deinceps seque-
mur. Mollia igitur Latini vocant, quæ Græci
μαλάκια, à ἐκλὸς ἔχει δ' ἄρα κῶδες, ἐνὸς δ' ὅ τ' ἐρερον, καὶ ἄρα π' ἐνὸς καὶ τὰ ἐναίμα, quæ
foris carne obducta intus solidum continent, quemadmodum sangui-
ne prædita, vt sepia, loligo, polypus. Dicuntur etiam à Græcis μαλα-
κώδερμα, id est, mollis cutis contacta, cum quæ crustis intecta sunt, Ari-
stot. sepiissime ζεληρόδερμα nominet. Idem manifestum est ex Galeno.
Cur enim mollia dicantur, apertius exponens ait, μαλάκια καλεῖται τὰ
μὴτε λεπιδῶδες ἔχοντα, μὴτε φαχύ, μὴτε ὄστρακώδες δ' ἔδερμα, μαλακῶν δ' ἕως
ὡς ἀνθρώποις, ἐστὶ δ' τῶν πολυπόδῶν τε καὶ ἰχθύων, ἃ τὰ ἄλλα τῶ-
ν τοῖς ἴσκειν. ἀπλομένω μὲν οὖν μαλακὰ φάνεσθαι, διὰ δ' μὴτε λεπιδῶδῶν ἔχον,
μὴτε φαχύ, μὴτε ὄστρακώδες δ' ἕπασμα, ζεληρόδερμα δ' ἐστὶ. Mollia vo-
cantur, neque squamas, neque asperam, neque testaceam cutem ha-
bentia, sed mollem perinde ac in hominibus est, vt polypodes, sepiæ,
loligines, & his similia, quæ tangenti quidem mollia videntur: quia
neque squamas, neque asperam, neque testaceam tegumētum habeant,
duræ autē sunt carnis. Verum dubitauerit aliquis, possint ne animalia
aliqua sine sanguine viuere, cum bilis vtraq; pituita, sanguis viuēt-


Lib. 4. de hist.
cap. 1.
Lib. 9. cap. 28.

Lib. 3. de fac.
alimenti.


tium animantium elementa esse videantur. Humorem quidem certè genus omne animantium continet, quo si aut natura, aut vi priuetur, intereat necesse est: habet etiã partẽ aliquã in qua humor is fiat, & contineatur, qualis est sanguis & vena, aut quæ his proportione paria sunt. Quare is humor vel sanguis fuerit in iis quæ natura calidiora sunt, vel alius qui sanguini proportione respondeat in iis quæ natura frigidiora sunt. Itaque rectè dicemus animalium alia sanguine prædita esse, cuiusmodi sunt homo, equus, deniq; omnia quæ perfecta aut pedibus carent, aut binis quaternisve gradiuntur. Alia sanguinis expertia veluti apes, vespræ, ex marinis sepia, locusta, denique omnia quæ pedibus pluribus quàm quaternis mouentur. Mollium omniũ partes ab Aristotele, sic distinctæ sunt. *ὁ κύτος ἀδιόριστος*, id est, aluus, siue alueus indiscretus Gaza interprete, eum pinnae in orbem ambiunt. Sequitur *κεφαλή*, id est, caput, *τὸν οὐρόν*, id est, pedes siue pediculi, siue brachia, octona omnibus, binis acetabulorũ ordinibus ductu perpetuo omnibus, excepto genere vno polyporum. Eadem *ὡλεκενας* etiam vocat Aristo. Gaza crura, barbas, cirrósque interpretatur. Habent igitur molles omnes caput inter ventrem & pedes situm. Cũ verò in reliquis animantibus parte priore posteriorẽque vel in lateribus siti sunt pedes, cur hos mollia ante caput habeant, causam reddit Aristoteles, quod quæ partes in cæteris animantibus priores posteriorẽsque sejunctæ sunt, & summæ ac imæ, in mollibus & testaceis turbinatis eadem sunt, quia extrema coeunt & confunduntur, Intestinum enim quasi reflexa linea ad os reuoluitur.

Lib. 4. de hist. animal. ca. 1. & Lib. 4. de part. anima. cap. 9.

De Sepia.



CAPUT II.



NONNIA a Græcis vocata Latinum nomen non inuenit, ab Italis *sopi*, à nostris *sepia*, à Gallis *seche* dicitur. Piscis est marinus, litoralis, aliquando ad duorum cubitorum magnitudinẽ accedens, tenui sed satis firmacute coniectus, foris carnosocorpore, intus quid solidum

lidum, quod *σῆπιον* vocat Aristoteles, continente. Athenæus veluti Aristotelem interpretatus, *ὄστρακον ἐν τῷ γάτῳ*, Columella sepiae testum appellat. Capiti affixos habet pedes octo, cæterorum mollium modo, rotundos, crassiores initio: deinde paulatim gracilescentes, omnes interiore in parte *δυσήλους*, id est, duplici acetabulorum ordine, quibus cedentia comprehendat, & comprehensa firmiter premat, retineatque instar medicarum cucurbitularum. Iisdem pedibus siue brachiis natat, cibosque ori, iuxta quod sita sunt, admouet. Præter hæc duas promuscidas quas Aristoteles *προβοσκίδας* vocat, longiores pedibus, tenuiores, rotundas, vbiq; laues præterquam in extremo, utroque binis acetabulis aspero, quibus sepia capiunt, ori que è longinquo cibos admouent, iis etiam, quoties tempestates vrgent, ad saxa aliqua adhærentes se veluti ancoris stabiliunt. In pedum promuscidũque medio veluti in centro rostrum & os sepia situm est, duabus cartilaginibus duris altera superiore, altera inferiore constans, colore & figura auium carniorarũ vel psittaci rostro planè simile. Neque me latet Aristotelem dentes appellasse, cum de mollibus ita scribit. *Ἔστος δ' ἔχει τὸ τε τῆ σάμματος κύτος ἀδιόριστον ὄν, καὶ τὰς πόδας ἐμπροσθεν περὶ τὸν κεφαλῶν, ἔστος μὲν τῶν ὀφθαλμῶν, περὶ ὃ τὸ στόμα, καὶ τὰς ὀδόντας*. Quæ sic conuertit Gaza. Habent hæc foris alueum corporis indiscretum, & pedes parti priori iunctos circa caput, infra oculos, circa os & dentes. Ex qua interpretatione perspicuum est Gazam non legisse *ἔστος τῶν ὀφθαλμῶν*, sed *ὑποκρίων τῶν ὀφθαλμῶν*, vel quid simile, cui lectioni *ἀποκρίων* ipsa adstipulatur: nam infra oculos, & circa caput, osque sepia, pedes cum promuscidibus sitos esse cernis. Sed ad rem reuertamur. Vides hinc os dentesque sepia nominari cum rostrum sit duntaxat, & os quod nulli rei aptius quàm aduncò rostro carniorarum auium, vt dixi, comparari potest, ex partibus duabus composito, altera inferiore, altera superiore, commissura pyxidata, ita vt inferior intret. Dentes ibidem nulli nisi rostri siue oris partes dentes appellet, sed cum mobiles sint neque firmè innitantur ad laniandam vel retinendam prædam, non satis propriè dentes vocari posse puto, sed *τὸ στόμα* potius vel *στόμα*, id est, rostrum vel os. Quod autem oris vel dentium nomine, quas dixi rostri partes intellexerit Aristoteles, satis ipse declarat, quum de mollibus vniuersè loquitur hoc modo. *Μετὰ δ' τὰς πόδας ἡ κεφαλή ἐστὶ, ἀποκρίων ἐν μέσῳ τῶν ποδῶν τῶν καλῶν ὡλεκενῶν. ταύτης δ' τὸ μὲν ἐστὶ στόμα, ἐν ᾧ εἰσὶ δύο ὀδόντες*. Caput omnibus inter brachia, eius pars oris habitus est, in quo dentes duo. Præterea autorem habeo Athenæum, qui de sepia hæc transcripsit ex Aristotelo. *τὸ σῆπιον Ἀριστοτέλης φησὶ πόδας ἔχειν ὄστω, ὃν τὰς ὑποκρίων δύο μεγίστας, προβοσκίδας δύο, καὶ μέγαν ἄλλων ἑξ ὀφθαλμῶν, καὶ στόμα. ἔχει δ'*

Lib. 7. Lib. 6.

Lib. 4. de part. anima. ca. 9.

Lib. 4. de Hist. anim. cap. 12.

Lib. 7.

καὶ ὀδόντας δύο, τὸν μὲν ἄνω, τὸν δὲ κατωτέρω, καὶ τὸ λεγόμενον ὄστρον ἐν τῷ στόματι.
 Sepiæ scripsit Aristoteles octo pedes esse, sub his duos maximos scilicet promuscides duas. Inter hos habere oculos & os, atque dentes duos, alterum superiorem, alterum inferiorem, ac in dorso testam. Hæc Athenæus. Rostrum quod diximus membrana quadam crassa carnosâque veluti annulo vndique ambitur & firmatur, qua disrupta rostri partes disiunguntur. Intus linguæ vice est caro fungosa. Oculi maiusculi sunt, inter hos cartilago est cerebri parum continens, vt rectè annotauit Aristoteles, & hunc secutus Plinius. Cerebrum omnia habent animalia quæ sanguinem. Æquè & in mari quæ mollia appellauimus, quamuis careant sanguine. Os œsophagus excipit, id est, gula, longa & angusta, quæ per μύτιν tendit ad ingluuiem. Est autem mutis in mollibus quæ visceribus carent, sub ore membrana humidum quid continens, cordi proportionè respondens quorundam sententia, quam paulò post expendemus. Gulam ergò sequitur ingluuiem ampla, & auium ingluuiei simillima, quæ πρόλοσος dicitur. Est autem πρόλοσος autore Aristotele δέρμα χιλιόν, καὶ μέγας, ἐν ᾧ ἡ ῥοφή πρῶτη εἰσέρχεται ἀσπεπὸς ἐστίν. ἔτι δὲ αὐτῷ μὲν ἀπὸ τῆς τρομῆς φειώτερος, ἔπειτα βιρύτερος, ἢ δὲ χιθινοῦ πάλιν πρὸς τὸ χιλιόν λεπτότερος, id est, πρόλοσος est cutis in amplum sinuata, qua primùm cibus ingestus continetur incoctus: hac parte qua iungitur gulæ angustior est, mox amplior, tum qua desinit in ventriculum: arctior veluti in gallo gallinaceo, palumbo, columbo, perdice. Gaza aliquando guttur, aliquando ingluuiem conuertit. Columella in auiibus ingluuiem appellauit, de gallinis loquens. Nam si vacua non est ingluuiem cruditatem significat, abstinereque debent dum concoquant: Gallicè *la poche d'un oiseau*. Sepiæ igitur gulam sequitur ingluuiem, cui iungitur ventriculus tanquam omasum, figura similis τῇ ἐν τοῖς κήρυξι ἐλίκῃ, id est, circumuolutionibus siue clauiculis earum concharum quæ à Grecis κήρυκες, à Latinis buccina dicuntur. A ventriculo intestinum tenue, gula crassius, partem superiorem repetens ad os fertur. Quæ verò ad superiora reuoluitur, vesica est siue membrana in qua humor niger quem Cicero atramentum appellat, continetur, cui intestinum subiicitur, cuius membranâ meatus vesicæ atramenti obductus est, vt idè sit & atramenti & excrementi exitus per fistulâ, quæ in supina est parte inter alueum & os, prope alueum latior, prope os angustior: hac effluit atramentum quod in sepia plurimum est, Greci θολόν appellant, cum accentu in vltima: Nam θόλος cum accentu in priore rotundâ domū significat, in qua epulari consueuerant qui in Pritanæo alebantur ἀπὸ τῆς περιβόειν à circumcurrendo. Dioscorides θολόν vocat τὸ μέλαν. Plinius atramentum mollibus pro sanguine esse tradit, sed bili potius proportionè respondere puto. Natura enim sanguinem

Lib. 4. de hist. anim. cap. 1. Lib. 11. cap. 37.

Lib. 2. de hist. anim. cap. 17.

Lib. 2. de natu. et Deorum.

Lib. 2. cap. 23. Lib. 9. cap. 29.

sanguinem vel quod pro sanguine est nutrimenti causa, veluti thesaurum diligenter seruat, minime autem in quolibet metu effundit. Præterea meatus nullus est venæ proportionè respondens, quod alendi corporis causa in vniuersum corpus distribuatur. Quare fatius esse duxerim excrementum appellare, quod ab alimento secretum in vesica reponitur, quod que natura imminente periculo tuendi huiusmodi piscium generis causa abutitur. Atramentum vocatur ab atro colore, & θολός ἀπὸ τῆς θολῆσαι, quod significat turbidum esse. Eo pro atramento scriptorio siue librario vti possumus: est enim niger glutinosusque humor. Perfius.

*Iam liber & bicolor positus membrana capillis,
 Inq. manus charta nodosaque venit arundo,
 Tum querimur crassus calamo quod pendeat humor
 Nigra quod infusa vanescat sepia lymphæ.
 Dilucas querimur geminat quod fistula guttas.*

Eidem atramento tanta vis est, vt ex Anaxilao tradit Plinius, vt eò in lucernas addito æthiopes videantur. Atramentum id quod in sepia plurimum est, non in ea parte quam μύτιν vocant, continetur, neque in ea est sententia Aristoteles, vt nonnulli existimant. Athenæus citans Aristotelem ἐν τῇ μελίδῃ ὁ θολός ἐστίν, αὐτῇ δὲ κείται παρ' αὐτῷ τὸ σῶμα, κύστεος ῥόπον ἔχει. Est in mytide atramentum, quæ ad os sita est, folliculi siue vesicæ modò. At qui Aristotelis sententiâ diligentius inuestigarit, cum in diuersa fuisse sententia comperiet: ἀλάγχρον δὲ ἔδεν ἔχει τῶν μελακίων, ἀπὸ τῆς καλῆς μύτι, καὶ ἐστὶ τῆς θολῆς. Viscera mollium nullis, sed habent quam mutin apellant, atrumque illum humorem, cui nomen atramentum. Neque est quod quis ἐστὶ τῆς in ea muti, scilicet, interpretetur, sequentia enim reclamant, & ἐστὶ τῆς post hanc interpretari oportere docent. Ἡ μὲν οὖν μύτις κείται ὑπὸ τῆς σῶμα, καὶ διὰ τούτης τείνῃ ὁ σῶμα, καὶ ὁ ἐπίερων ἀνατέλλῃ, καὶ τῶν ὀστέων ὁ θολός, καὶ τῶν αὐτῶν ἕμῃ ἔχει περιεχόμενον τὸ πῶρον τῶν ἐντέρων. Mutis sub ore est, & per eam gula tendit, at verò atramentum infra continetur, quæ intestinum petere incipit superiora, foramenque suum eadem obuolutum habet membrana, qua intestinum. Quo fit vt Plutarchum grauissimum alioqui autorem demirer, qui de eodem sepia atramento à veritate magis aliena scripserit in libello, in quo differit, plus ne rationis insit aquatilibus bestiis quam terrenis. ἔτι δὲ πολλὰν τῶν πρὸς ἀλάβηδον, καὶ προφυλακίῃ καὶ ἀποδραμῶν ὄντων παραδιήματα, ὅσα ἀξίον ἐστὶ τὸ τὴν σῶμα παρελθεῖν, τὸ γὰρ καλεσμένῳ κύστῃ παρὰ τὴν ῥάχην ἔχει τὴν πλῆρη ζοφεράς ἐνχρότητος, ἢ θολὸν καλεσθῆναι, ὅτι ἀπὸ τῆς ἀλαμβόδῃ μεθίῃ ἔξω, τεχνομένη τὴν θαλάττης διαβολαθείης ποιῆσαι περὶ αὐτῶν σῶμα, ὑπεκδιῶσαι τὸ ἀποδραμῶν τὸ θηρόσφιον ὄψιν, ἀπομυεμένη τῶν ὀστέων γὰρ κινεῖν νεφελῇ πολλὰκις ὅτι ἀπὸ τῶν θέλωσιν ὑφαρομένους

Lib. 3. τ. 4. 10.

Lib. 7.

Lib. 4. de hist. anim. cap. 1.

καὶ διακλέσειας, id est, cum sint id genus cautionum, circumspectio-
 num, euasionumque exempla permulta, hoc vnum sepia praterire
 nullo modo possum. Vesiculam hanc (sic nominatur) collo. dependen-
 dentem habet atro liquore (atramentum vocant) plenam. Hunc ca-
 pta effundit obscurato circum mari, & tenebris affusus latitare fuge-
 reque venantis aciem struens, Homericos Deos imitata, quibus atra
 subinde nubecula hi quos seruatos volunt; belli discrimini subdu-
 cuntur, & clam eripiuntur. Sed quid tandiu in his immoramur? con-
 trouerfiam istam statim diremerit interiorum sepia partium ana-
 tome, qua inspecta nullus est nisi plane cæcus, qui non sententiæ no-
 stræ facile sit assensurus. Idem videbit mutin colore esse flauo, laxa
 fungosaque substantia, parenchyma potius quam folliculum vel
 vesicam, quæ hepatis potius quam cordi proportionem respondet, ut-
 pote cui consistentia similior sit, inferiorque loco sita quam cor in
 aquatilibus bestiis situm esse solet. Quod ut credam magis me im-
 pulit pars alia post cerebrum latitans, purpureo humore quem se-
 pia pro sanguine esse puto infecta. Hanc sepiis arbitror inesse loco
 cordis. In utroque latere sepia particulas quasdam habet, quas ex
 minutioribus auium plumis compositas esse dixeris, Capillamenta
 appellat Aristoteles vsu eorum non adiecto. ἐχέει δὲ καὶ τριχώδη ἄλλα
 ἐν τῷ σώματι, id est, capillamenta etiam quadam in corpore omnium
 habentur. Idem meo quidem iudicio eorum est vsus qui branchia-
 rum in reliquis piscibus. Huiusmodi sunt branchiæ in cancris &
 aliis crustatis. Fistula est in ventre simplex mari, foemina duplex.
 Hæc de sepia partibus tum internis, tum externis, in quibus multa
 sunt sepia cum cæteris mollibus communia. Nunc de actionibus
 moribusque. Sepia coeunt, ut reliqua mollia os ori admoventes
 complexuque mutuo brachiorum, ut scribit Aristoteles. Pariunt
 verò, inquit, ea corporis parte quæ fistula dicitur, qua & coire eas
 nonnulli arbitrantur. Plinius. Sepia & loligines linguis coeunt
 complectentes inter se brachia, & in contrarium nantes. Et pariunt
 ore. Ego sepias ut fistula coire, ita fistula parere existimo. Pariunt
 autem iuxta terram inter algas & arundines, etsi quod aggestum
 tale iniectum sit, ut sarmenta, aut lapides, aut quælibet alia mate-
 riei congeries. Et piscatores quidam de industria fascis sarmento-
 rum disponunt. Hæ perlibenter in illis loculamentis pariunt pro-
 lixam illam continentemque feriem ouorum qualis cirri muliebris
 species est. Enituntur aluum per interualla reprimentes, asper-
 guntque atramentum, interposita quiete, utpote cum non nisi cum
 labore emittant. Mas oua edita persecutus iis semen suum asper-
 git. De ouis proximo capite plura dicemus. Sepia vere parit, & o-
 mnibus anni temporibus, perseveratque in edendis ouis dies quin-
 decim.

Li. 4. de Hist. animal. ca. 1.

Lib. 6. de hist. anim. cap. 6.

Lib. 9. cap. 15.

decim. Hæc Aristoteles. Ex quo liquet in contextum Athenæi ca-
 dem citantis negationem male irrepsisse. Τῶν δὲ μελακίων τινῶν (πρω-
 τὰ τῶν ἰάπων αἰ (σηαίαι, καὶ ἔ κύνε). πᾶσα (αὐ ἄρα, καὶ κύνε). πέντε δὲ
 δέκα ἡμέρας. Expungenda igitur particula &. Idem confirmat Pli-
 nius, qui sepiam omnibus mensibus parere scripsit libro nono. Se-
 pia pedibus & piannis natat. Atramentum in meru effundit. Athe-
 næus. Διωκεμένη τε ἡ (σηαία τ' θολὸν ἀφίησι, καὶ ἐν αὐτῷ κρύπτει), ἐμφη-
 γα φέροντες τὰ ἄρα. Δέ-ελα δὲ ὡς καὶ θηροθήκης τ' θηλείας τεύδοντι οἱ
 ἄρρενες ἐπαρηγοῦσι ἀνθέλωντες αὐτῶν. ἐν δὲ οἱ ἄρρενες ἀλάτῳ αἰ θηλαίαι φέ-
 γει. Plinius. Sepia vbi sensere se apprehendi effuso atramento
 quod pro sanguine iis est, infuscata aqua absconduntur. Mares per-
 cussa foemina tridente auxiliantur, at foemina icto mare fugit. De
 mare foeminam adiuuante eadem Aristoteles LIB. IX. de Historia
 animalium. Item de eiusdem astu. Mollium astutissima est sepia,
 sola hæc suo vititur atramento non modò quum metuit, verum
 etiam abscondendi & occultandi sui causa, & cum progressa paulu-
 lum se ostenderit, redit in atramentum. Venatur etiam suis illis
 pralongis promuscidibus non solum pisciculos, sed etiam sapius
 mugiles. Hos & alios magnos pisces brachiis & acetabulis retinent
 sepia moribusque dilaniant, ac per particulas deuorant, quia sunt
 ore paruo. Sepia dolos in capiendis piscibus eleganter exprimit
 Oppianus. Callida sepia, inquit, furtim prædam venatur, ex capite
 enim enatis ramis pralongis veluti cirris pisces tanquam lineis ca-
 pit, iisdem, in fluctibus & tempestatibus ad saxa adheret, quemad-
 modum nauis rudentibus ad litorales scopulos alligata.

Lib. 5. de hist. animal. ca. 12. Lib. 7.

Cap. 15.

Libro 7.

Lib. 9. cap. 29.

Cap. 1. Lib. 9. de hist. anim. ca. 37.

Lib. 2. de hist. anim.

Καὶ μὲν δὴ δολομένης ἐπιλοποῦν ὄρατο θήριον.
 Σηπία, ἐκ δὲ ἄρα οἱ κεφαλῆς πεφύρασιν ἀραγοί
 Ἀκρέμονες, ἄροτανεῖς ὡς πλόχοι οἱ καὶ αὐτῇ
 ὡς περ ὀρμηθῆ ἐφέλκεται ἰχθύας ἀγρη,
 Πρωτῆς ἐν φαρμάκοις ὑπὸ ὄστράκω ἐλυθῆσθαι.
 Κείνας δὲ πλάσσειν τὴν ἡνίκα κύματ' ἰσθῆ
 Χείμαλι, περὶ βῶν ἀντιχέει, ἥντε τις νόστος
 Πείσματ' ἐπακταίησιν ἀνὰ φαρμάκῳ ἀνιλάσσει.

Sepia & loligini breue vitæ tempus. Nam exceptis paucis bi-
 matum non complent. Sepia mas magis varius est, quam foemina,
 dorsoque est nigriore, ac partes omnes asperiores habet quam fo-
 mina, & lineas varias caudamque acutiorem. Differunt etiam astu-
 tia, ut antè dictum est. Præterea foemina intestina habet duo, veluti
 mammas quibus mas caret. Elixa sepia ut Diophilo placet, tenera
 est, ori grata, concoctu excretuque facilis, eius succus sanguinem
 attenuat, atque excretionem per hæmorrhoidas ciet. Dioscorides. Lib. 2. cap. 23.

Lib. 2. lib. 8.


Lib. 2. cap. 23.

Lib. 3. de fac. aliment. Sepiæ coctæ dum estur atramentum ægrè concoquitur, aluum mollit. Galenus verissimè omnium scripsit sepia & mollium omnium carnem duram esse, concoctu difficilem quæ parum salis succi habeat. Cæterum si concoquatur multum alimenti corpori præstare. Crudi verò succi copiam omnia hæc acervant. Sepia molliorque omnia grauida meliora sunt. Sepiarum carnes deustas, odoris gratia escam hamis affigebant piscatores teste Aristotele: ita enim fiebat ut pisces avidius accederent, quod certissimum est piscium odoratus argumentum. Sepium magni in medicina vsus est, viribus simile ostreorum testis, sed partium magis tenuium: quare exsiccat & detergit. Eius cinis medetur lentigini. Idem carnes excrecentes tollit, & humida vlcera. Additur collyriis ad palpebrarum scabritiam. Expurgat vitiligines, furfures, dentes, & vitia cutis in facie. Vsum sepium, inquit Galenus, sali fossili admistum vngues oculorum eliquat.


Lib. 4. de hist. anima. cap. 8.

Lib. 11. de fac. sim. med.

De Sepiarum ouis.



CAPUT III.



SEORSVM hæc sepiarum oua qualia à mari reiciuntur, depingenda curauimus, ut melius intelligant, & agnoscant studiosi, quæ de his ab Aristotele literis prodita sunt. Nostri racemum marinum vocant à similitudine racemi vuae vitis, quem ab vna Plinij multum differre existimo. Est enim Plinij vua florenti vuae similis, ut suo loco declarabimus. hæc oua sunt duntaxat floren

Lib. 9. cap. 2.

floren

florenti vuae nullo modo similia. De quibus hæc Aristoteles. Sepiæ oua edunt similia myrti baccis magnis & nigris: atramentum enim superfundunt, cohærent inter se omnia ad speciem racemi vni cuiusdam nexui obducta, nec facile alterum ab altero detrahi potest: mas enim humorem quendam emittit, cuius lentore sibi adhærescunt, & augetur: Cum primùm edita candida sunt, atque exigua, mox atramento perfusa, nigra maioræque redduntur. Cùmque sepiola iam intus constiterit, videlicet tota ex candido oui interno concretescens, tum rupta oui membranula proles exit. Primùm pars illa interior candida, veluti grando consistit, cùm fœmina atramentum suum asperferit. Nascitur enim sepiola ex eo ipso candicante corpusculo versa in caput, modo auium ventre annexo. Sed qualis nam sit in his annexus vmbilici nondum exploratum habemus. Constat tamen candidum illud subinde diminui, dum sepiola augetur: & postremò vt luteum auibus, sic candidum his aboleri. E singulis sepia- rum ouis sepiæ singula nascuntur. Et alio in loco. Sepiæ alucus bipartitus est, oua albicantia grandini similia multa complectens. Rursus alius Aristotelis locus minimè omittendus est, de iisdem ouis LIB. V. de Historia animalium. Όταν δὲ ἡ σπηαία ἐπιπέκηται ἅμα, ὁ ἀρρίλιω παραχλασθῶν χελαφουσα ὁ θολὸν, ἐγένετο σιφρα. Quem locum Gaza sic vertit, non satis rectè meo quidem iudicio. Quoties sepiæ oua ediderit, mas euestigio sequens atramentum ouis superinfundit, atque ita efficitur, vt solidescant. Cuius malæ conuersionis occasionem dedit di- catio temere adiecta ὁ θολὸν post χελαφουσα: quam delendam esse conuincit Plinius LIB. IX. qui Aristotelis locum sic interpretatus est. Oua sepiæ glutino atramenti ad speciem vuae cohærentia mafculus persequitur afflatu, aliàs sterilefcunt. Vides hîc Plinium pro χελαφουσαν persequi afflatu reddidisse. His accedit Athenæi autoritas locum Aristotelis citantis. Όταν ὁ τέκωσι σπηαία ταῦτα ὁ ἀρρίλιω παραχλασθῶν χελαφουσα, ἢ σιφρα. Vides hîc τὴν θολὴν mentionem nullam factam. Postremò nõ mas sed fœmina, vt prius ex Aristotele perspicuum fuit, ouis atramentum aspergit. Hæc quæ exhibemus sepia- rum oua esse ab Aristotele descripta aspectus ipse docet. Sunt enim racematim compacta, tanquam à pediculo dependentia, oblonga, initio baccæ myrti, tandem auellanæ nucis magnitudine, folliculo, vel membranula contecta, cohærentia foris affuso atramento nigra intus alba. Quæ ibi continentur, oculorum humoribus similia sunt. Primùm enim aqueus & tenuis humor effluit, mox alius priore cras- sior, tertius veluti crystallinus. Cæterorum mollium oua his similia magna ex parte esse existimo. In litus recens eieccta à quibusdam eduntur frixa in sartagine. Vrinam mouent, renum pituitas extra- hunt, ac proinde renes expurgant.

Lib. 4. de hist. anima. cap. 18.


Lib. 4. de Hist. anima. cap. 1.

Cap. 12.

Cap. 51.

Libro 9.

De Loligine magna.



CAPUT IIII.

DRIVSQAM ad loliginum historiam veniamus, de nominibus τευθίς καὶ τευθός aliquid dicendum ne nominum varietas rerum cognitioni obstare possit. Aristoteles τευθίδα καὶ τευθὸν magnitudine differre scripsit, vt τευθοὶ maiores sint, τευθίδες minores. Sunt hac eius verba. τῶν τευθίδων οἱ τευθοὶ καλίστοι ἐπιπολὺ μείζους, γήνοισι γὰρ καὶ πέντε πηχέων τὸ μέγεθος. Teuthidibus multò maiores sunt teuthi, quippe qui in cubita quinque excrecant. Athenæus ex Aristotele cum de teuthide dixisset subdidit ὅ ὅ τευθὸς μόνω τῶν διαφέρει τὸ μέγεθος, γίνεσθαι δὲ καὶ τριῶν πηθαμῶν. A teuthide magnitudine sola teuthus differt, accrescit autem ad tres palmos maiores. Veruntamen parui etiam sunt teuthi. Aristoteles. ἐστὶ δὲ τὸ γένος ὀλίγων τῶν τευθῶν. Est etiam paruum teuthorum genus. Vides hinc τῶν τευθίδων καὶ τῶν τευθῶν in magnitudine discrimen. Præterea τῶν τευθῶν alios magnos, alios paruos esse. Iam verò figura etiam differre τὰς τευθίδας καὶ τὰς τευθὸς docet idem Aristo. διαφέρεισι δὲ τῶν γήμων τῶν τευθίδων οἱ τευθῶν, καλίστοι γὰρ ἐστὶ δὲ ὄξυ τῶν τευθῶν, ἐστὶ δὲ τῶν κύκλων περιέρχεται περὶ ἅπαν ἐστὶ δὲ κύτος, τῆ δὲ τευθίδε ἐλασσόν. ἐστὶ δὲ πελάγιον ὡσπερ ἡ τευθίς. Figura à teuthidibus disident teuthi, pars enim teuthorum quæ exit in acutum latior est. Præterea pinnulæ totam aluum ambiunt, quæ in teuthide sunt minores. Pelagius verò est teuthus, veluti & teuthis. Et alio in loco Aristot. de mollibus loquens. περιέρχεται δὲ ἔχει πινναύτα καὶ κύκλω περὶ δὲ κύτος. τῆ δὲ ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων σιωπῶν μόνον καὶ σιωπῆς ἐστὶ, καὶ ἐπὶ τῶν μεγάλων τευθῶν, ἀλλὰ ἐλάττω, καὶ καλίστοι τευθίδες καλίστοι γὰρ ἐστὶν ἔχεισι, καὶ ἐστὶν ὡσπερ αἱ σφαιραῖαι, καὶ οἱ πρὸς ποδες, καὶ τῆ δὲ ἀπὸ μέσης ἠργυμένον, καὶ ἐστὶν κύκλω διὰ πινναύτα. Pinnam habent omnia hæc aluum ambientem, quæ quidem in aliis iuncta continuâque est, atque etiam in magnis teuthis: minores autem quæ teuthides ἢ oinantur, latiorcm habent, & non angustam veluti habent sepia & polypi, non totam aluum ambientem, sed à medio initium sument. Rursus hinc habes teuthos magnos, vt à paruis discer

Lib. 4. de hist. anim. cap. 1.
 Lib. 7.
 Lib. 4. de hist. anim. cap. 1.
 Ibidem.
 Lib. 4. de part. anim. ca. 9.

discernantur, & teuthidas paruas, earumque à teuthis differentiam. His declaratis, quibus nominibus τευθίς καὶ τευθὸν veteres Latini expresserint, inquirendum. Gaza τευθὸς lolios, τευθίδας loligines interpretatus est. At lolij vocabulo nullus veterum Latinorum, quod sciam, usus est. Ideo nomē hoc à Gaza factū fuisse perspicuitatis gratia iudico. Etenim si eodē, loliginis scilicet nomine τευθίδα καὶ τευθὸν expressisset, incertam obscuramque interpretationem reddidisset. Plin. quem τευθὸν vocavit Aristot. loliginem Latine dixit. Quæ enim Aristot. περὶ τευθῶν dixit γήνοισι γὰρ ἔσθαι πέντε πηχέων τὸ μέγεθος, γίνεσθαι δὲ καὶ σφαιραῖαι δυπηχίς, Plin. sic conuertit. In nostro mari loligines quinum cubitorum capiuntur, sepia binum. Alibi quas Aristoteles τευθίδας dixit, Plinius etiam loligines interpretatus est αἱ δὲ σφαιραῖαι αἱ τευθίδες νέες σφαιραῖαι, συμπεπλεγμένα, ἔσθαι γὰρ καὶ τὰς πελάγιους ἐφαρμύττωσαι, καὶ ἀνιχνυθῆναι ἀλλήλοισι νέστοις ἐναλίως. Plin. Sepia & loligines coeunt linguis componentes inter se brachia, & in contrarium nantes. Ex quibus efficitur, vt interim maculam vnam delectamus, pro νέες σφαιραῖαι legendum esse ὄξυ καὶ vel ὄξυ καὶ. Idē confirmat ipse contextus & Gazæ interpretatio. His addam ex Athenæo mollia omnia τὰ τευθῶν nominata fuisse, μαλάκια, inquit, καὶ τευθῶν. Quare cum Plin. & veteres alij loliginē dixerint, eodem nomine semper utemur. Dicemusq; aliam loliginem esse magnam, aliam paruam, illudque inter has discrimen esse quod Aristo. explicauit. Loligo igitur magna, quæ τευθὸς rectè dicitur, ea est quæ calamari nostri vocant, à thecæ scriptoris similitudine, siue quod in ea reperiantur, quæ ad scribendum necessaria sunt, videlicet atramentum & gladiolus, qui altera parte cultrum, altera calami siue pennam refert, minimè verò oscicula duo vt quidam impudenter contra ἀλλοφίαν scripserunt, quorū alter cultri, alter calami loco sit. Prouinciales tothema corrupto nomine pro teutho vocat. Baionenses cornetz & corniches magnam loliginē à parua distinguentes. Piscis est pelagius, gregalis, ex mollium genere, pedibus, promuscidibus, capite, oculis, ore, lingua, fistula, partibus internis quibusdam, coeundi modo, sepia similis. His verò disidet. Corpore est longiore, rotundiore, in acutum desinente. Sepia breuior est & latior, duriorq; carne. Sepia os internum in prona parte sitū quod sepium vocatur, robustum, latum, media natura inter os & spinam, friabile quid & fungosum continens. Loliginis δὲ ἔσθαι, id est, gladius, tenuis est, angustus cartilagineus, pellucidus. Promuscis dextra crassior. Atramentū nigrum non infra vt in sepia, sed prope mutin. Pinnulæ latiores sunt quàm in sepia, nō totam aluum ambientes, & in angulū acutū in lateribus desinētes. Loligo mas à femina differt, quod intus meatus duos habeat, quibus mas caret, sicuti in sepis euenit. Quamobrē errant qui loliginem feminam esse putant, lolium verò à Gaza nominatum, mare, cum etiā in lolio differētia maris & feminae modo dicta reperitur.

Lib. 9. cap. 30.
 Lib. 5. de Hist. animal. ca. 6.
 Lib. 9. cap. 51.
 Libro 7.

Præter atramentum, succum quendam purpurascens continet, unde subpurpureas loligines coctas reddi puto. Hunc succum loliginem in metu effundere, vt se seruet, scripsit Oppianus quemadmodum à sepiâ atramentum, negatque loligini atramentum esse.


Lib. 3. ἀλιων τιμωρ.

Τὰς δὲ τῆς τε γυμναστικῆς καὶ ἡρόδοτος γένεθλα
Τῶν θιδες, ἔδω ἄρα τῆς μέλας θολός, ἀλλ' ὑπέρυθρος
Ἐξέρεται, μίσην ὃ πινεῖκελον ἐν τῶν ὄσται.

Li. 4. de hist. cap. 1.

Hac in re ab Aristot. dissentit Oppia. Aristo. enim autor est mollia omnia visceribus carere, sed mutin habere & atramentum, quod omnia in metu effundunt. Parit loligo oua connexa sepiarum modo, non in litore vt sepiæ, sed in alto, quam ob causam rariùs oua loliginum quàm sepiarum inueniuntur. Promuscidibus cibum capic orique admouet sepiarum more. neque huic, neque sepiæ bimatu vita longior. Habetur hodie inter delicatos & bonos cibos. Sed de carnis substantia & præparatione proximè dicetur.

De Loligine parua.



CAPUT V.

LOLIGO parua ea est quæ à Gallis præsertim Santonibus *casseron* dicitur, à nostris *glangio*, corrupta voce, opinor, ex gladiolo. quanquam Monspelienfes nostri *calamar* & *glangio* sæpe confundant. Alij magnitudine distinguunt. τῶν δὲ est Aristotelis: nūquam enim in magnitudinē accrescit. Pinna lata inferiore loco oritur quàm in loligine magna, quam τῶν δὲ appellauimus cum Aristotele. præterea extremum acutius est, gladiolus etiam ipse acutior, quibus notis τῶν δὲ à τῶν δὲ secreuit Aristoteles. Alioquin pediculorum numero, promuscidibus, oculis, capite, corporis forma, gladioli substantia, atramento, denique partibus omnibus tum internis, tum externis persimiles sunt. Mollitiæ & teneritudine carnis præstant loligines parua, magisque à nostris commendantur. Hæc Athenæus de teuthi

Libro 7.

teuthide ex Aristotele. Αἰσχροτέλης εἶναι φησὶ καὶ τὰν τῶν σωμαγελαζομύων, ἔχον τὸ πλεῖστα τὸ σπῆλαι, τὸν ποδῶν ἀεθμοῦ, τὰς προβοσκιδας. Τῶν δὲ τῶν ποδῶν, οἱ μὲν ἄνω μικροὶ εἰσὶ, οἱ δὲ ἄνω μέγιστοι. καὶ τῶν προβοσκιδων ἢ δεξιά παχύτερα, καὶ τὸ ὅλον σωματικὸν ὑπερὸν, καὶ ὑπομικέτερον. ἔχον δὲ καὶ θολὸν ἐν τῇ κύψῃ ἢ μέλαινα ἀπὸ ὠχρῶν, καὶ τὸ ὄστρον μικρὸν λίαν, καὶ χονδρῶδες. Id est Aristoteles scribit loliginem paruam ex gregalibus esse, in plurimis sæpiæ similem, maximè pedū numero, promuscidibus. Pedum autem alij minores, qui inferiores, alij maiores, qui superiores sunt. Ex promuscidibus dextra crassior. Huius corpusculum tenerum longiusculum. Habet autem in vesica humorem non nigrum, sed pallidum, testam paruam admodum & cartilagineam. Quæ omnia per appositè quadrant, & ex Aristotelis sententia dicta sunt, præter illud quod de atramento dicit: negat enim nigrum humorem Teuthidi inesse, cū Aristoteles mollibus omnibus τὸ θολὸν tribuat, id est, atramentum quod in metu effundit, vt eo infusata aqua abscondatur. Quare quū Athenæus atramenti vice humorem pallidum loliginibus inesse scribit, mutim quæ pallido vel subflauro humore suffusa est, pro humoris huius folliculo siue vesica vsurpauit. Atrū loliginis humorem μετὰ φοερῶς pro liuore hominis atri, id est, maleuoli posuit Horatius.

Hic nigra succus loliginis, hac est

Aerugo mera.

Vbi Porphirio ex loliginis succo liuorem mentis vult intelligi, ex æruginē venenum. Loligines parua ob mollitiem à multis carnioris piscibus expetuntur, maximè à lupis marinis, sed volatu vitæ suæ consulunt, teste Oppiano.

Ἡραδ' αὖ τέμνεσι καὶ εἰναλιοὶ περ ἔοντες

Τῶν θιδες, ἱρύκων τε γένος, βυθιῆτε χελιδών.

Ὅς δ' ὅτε παρβήσωσιν ὑπέρτερον ἔχθρον ἰχθίω

Ἐξ ἀλὸς ἀθρῶσκασι, καὶ ἠέλοι ποτέον,

Quanquam etiam sine metu & citra periculum loligines extra aquam volitantes sese efferant, tanta multitudine aliquando vt nauigia demergant, inquit ex Trebio nigro Plinius, quod omnino incredibile non est. nam loligines plurimæ mutuo sese complexæ natant, quæ de causa euenit vt multæ simul capiantur. Plutarchi interpres τῶν θιδας gladiolos interpretatur, non satis rectè, cū longè alius sit piscis qui à Latinis gladius, à Græcis ξηφίαις dicatur. Minimè silentio prætereundum petelegans Themistoclis in eretrienses scomma, quo eos timiditatis & ignauia notans loliginibus similes esse dixit, & μάχαρην μὲν ἔχον, καρδίαν δὲ σῆκ' ἔχον, id est habere quidem gladium, cor verò non habere. Vilem hunc fuisse pisciculum præsertim Athenis indicat prouerbium inde sumptum, vt qui ita inopia premeretur, vt ei vilissima quæque corroganda essent, etiam teuthide egere diceretur. Aristo-

Lib. 1. sermo. saty. 4.

Lib. 1. ἀλιων τιμωρ.

Lib. 32. cap. 2.

Lib. 7.

phanes in comœdia cui titulus ἀχαρής. ὃν ἔτ' ἰδύμι τελευθίδος δευμύον, id est, quem etiam videam teuthide egentem. Contra hoc tempore loligines parua à diuitibus, & à gula proceribus maximè appetuntur, & magnopere commendantur, præsertim à perito coquo apparatus. Sunt autem cum atramento suo coquenda, & oleo siue butyro, pipere, omphacio condienda. Alij farina conspersas cum oleo vel butyro in sartagine frigunt. Sed mihi duriuscula carne ac proinde difficilioris concoctionis esse videntur, maximè si paulò grandiores sint. Alexis citante Athenæo, in Eretrico coquum expotentem facit, quoniam pacto ex loligine placentæ, siue libi, siue farciminis genus fieret, scilicet abscissis pinnis, in facta pinguedine, & aspersis recentioribus & deliciarioribus aromatis. Atque id farcimen etiam τελευθίδα appellatum fuisse scripsit Pamphilus.

De Polypis.

CAPUT VI.



ΠΟΛΥΠΟΥΣ Et accusandi causa πολύποδα καὶ πολύπουα dixerunt Græci à pedum multitudine. Unde illi quoque qui Græciam nunc incolunt ὀκλύποδα vocant. Nostri per syncopen poulpe, Galli poure. Polyporum plura sunt genera. Vnum genus est eorum qui cæteris maiores sunt & notiores, cuius generis duæ sunt differentia à loco sumpta, alij enim pelagici sunt & alij ἀπόρρογοι id est, litorales, quos Plinius terrenos vocauit, hi multò maiores sunt pelagicis. Alterum genus est eorum qui parui sunt, varij cibo inepti. Tertium genus ἐλεδώνω vocant, à cæteris pedum prolixitate differt, & acetabulorum ordine quem simplicem habent, cum cætera mollia duplicem habeant, id genus alij βολιταίνου, alij ὄζολω vocant, inquit Aristoteles, Plinius ozænam, alij ὀσμυλίω, alij ὀσμυλον. His tribus generibus adiungit Aristoteles alia duo in ostreis siue conchis condita, prioris generis polypum ναυλίλον siue ναυτικόν vocat, nunnulli polypi ouum, Plinius pompilum, alterius generis is est qui testa contactus eam nunquam deserit cochlearum more, sed brachia tantùm interdum exerit. Hæc sunt polyporum genera ex Aristotele, in quibus distribuendis existimauerit aliquis nos perperâ duo in vnicum rede gisse, scilicet ἐλεδώνω καὶ βολιταίνου siue ὄζολω quæ videatur Aristoteles separasse ἔστι ὃ γέννη τωλείω πολύποδων, ἐν μὲν δ' ἑκατέρω ἐπιπολάζον, καὶ μέγιστον ὄζολω, εἰσι δ' ἄλλοι μὲν ἄλλοι δὲ τῶν ἀπορρογῶν, εἰσι δ' ἄλλοι μικροὶ ποικίλοι, οἱ σὲν ἑκατέρω ἄλλα τε δύο, ἢ τε καλεσμένη ἐλεδώνη, μήτε διαφέρει τῶν ποδῶν, καὶ τῶν μονοπόδων εἶναι μόνον τῶν μελακίων, ἅ γὰρ ἄλλα πάντα διότυλα ἔστ'

Lib. 4. de hist. animal. ca. 1.

Lib. 9. ca. 29.

Lib. 4. de hist. cap. 1.

ἔστι, καὶ τὴν καλεῖσθαι οἱ μὲν βολιταίνου, οἱ δὲ ὄζολω. Quibus subscribit Gaza interpretatio. Polyporum genera plura sunt: est enim quod & conspicius & maximum est, cuius terreni maiores quàm pelagici sunt. Et quod corpore exiguo variòque est cibo ineptum. Et quod eledonam vocant, crurum prolixitate diuersum: & quod vnum ex mollium numero simplicem acetabulorum ordinem agat: cætera nanque omnia duplici calculantur. Adhæc quod alij bolitenam alij ossolem appellant. At rei ipsius veritas paulò aliter quàm Aristoteles polyporum genera partiri nos coëgit. Cum enim eundem semper polypum viderim & odore esse graui & longissima brachia habere, simplicem quæ acetabulorum ordinem non potui non existimare bolitanam siue ozolin siue ozænam ab odore nominatum & eledonam eundem esse polypum. Octona brachia sunt polypis, καλεῖσθαι vocat Aristoteles, quibus ut pedibus ac manibus vtuntur, proboscibus carent, quibus à sepia loliginèque disiunguntur, sed harum defectum natura pedum ad eisdem vsus commodorum longitudine pensauit. Caput iis est inter pedes & aluum ut reliquis mollibus, at ab iisdem eo diffident, quod paruam aluum, crura prælonga, contra cætera amplio-rem aluum, crura breuia habeant, ita ut potestas nulla sit ingrediendi. Hæc pinnis natant, in illis nullæ cernuntur. Rostro, partibus internis, gula, ventriculo, intestino, muti, sepiis & loliginibus non dissimilis. Supra ventriculum vesiculam habent, & in ea atramentum autore etiam Aristotele, sed non ita nigrum ut in sepiis & loliginibus, verum purpurascens, vesiculam hanc μελκωνά vocat Athenæus è qua atramentum per fistulam effundit ante aluum sitam. Certum est polypos eodem modo quo sepiæ ac loligines coire, nimirum ore ori admotò & mutuo brachiorum complexu. Polyporum igitur alter capite in terram verso nitibundòque; explicat porrigitque; brachia, tum alter superuenit, passimque brachiis singulis ad singula subiecti, iunctisque acetabulis adhærescit. Alij marem aiunt, in brachio vno quod pudendi speciem referat habere, in quo duo sunt acetabula maxima, neruo id quasi costare porrectum ad medium vsque; brachium, totumque in foeminae narem inferi, sed hæc somnia esse anatome certo demonstrat. Mihi sæpius polypos dissecanti, nunquam visâ sunt acetabula ista maiora in vno brachio quàm in alio, præterquàm primo & maximo polyporum genere in quo non duo in vno brachio sed quatuor in quatuor brachijs acetabula præ cæteris omnibus maxima comperias, in alijs generibus minimè. Quod si semen hæc emitteretur, necesse foret, meatum aliquem ab internis partibus huc deductum foemina quoque eodem meatu semen excipere ouaque edere, quæ fieri

Lib. 4. de hist. cap. 1. libr. 9. cap. 37. Libro 7.

Lib. 4. de hist. cap. 6. Libro. 7.

non posse, fatebuntur omnes qui polypos viderunt, & ouorum in inferiori alui loco situs necessario conuincit alio. quàm brachij acetabulo oua edi: Quocirca vera mihi videtur eorum sententia, qui fistula parere affirmavit. In qua opinione fuit Aristoteles de mollibus omnibus loquens. Pariūt, inquit, ea corporis sui parte quæ fistula dicitur, & eum secutus Athenæus ὀχλύς διὲ συμπαλεχόμενος, καὶ πολὺ χρόνον παύσας, διὰ τὸ ἀνάμυς εἶναι. τίς τε διὲ διὰ τὸ λεγομένον φυσήτηρος, ὃς ἐστὶ πόρος τοῦ σώματος, καὶ ἕκτε ἀπὸ βοφύδων. Polypi sese complexi longo tempore coitum absoluunt, quia sanguinis sunt expertes: pariunt autem fistula, qui meātus est in corpore, oua racematim. Hyeme coeunt, vere pariunt in cubilibus, vel fictili vel in aliquo alio cauo oua similia labruscæ florentis racemulis aut fructui populi albæ, mira foecunditate, quibus ruptis, maximè diebus quinquaginta post, polypi paruuli erumpunt phalangiorum modo, quorum forma tota manifesta quidem est, sed nondum membra singula perspicuè distincta sunt, nonnulli que adeo parui, vt nulla partium constent distinctione, sed ad contactum moti agnoscantur, magna pars propter imbecillitatem & paruitatem perit. Ouis polypus fœmina aliquando incubat, aliquando cubilis ostio assidens super ea brachia exportigit. Fœminam & marem à partu ita senescere debilitari que ferunt, vt facile à pisciculis deuorentur, & à cubilibus detrahantur, vnde genus hoc piscium breui interire, nec vltra bimatum scripsit Aristoteles. Oppianus itidem scripsit polypum longo coitu ita debilitari frangique vt vires omnino deficient eamque ob causam in arena iacens, præda fit reliquis piscibus, quos antea nullo negotio deuorasset, fœminam verò ob partus dolores emori, quoniam non seiuncta oua vt reliqui pisces, sed compacta racemorum instar edant per angustam fistulam.

Lib. 9. de hist. cap. 37. Lib. 2. ἀλιων τιμῶν.

Οὐ γὰρ πρὶν φιλότιμος ἀπὸ γένος ἔσθ' ἀπολήγη,
 Πρὶν μὲν ἀπὸ μελέων προλίπῃς ἀένος ἀδρανεόντα
 Κύβος τ' ἐν ψαμάθοις πεσσὼν ἀμυγνὸς ὄλη.
 Πρῶτες γὰρ μὲν ἔδον, ὅσοι χεδὸν ἀπτήσωσιν
 Καρκινάδες δειλά, καὶ καρκίνοι ἠδὲ καὶ ἄλλοι
 Ἰχθύες.


Et mox de fœmina.

Ὡς ἄγχι καὶ θήλυς ἴσθ' ὠδὸν μογέσσει
 Ὡς μὲν, ἔσθ' ἴσθ' ἀποκρίδων οἶα καὶ ἄλλοις

Ως

Ως διαθρόσκον, ἀρηρότα δ' ἀλλήλοιον
 Βοφύδων, φενοῖο μολυ διαίσαται αὐλῆ
 Hactenus de Polypis in vniuersum.

De prima & secunda Polyporum specie.



CAPUT VII.

POLYPVM Hic depinximus qui omnium maximus est & notissimus, cuius differentias duas esse diximus: alter enim litoralis est, alter pelagicus vitâ solùm, specie nullo modo dissidentes. Vterque igitur ore, oculis, partibus internis sepia ac loligini similis, brachia verò longiora habet, promuscidibus caret, alio est rotundiore, sepia latiore, loligo verò longiore. Acetabulorum in brachiis continuus est, & duplex ordo, quæ initio maiora deinceps minora fiunt. Sunt etiam quatuor pedum acetabula omnium maxima, his omnibus mira vis inest. Vnde Trebius Niger apud Plinium negat vllum esse atrocius animal ad conficiendum hominem in aqua. Luctatur enim complexu & sorbet acetabulis ac numeroso suctu detrahit eum, in naufragos vrinantē se impetum capit, sed si inuertatur elanguescit vis. Cætera quæ de polypo tradidit idem Trebius Niger, quæ monstro propiora videri possunt, lege apud Plinium. Fatuus quidem est polypus cum ad demissam hominis manum accedit, sed rei familiari prospicit cum omnia colligat, & veluti in domicilio reponat,

Lib. 9. cap. 30.

cúmque quantum utile sit arrosit, aggerit testas, cancrorum crustas, putamina conchularum & spinas pisciculorum. Coloris etiam sui mutatione venatur pisces, colorem enim refert similem iis quibus se applicat saxis, quod etiam in metu facit: unde Plutarchus in libello in quo differit, plus ne rationis insit aquatilibus bestiis quam terrenis, scripsit polyppum aliter affectum quam chamæleonta colorem mutare. sic enim ait. Μεταβάλλει γὰρ ὁ μὲν χαμαίλειον ἐδόντι μηχανόμοιος, ἐδὲ χαμαίλειον ἐαυτὸν, ἀλλ' ὑπὸ δέσσης ἄλλως ἕρπεται, φύσει ἰσοδοξὸς ὡν καὶ δὴ λὸς, συνέπει) ὃ καὶ ἀνόμενος πλῆθος, ὡς θεόφρατος, ὄλιγον γὰρ ἀποδείπῃν ὃ σάμψα τὸ ζῶον πλῆρες εἶναι ἀνόμενος, ὃ τεκμαίρεται ὃ ἀνόμενος καὶ αὐτὸς, καὶ διὰ τὸτο πρὸς τοὺς μεταβάλλει εἰς βροχίον. Τὸτο ὃ πολυπόδος ἔργον ἔστιν ἢ παθὸς ἢ μεταβολῆ, μεταβάλλει γὰρ ἐκ τροφῆς μηχανῆς χρωμῆος τὸ λαμβάνειν ἢ δέδιε, καὶ λαμβάνειν οἷς ἕρπει) : παρακρουόμενος γὰρ αἰρεῖ μὴ φεύγει, ἀλλ' ἐκφύγει παρακρουόμενος. Colorem quidem mutat chamæleon nihil machinatus neque latere volens, sed temerè in metu mutatur natura pavidum, & ad omnem strepitum expauescens animal. Consequitur autem auræ copiam autore Theophrasto, quoniam parum absit quin totum corpus pulmo expleat, unde aura viuere & mutationibus obnoxium esse coniicit. Isthæc verò polyppi mutatio non ex perturbatione oritur: nam de industria colorem mutat, ut hac fraude & quæ metuit vitet, & ea quibus vescitur capiat. Hac enim ratione & non cauentibus obrepit, & dolum struentibus fucum facit. Hanc polyppi varietatem celebrauit Pindarus.

Πολλὸς θηρὸς χρωτὶ μάλιστα νόον
Προσφύων, πάσαις πολεῖεν ὀμιλεῖ

Et Theogius similiter.

Πολυπόδος νόον ἔχει πολυχρῶς ὃ πολὺ πῶς
Τῆ ὡς ὀμιλήσει τοῖς ἰδέειν ἐφύγει.

Hæc polyppi natura in proverbium abiit, πολυπόδος νόον ἔχει, quo monemur pro tempore, alios atque alios mores, alium aque alium vultum sumere. Idem Plutarchus scribit falsum esse polyppum sibi brachia arrodere, sed murænam & congrum pertimescere verum est. Plinius. Polyppum brachia sua rodere, falsa opinio est: id enim à congro euenit ei, sed renasci sicut colotis & lacertis caudam, haud falsum. Quæ omnia ex Aristotele sumpta sunt. Contra Oppianus autor est polypos hyeme latentes in cubilibus suis brachia sua absumere, non aliter quam alienas carnes, eaque identidem renasci.

Χείματ' ἴδ' ἔπειε φασὶν ἐπιτείχην ἄλδος Ἰδωρ
Πολυπόδας, ζαμμεῖς γὰρ ὑποβομέσσι θυέλλαις

Lib. 9. cap. 19.

Lib. 8. de hist. cap. 2.

Lib. 1. ἐπισημῶν.

Ἄλλ' ὄγγε γλαφυρῆσιν ἐνεζόμενοι θαλάμῃσιν
Πηξάμετες δαμνῶν) ἐδὲ πόδας, ἢ τε σάρκας
Ἄλλοξίας. οἷδ' αὐτῆς ἐδὲ χερσὶν ἀνόμενος
Φύων) τὸδε τὸ σφι ποσὶ δάων ἐπένδουσε.

Polyppi soli mollium in siccum exeunt duntaxat asperum, læuitatem odere. Vescuntur conchyliorum carne, quorum conchas complexu crinium frangunt, itaque præiacentibus testis cubile eorum deprehenditur, mirè delectatur oleæ ramis, atque iis allectis capiuntur. Oppianus:

Ἦτοι πολυπόδες μὲν ἀθηναίσι φιλέουσιν
Ἐρρεα, καὶ θαλλοῖσιν ἐπὶ γλαφυρῆσιν ἔρωτα
Ἐπασσῆσιν, ἢ μέγα θαύμα πύργῳ φρένα δένδρῳ ἔστι
Ἐλκεαῖς, λιπαρῶς τε φύλλῳ πύργῳ γίνουσι.

Lib. 4. ἀλιότιμος.

Lib. 7.

Nec solum olea, sed etiam ficu arbore gaudere autor est Athenæus: Καὶ χείματ' ἴδ' ἐπὶ τῶν φυτῶν καὶ τῶν ἐλαίαις, ἔ πολλὰς δὲ λίσσονται τῶν πλεονάσις περιεληφότες ὃ ἔλεχος, ἐφωράδουσαν δὲ καὶ ἰσκέαις προσεφυκῆσιν τῆ θαλάττῃ προσωλεχόμενοι, καὶ τῶν σῶκων ἐαδόντες, ὡς φησὶ κλέαρχος ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τῷ ἕρπῳ. ἔστι δὲ δειγμὰ τὸ ἡδὲ αὐτὸν τῆ ἐλαία καὶ τὸτο ἐαυτῆς κλάδων φυτῶ τὸτε χερσὶ εἰς τὴν θάλασσαν κατ' ἢν εἰσι πολυπόδες καὶ μικρὸν ἐπὶ τῆ ἀποντῆ ἀνέλκει τῶ κλάδῳ περιπλεχόμενος ὅσως ἐγείλει. Delectantur polyppi olea arbore, cuius truncum brachiis amplexi sæpe comperiuntur: deprehensi sunt etiam aliquando ficum arborem ad mare natam complexi & ficos edentes, ut scribit Clearchus in libro de his quæ in mari fiunt. Hos olea delectari id argumento est: si quis enim arboris huius ramum in mare demittat, quo loco fuerint polyppi, breui mora & citra laborem polypos ramum amplexos trahet quotquot voluerit. Amant & salsamenta, quod ostendit Plinius exemplo polyppi illius, qui Carteiæ in cetariis assuetus erat noctu exire è mari in lacus apertos, atque ibi salsamenta populari. Polyppi dura sunt carne, quæque mollescere & facillè concoqui non possit, nisi diu seruata multumque fuste contusa ad dirimendas frangendâsque fibras, quibus caro contextitur. Traduntur, inquit Plinius, muriam ex se emittere, & ideo non debere addi in coquendo, secari arundine: ferro enim intingi vitiumque trahere natura deserente. Crassum succum gignit & glutinosum, veneremque irritare creditur, tum ob flatum à crasso lentoque carnis succo genitos, tum ob humoris, qui in eo inest, salsuginem, quam Plinius muriam vocari dixit. Assius durior fit, elixus in aqua & atramento suo longè melior additis oleo, omphacio, pipere. Secundum polyporū genus separatim non depinximus, quæ sa-


Lib. 9. cap. 30.

Lib. 32. c. 10.

Ἄλλ'

tis ex primo cognosci possit, animaduertis notis, quas tradit Aristoteles: paruum enim & varium esse dicit, ciboque ineptum. Ex quibus verbis quidam colligunt hunc polypum esse quam sepiariam vulgus vocat, quæ parua variâque est, sed hanc ex polyporum genere non esse postea docebimus.

De tertia Polyporum specie.




CAPUT VIII.

Lib. 9. cap. 30.

TERTII Generis polypum esse cum diximus, qui dicitur ἐλεδάνη, vel βολιτάνια, & ὄζολις siue ὄζαρι siue ὄσμουλος ab odore, vt antea demonstrauiamus. Græci huius temporis μοσχίτιον vocant, ab odore moschi. Plinius ozenam à graui capitis odore dici tradit, ob hoc muranis maximè eam cōsectantibus: ego verò quòd eo sit odore, qui grauitatem capitis inducat, dictam fuisse puto: nam odorata teste Hippocrate muliebria ducunt; sed grauitatem capitis faciunt. A reliquis igitur polypis differt, quòd corpore sit magis rotundo, longioribus brachiis vnico in eis acetabulorum ordine, præterea odore est moschi non solùm viuus sed etiam mortuus atque exiccatus. Quam ob causam magis quàm cæteri ad venerem stimulat: etenim eam veluti sopitam odorata exuscitant, quemadmodum ambra & moschus, quo fit, vt qui vnguentis delibuti esse solent, cæteris sint salaciores. Præparatur vt superior.

De Test

De Testacei polypi prima specie.



CAPUT IX.



LIBRUM de testaceis polyporum genera duo conchis indita reici possent, sed cum polyporum tractationem aggressi simus, superioribus utpote quorum genera sint, vt Aristoteli placet, rectè adiungentur, Lib. 4. de hist. cap. 1. Ἐν δ' ἄλλοι δύο ἐν ὄσφραϊσι ὅτε καλλιμυδιος ὑπὸ ἰσθμῶν ναυίλλος ἢ ὁ ναυίλλος, ὅσα ἐν ἰσθμῶν ὅδον πολυπόδος. Ὁ δ' ὄσφραϊον αὐτῶν ἐστὶν οἶον κλεις καλλιλλος ἢ ἐ συμφορῆς. Ἔτος νέμε) πολλάκις παρὰ τὴ γῆν, εἰδ' ὑπὸ τῶν κυμάτων ἐκκλιεῖ) εἰς ὄσφραϊον, ἢ περὶ αἰσθόντες τὰ ὄσφραϊς ἀλίσκῃ) ἢ ἐν τῇ γῆ ἀποθησκῆ, εἰσι δ' αὐτοὶ μικροὶ, τὰ εἰδῆ δ' ὄσφραϊσι τὰς βολιτάνιας. Καὶ ἄλλος ἐν ὄσφραϊσι οἶον καλλιλλος ὅς ἐστι ἐξέρχῃ) ἐκ τῶ ὄσφραϊς, ἀλλ' ἐστὶν ὡσπερ ὁ καλλιλλος, ἢ ἐξω ἐνίοτε ποροῖν) τὰς πλεγκτῆνας. Id est, Duo, alij sunt polypi testis conclusi, is qui dicitur à nonnullis nauutilus, siue nauticus siue ouum polypi. testa huius pectinis testæ similis, quæ caua est, nec ita vt ei cohæreat, sæpius ijuxta terram pascuntur, vnde fit vt in eam, à fluctibus eiiciantur, & testa excussa capiantur, vel in terrapereant, isti parui sunt & facie, similes bolitanis. Alter cochleæ modo testâ munitur quam nunquam deserit; sed brachia duntaxat interdum exerit. Ex his conicio prioris generis testam esse eam, quam capiti præfiximus: ea enim vnica eoncha constat caua, & vt inquit, Plinius, Acatij modo carinata, puppe inflexa, prora rostrata. His subieciimus polypum Lib. 9. ca. 30. pronum & supinum, qui paruus est & facie similis bolitanis, vt ait

Aristoteles: nam aluco est rotundo, brachia vnico constant acetabulorum ordine. Quod is sit nautilus, quem exhibemus, quodque simplici testa constet, maxime Atheni autoritate confirmatur. Eius hæc sunt verba: Ο ὁ ναυίλος χαλέμυρος, φησὶν Αριστοτέλης, πολύπους μὲν ὅτι ἐστίν, ἐμφορῆς δὲ καὶ πλεκεύνας. Ἐχέει δὲ νότον ὄσπραχθέρμων, ἀναδιώχῃ δὲ ἐκ τῆς βυθῆς ἐφ' ἑαυτὸν ἔχων ὄσπραχθον ἵνα μὴ τὴ θάλατταν ἔλκη. Ἐπιμαστροφείς δὲ ἐπιπλεῖ. ἀνω ποιήσας δύο τῶν πλεκεύματων, ἀμέταξυ αὐτῶν λεπτὸν ὑμῖνα ἔχει διαπεφυκῆτα, ὡς καὶ τῶν ὀρνίθων οἱ πόδες ὄρων) μεταξύ τῶν δακτύλων δερμάτινον ὑμῖνα ἔχουσαι, ἡμῶς δὲ δύο πλεκεύνας καθεύου εἰς τὴ θάλασσαν ἀντιπηδαλίων. Ὅταν δὲ τι ποροῖον ἴδῃ, διήσας (ὕψελθι τῆς πόδας καὶ πωληρώσας ὄσπραχθον τὴ θάλασσης καὶ εὐθεῖ ὡς ἄχος χωρεῖ. Vides hic nauilio dorsum duntaxat testaceū tribui, eiq; ob id simplicem esse testam, quod eam aqua modò impleat, modò vacuet, reliqua quæ dicit Athenæus ex iis quæ sequuntur, nota fient, quam ob causam conuertisse superuacaneum fuisset. Aristoteles non minùs eleganter quàm iucundè nauili polypi, quem nautam interpretatus est Gaza, nauigationem depinxit hoc ferè modo. Est nauilus polypus & natura & actione mirabilis: nauigat enim per maris summa elatus, ex imo gurgite effert se testa inuersa, vt ascendat faciliùs, & inani scapha nauiget. Cùm verò emerferit, concham conuertit. Brachia mēbrana congenita connexa sunt, quemadmodum palmipedum auiū digiti, sed hæc crassiores & densiores, illæ longè tenuiores aranearum telis similes, hac vt velo spirante aura, brachiis vt gubernaculis vtitur, si quid metuerit, testam protinus mari replet, atq; ita demergit. Plinius nauili mentionem faciēs eandem nauigationem describit, sed mendum vnum illic subesse opinor: nam pro pompilos, polypi ouum legendum esse arbitror ex Aristotele, ex quo Plinium hæc mutuatum esse certissimum: nam pompilus longè alius est à polypis. Verba Plinij sunt hæc. Inter præcipua miracula est qui vocatur nauilos, ab aliis pompilos. Aristoteles verò χαλέμυρος ὑπότινων ναυίλος ἔσ' ὁ ναυίλος, ὑπὸ ἐνίων ὁ ὠδὸν πολύποδος. Pergit Plinius: Supinus in summa æquorum peruenit, ita paulatim subrigens, vt emissā omni per fistulā aqua, veluti exoneratus sentina faciliè nauiget. Postea duo prima brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit, qua velificante in auras cæteris subremigans brachiis, media cauda vt gubernaculo se regit. Ita vadit alto liburnicarum gaudens imagine: & si quid pauoris interueniat, hausta se mergens aqua. Propius adhuc ad Aristotelis mentem accessit Oppianus, nec minùs perspicuè nauili nauigationem cecinit. Est in testa concaua latens species polypo similis nauilus sua celebris nauigatione. In arena quidem degit, sed in summa maris etiam se pronus effert, ne testam aqua compleat: sed cùm in summa aqua fuerit, conuersa testa nauigat, tanquam gubernandi acatij peritus homo: duos

Lib. 9. cap. 29.

Lib. 1. ἀλισητικῶν.


itaque

itaque pedes tanquam rudentes extendit, inter quos tenuis membrana veluti velum panditur vento spirante, subter verò alij duo aquam contingentes gubernaculis similes & domum & nauem & piscem deducunt. Quod si mali quid alicunde immineat, rudentes omnes, vela, gubernacula contrahens hausta aqua grauatus deprimitur.

Ἔστι δὲ τις γλαφυρὰ κεκαλυμένος ὄσπραχθ' ἔχουσα
 Μορφῶν πολυπόδεσσι ἀλίχθιος ὄν χαλέμυρι
 Ναυίλον, οἰκίησιν ἐπιπλεῖα ναυιλίησι
 Νάη μὲν φαρμάθοις, ἀλλὰ δ' ἔρχετ' ἀκρον ἐς ὕδαρ
 Πρηγῆς, ὄσπρακέ μὲν ἐνὶ πωλήσῃ θάλασσαν.
 Ἄλλ' ὅτ' ἀναπλώσῃ βοτῶν ὑπὲρ ἀμφιπέδους,
 Ἀΐψα μετ' ἀφροθεῖς ναυίλλῃ, ὡς ἀχέτοιο
 Ἴδουσι ἀνήρ, δοῖσιν μὲν ἄνω πόδας, ὡς κωλώσας
 Ἀναμύθ, μέσσοι δὲ διαρρέει ἠύτε λαίφος
 Λεπίδος ὑμῶν, ἀνέμω δὲ τισάνῃ, ἀλλὰρ ἐνεργεῖ
 Δοιοὶ ἀλὸς ψαύουσαι εὐχέστες οἰήεσσι
 Πομποὶ δὲ ἰθύνουσι δόμων, καὶ νῆα, καὶ ἔχθου.
 Ἄλλ' ὅτε ταρβήσῃ χεδόθην κακόν, ἐκέτ' ἀήταις
 Φύγη ἐπιβέβασ', ἡμῶν δὲ ἔσσαν ἑπάντα χαλινά.
 Ἰστία τ' οἰκίησιν τε, τὸ δὲ ἀθρόον ἐνδὸν ἔδεκτο
 Κύμα βαρυβόμβος δὲ καθεύκει ὕδατος ὀρμη.

Aristoteles testaceum polypum primi generis duntaxat nauilum seu nauticum vocat. Alterum cochleæ similem facit, qui testam suam nunquã deserit. Id genus sponte nascitur, vt ceteræ cõche. De nauilio idem sentio, etiam si id sibi nõ exploratum esse scripserit Aristoteles.

De Sepiola.




CAPUT X.

EST Ex mollium genere pisciculus hic depictus, qui cùm neque in polyporum, neque in sepiarum neque loliginum genera referri possit, vt mox demonstrabimus, separatim describendus fuit. Is sepiæ nascenti similis est, pollicis crassi magnitudinem non superat, octo pediculis constat, duas proboscides habet, nec sepium in dorso, nec gladiolum habet. Vtrique lateri pinnula veluti ala par-

ua affixa est, rotunda, nec figura, nec situ pinnis sepiarum & loliginum similis, neque enim angusta longaque totam aluum ambit, ut in sepiis, neque lata, & in acutum angulum terminatur ut in loliginibus, sed rotunda, parua, vtrinque veluti adnata modicam alui partem occupant, neque ad extremum vsque corporis protensa. Colore est vario, paruulis enim punctis in dorso notatur. Ore, oculis, fistula, partibus internis à sepiis non differt. Carne molliore & delicatiore est quam polypus vel sepia. Vere maxima copia capitur cum reliquis piscibus, & ob paruitatem negligitur, cum tamen, ut dixi, suauissimus sit. Huius pisciculi nullam, quod sciam, mentionem fecerunt Aristoteles, Athenæus, Oppianus, Ælianus, Plinius, ob id cum nomen desit, sepiola non absurdè vocabitur, non quod ex genere sepiarum sit, sed quod corporis forma sepiæ similior sit pisciculus quam loliginibus vel polypis: quod enim sepiola non sit ostendit pinnarum magna differentia. item quod sepio careat, alterius esse generis à loliginibus arguit corporis forma, quæ in hoc lata est, in illis longa, tum quod gladiolo destitutus sit. Cum polypus verò numerari non potest, cum polypi omnes proboscibus careant, ut antea ex Aristotele docuimus hinc verò duas habeat, easque longas. Eius partem pronam & supinam depinximus.

De Lepore marino.



CAPUT XI.

LEPVS Marinus hæcenus à paucis cognitus fuit, tum ob raritatem tum ob variam à veteribus traditam eius descriptionem. Fuerunt etiam qui quæ legendo vel percontando nõ oculata fide didicerant de lepore marino literis mandarunt. Plinius offam informem vocat, Ælianus cochleæ exenteratæ similem facit. Dioscorides loligini parua. Sunt qui *gronant* vulgò dictum leporem marinum esse putent, piscatores nostri eum qui *φωλις* antea à nobis dictus est leporis nomine vendunt, alij liparim esse credunt. Quæ omnia vnica ratione fal-

Lib. 9. ca. 48.

Lib. 2. cap. 20.

falsa esse conuincuntur: nam modò nominati pisces frequentissimè mensis apponuntur, iisque sine vllò periculo vesci omnibus licet, cum veterum omnium testimonio lepus marinus maximè sit venenatus, & eò magis cognoscendus, nõ solum ut à mensis omnino reiciatur, sed etiam ne vel odoratu vel diutino eius intuitu lædamur: verum ad alia quæ præstat remedia vtamur, vel noxæ ab eo fortè contractæ antipharmacis occurramus. Lepus igitur marinus à Latinis dicitur Græcorum imitatione, qui *λαγωὸν θαλάσσιον* vocant, nostri *imbriago*. Piscis est ex mollium genere in mari nascens, atque in stagnis præsertim cœnosis, substantia loligini similis est autore Dioscoride. Ælianus cochleæ testa exẽptæ aptissimè comparat, ei enim perquam similis est, Plinius offam informem, id est, massam carneã potiùs quam piscem vocat: neque enim oculos, neque pinnas, neque alia membra aptè distincta in hoc videas, quemadmodum in aliis piscibus, ob id substantia siue carne loligini nõ corporis specie assimilauit Dioscorides. Quum viuit colore est ex rubro nigricante, vnde nostri *imbriago*, id est ebrios vocauerunt, quod ebriosi eo colore esse soleant, mortuus ex fusco albecat, sed cum hoc sit colore quomodo ab eo nomen illi positum est? nam, ut scribit Plinius, colore tantum lepori ter restri similis est. Veteres colorem leporinum *ἐπίπερικρον* vocabant, quod sit percnæ (ea est oliuæ non acerbæ, nec omnino nigrescentis species) similis, ab eo igitur colore lepus marinus dictus. Huius generis aliquot reperimus: quæ causa esse potuit cur diuersæ ab autoribus traditæ sint eius descriptiones. Primum genus quod hinc exhibemus maximè letale est, ex mollium genere, cochleæ exenteratæ valde simile maximè posteriore corporis parte. Os habet in dorso veluti sepiæ, tenue, volutæ instar contortum, qua parte ad caudam spectat: in lateribus sepiarum modo pinnas habet alueum ambientes replicatas, mox cornicula duo carnosæ, qualia sunt in cochleis: altera tantum capitis parte zygænæ caput imitatur: altera parte foramen est, per quod carnosam quandam substantiam exerit: ut in pictura vides, eandem pro arbitrio retrahit. In harum duarum partium medio rima est pro ore, atramento, & reliquis partibus internis loliginem refert. Id in hac leporis specie miradum, quod cum in omnibus animantibus partes sinistrae dextris similes sint, in hoc valde sint dissimiles, vnde offa informis meritò dicitur. Odore est pisculento tetroque. Vescitur limo, aqua, sordibusque, ob eam causam in stagnis marinis lutulentis libens versatur: soli nulli eo sine pernicie vescuntur, ut antea dictum est. Venenatum esse piscem ex Nicandro, Dioscoride, Galeno, Paulo Ægineta, Aetio, Plinio didicimus. Plinius: non sunt minus mira quæ de lepore marino traduntur, venenum est alijs in potu, aut in cibo datus, alijs etiam visus: siquidem

Lib. 3. cap. 2.

gravidæ si omnino aspexerint, fœminam ex eo genere duntaxat, statim nausea & redundatione stomachi vitiū fatētur, ac deinde abortum faciunt. Et mox, Eadem res in mari & tactu quidem nocet. Vesceitur eo vnum tantum animalium, vt non intereat, nullus piscis, & tenerescit tantum, & ingrator viliorq; fit. Homines quibus in pascu est piscem olent, hoc primo argumento veneficiū id deprehenditur. Cæterò moriuntur totidem diebus quot vixerit lepus, incertiq; temporis veneficiū id esse autor est Licinius Macer. In India affirmant non capi viuētem, inuicēmq; ibi hominem pro veneno esse, ac vel digito omnino in mari tactum mori, esse autem ampliorē multò sicut reliqua animalia. Iuba in his voluminibus quæ scripsit ad C. Cæsarem Augusti filium de Arabia, tradit lepores marinos ternas heminas capere: sic enim legendum non vitulos marinos, vt habēt vulgata exemplaria, qui longē plures heminas capere possunt. Sunt enim valde magni maximē in India, vbi omnia maiora sunt, mirum verò leporem marinū modicæ magnitudinis ternas heminas in India capere. *Lib. 6. ca. 30.* Dioscor. veneni eiusdē indicia, symptomataque sic docet. Qui leporem marinū biberunt, piscium virus olent, procedente tempore alius dolore afficitur, & vrina sistitur, & si quādo eam reddere contingat, purpureum colorem refert. Omne piscis genus auersantur, & odio habent, fœtido ac graui sudore manāt, biliosus vomitus interdum sanguini promiscuus subsequitur. Eadem Aetius & paulò aperiūt. Lepus marinus reperitur ferē inter loligines, animal paruum, virosum odorem habens, comitatur autem eos qui in corpus eum ingesserunt, sapor in ore similis piscibus, virosus, paulò post aluum dolent, & color corporis ad arquati similitudinem permutatur. deinde plumbens redditur, cum faciei tumore incenduntur pedes, plantæ, & pudendum tumefactum cohibet vrinæ effusionem, progrediente verò malo etiam cærulei coloris lotium emingunt, quanquā sanguinolentum: deinde nauseabundi facti biliosa vomunt sanguine permista, & piscium loturam olentia. Exudant autem graucolētia, & omne piscis genus auersantur præter cancrū. Idem tradit Paul. Ægineta *Libro 5.* λαγωὸς θαλαττῆος ποτήσιος παρακαλεθεὶ γαστρίσιν ὄμματα ἰχθύος, βρομάδης, χροὸς δὲ ἐπιγενομένης κελία τε ἀλγεί, καὶ ἔρα ἐπίσχησαι, εἴποτε δὲ ἐκκελεθῆναι, πορφύρεον δὲ ὄραται πλὴν χροὸν, ἀποστρέφεται γὰρ καὶ μισθῶν ἰχθύων ἅπαντα, ἰδίως δὲ δολφίνου ἀμφοτέρωθεν μεμιγμένα. Leporis marini venenu epotum sequitur gustus piscem redolens, virosus, procedēte tempore venter dolet, vrina retinetur, quod si quādo excernatur purpurea est, aduersantur & oderūt piscem omnem, sudor fœtidus sanguini permistus è corpore emanat. Hæc ideo ex variis autoribus fusiū à me citata fuerunt, vt diligentius expendatur Galeni locus de lepore marino ex libro de Theriaca ad Pisonem. *Εἶνα δὲ βέλχεσθαι καὶ μερῶν ἰσθμῶν ἐν τῷ σώματι*

σώματι δὲ χροὸν ἰδίως ποτήσιος. Ο γοιῦ θαλαττῆος λαγωὸς ἔλκοι τὴν πύλα. Id est, quædam inueniuntur quæ corporis partes quasdam peculiariter lædunt: lepus enim marinus pulmonem vlcerat. Et LIB. I. de medicamentorum compositione καὶ γένει statim initio sophistis eos cauillantibus qui de medicamentis scripserunt, quæ certas corporis partes vel lædunt, vel iuuant, respondet. *Ἀλλὰ τὸτο γὰρ δὲ σώματι δηλοῖ τὰς πύλα λέγοντας, εἰς τοσούτον ἀπειρῶς εἶναι φαρμάκων διωάμεος, ὡς ἀγνοεῖν ὑπὸ μὲν τῶν θαλαττῆος λαγωὸς μόνον τῶν πάντων ἐν τῷ σώματι μερῶν ἐλάττωτον πύλα.* At hoc cauillum, inquit, eos qui ita iocantur arguit facultatis medicamentorum adeo esse imperitos, vt pulmonem solum ex omnibus corporis partibus à lepore marino exulcerari ignorent. Quod quidem vt verissimè à Galeno scriptum est, medicamenta esse quæ certis corporis partibus vel profint vel obsint, idque quotidiana experientia cognitum nobis sit, non ita veritati consentaneum esse puto solum pulmonem à lepore marino lædi. Nam Paulus Ægineta, Aëtius, qui omnia ferè sua ex Galeno transtulerunt, veneni huius grauia ac læua symptomata varijs in partibus tradiderunt, de peculiari pulmonis solius affectu ne verbum quidem. Dioscorides & Plinius quanta sit eiusdem veneni pernicietas satis fusiū declarant, at de solius pulmonis noxa mentionem nullam fecerunt. Neque solum sententijs omnium qui de lepore marino scripserunt, sed etiam experientia aduersatur Galenus, quàm paulò post fusiū enarrabo. Nicander piscis istius venenum non omisit, cuius versus eleganter vertit Ioan. Gorraeus medicus.

Disce venenatos leporis cognoscere potus

Pestiferi, medijs peperit quem fluctibus æquor,

Virosi squamas & purgamenta marini.

Piscis olet, &c.

Is interpres sententiam Galeni huc quātum potest accommodat, maximè quum dicit Nicander carnes tabescere sensim, & paulò post.

Vidique malas.

Ceu flos exorians, tumidas rubor occupat ambas.

Corpus, inquit, interpres in Annotationibus, nutrir de finit, vel quod corruptos à lepore humores non possit sibi assimilare, vel propterea quod pulmones malo quodā leporini veneni occulto tandem exulcerētur, vnde febris & tabes fiunt, quodē quid vlcerati pulmonis malum Nicander aperte indicauit, scribens genas rubescere, & velut roseo colore pictas videri genas: hoc enim fit humorum in pulmonibus putrescentium calore in faciem sublato. At hæc multorum aliorum morborum & symptomatum communis est nota, neque necessariò ex febre & tabe pulmonum exulceratio concluditur: potest enim vel ob erysipelatis, vel ob alicuius interioris partis vt cordis


hepatis inflammationem rubor in facie apparere, & tabes vitiatam nutritionem & assimilationem sequitur. Denique malarum rubor peripneumoniae nota & propria atque certa, non vlcus pulmonum, nisi vlcus cum inflammatione cōiunctum sit. Quare Nicander ex his quæ de veneni vi tradit, effici non vult pulmones solos à lepore exulcerari, sed hæc de veneno satis: de antipharmacis nunc dicendum. Ea ferè omnia paucis complexus est Dioscorides. His, inquit, qui leporem marinum biberunt, dandū lac asininum, vel passum continuè, aut radicis maluæ foliorūque decoctum, aut trita cyclamini radix cum vino, aut veratri nigri, aut scāmōnij succi drachma cum aqua mulsa, punicique mali acinis. Cædria contrita cum vino efficax est, anserinus sanguis, vt tepebit potus. Sed cūm pisces omnes respuant, aspernenturque, solis fluuiatilibus cancris vesci possunt, bibuntque eos admisto vino, adiutique ab his percoquunt. Quūmque appetere & comesse pisces cœperunt, suę salutis indicium habent. Eadem ex Dioscoride mutuati sunt, qui de veneni huius remediis scripserunt. Age iam, si qua sint piscis istius commoda, inquiramus. Dioscorides. Lepus marinus per se tritus, aut cum yrtica marina illitus capillos euellit. Plinius aduersus strumas valere scripsit. Pungi piscis eius qui rana in mari appellatur officulo de cauda, ita vt non vulneret, prodest. Idem faciendum quotidie donec percurentur. Eadem vis est pastinacæ radio & lepori marino imposito, ita vt celeriter remoueat. Idem tradit leporis marini sanguinē, vel fel, vel oleum in quo lepus necatus fuerit psilothrum esse. Superest vt ostēdam veterum leporem marinum esse, de quo nunc agimus. Sunt enim qui aliter existimauerunt, in quibus est Latinus Nicandri interpret, lepus marinus, inquit, ex lacertorum genere est, paruaque loligini similis, informis magis offa quam piscis, solo colore leporem refert. Quod si ex genere lacertorum sit, quomodo parua loligini similis esse potest, quæ corporis figurā, substantia, toto denique genere à lacertis differt. Nam hi sanguine præditi sunt, læues, corporis partibus distinctis. lepus verò ex mollium genere & *ἀλαμω*, informis, qui cum loliginibus capitur, in cœnoso stagno degit, stomachum dissoluit, abortum facit, ventrem sæuis doloribus torquet: denique nisi succurratur mortem affert, quæ omnia quomodo à me experientia comperta sint: verissimè exponam. Cūm ego piscium naturæ, varietatisque cognoscendæ studiosissimus piscatorum forum frequentissimè inuiserem, cūmque piscatores proposito præmio allecti, certatim ad me si quid rari aut noui in mari caperent, vel in litus eiectum reperirent, ad me deferrent: ecce piscator lepotem marinum cum aphyis & loliginibus in faucibus malguriæ nis captum, nunquam à se aliàs antevisum aspectu fædo, odore terro, betæ foliis inuolutum mihi offert, quem cūm diligentius contem-

pla-

plarer, mihi multisque, qui vnà mecum erant, nauseam mouit: sed ne hac quidem à piscis inspectione reuocatus, dissecabam, partēque omnes internas sedulò rimabar: quum interuenit mulier quædam de mariti morbo me consultura, cui quum ad dissectionem attentior statim non responderem, odor piscis que conspectus vomitum dissolutionemque ventriculi protinus creauit, & de ventris dolore (erat autem grauida) grauitè queri cœpit, vt iam abortus timendus foret, quem adstringentibus emplastris ad retinendum fœtum ventri lumbisque admotis prohibui, & vt aliquot dies cancris vesceretur consului. permulti sunt huiusce rei locupletissimi testes viri boni & studiosi, qui ea quæ dixi symptomata, & in se, & in grauida muliere experti sunt, & viderunt, vt omnino ex his, quæ de lepore marino veterum literis prodita sunt, huic nostro competere experientia docuerit, à qua ita sum confirmatus, vt ab ea sententia deduci nunquam possim vel debeam. Post menses aliquot alius ad me delatus est, sed lingua illa carnosā, de qua initio locuti sumus, carebat, os in dorso nullum erat, cæteris omnibus partibus internis & externis omnino similis. Hunc, de quo nunc loquor, marem esse iudico, alterum fœminam, quod in ea simile quid polyporum ouis repperim. Esse autem in hoc genere marem & fœminam testis est Plinius. Grauidæ, inquit, si omnino aspexerint fœminam ex eo genere duntaxat, statim nausea & redundatione stomachi vitium fatentur, ac deinde abortum faciunt. Remedio est mas, ob id induratus sale vt in brachialibus habeant. Ælianus aliam leporis marini speciem adfert, quam etsi nunquam viderim, nec eius rationem proferam, tamen eius verba subiungam: quoniam in leporum marinorum tractationem incidimus, vt si quis fortè in hunc incidit ex descriptione possit agnoscere. Magni maris lepus, inquit (nam alterum, qui alto mari nascitur, antè dixi) ex omni parte ad terreni similitudinem accedit, præter pilos: nam terrestres pili & molles sunt, & ad tactum haudquaquam resistentes. Contra illius spinosi & erecti, hunc qui contigerit, lædetur, ipsum in summa aqua maris natate, non in altitudinem demergi dicunt. Celeri ac concitata natatione vti, eo difficillimum ad capiendum esse, quod neque in rete incidit, neque ad lineæ escam accedit. Quum ægritudine afficitur, natate nequit, simul & funditus expellitur atque eiicitur. Quisquis tum manum ad eum admouet, nisi medicina adhibeatur, perit, ac si bacillo tetigerit, hoc idem periculum ei procreatur, quo basiliscus baculo tactus afficit. Hæc Ælianus.

Y y 3


De secunda Leporis marini specie.



CAPUT XII.

SECVNDVM Leporis genus substantia, atramēto partibus internis superiori simile est. Differt autē partibus externis, sinistrae & dextrae similes sunt, parte priore duas latas appendices carnosas habet, in quarū medio rima est, paulò infrā, cornicula duo qualia in superiore descripta sunt, nisi quòd acutiora & breuiora sint. In dorso os nullum, neque posterior pars cochleae exenteratae similis est, huius posterioris partis utroque latere, veluti in sepia sunt pinnae, magis expansae & non replicatae, est & hoc genus superiore maius.

De tertia Leporis marini specie.



CAPUT XIII.

TERTIVM Genus leporis marini substantia viribus & facultatibus simile est, quā ob causam inter lepores marinos numerādum duximus. Hic partē pronam & supinam representamus. Quod in partis supinae ferè medio vides est os, supraposita ori pars alueus, qualis in sepiis oui figura, sed in ambitu crenatus, ori subiecta pars, membrana est tenuis, carnosae, magis expansa in rotundum, cuius ora fimbriata est, fimbriae nigrae sunt. Intus cerebri nigri parū est, gulam exci-

excipit ventriculus, ex quo oritur intestinum instar capreolorum vitis conuolutum. In medio substantia quaedam est fungosa succū fuscum continēs, fortasse *μηκων* est cum atramēto suo. Toto corpore est splendido, crystallum vel pituitae massam concretam congelatamq; esse dicās, rarò admodum capitur, & vix vnquā nisi in summo aestu, tū enim à summis feruoribus omnia cōturbantur, ea etiam quae in maris imo latent. Odore est valde ingrato & pisculento, nauseam mouet, splendore diutius inspectantibus dolorem oculorum capitisque adfert, id quod in me ipso sum expertus. Deniq; iisdem viribus sed imbecillioribus eum esse censeo, quas ex veterum sententia & experientia nostra primo generi tribuimus. Hoc etiā fortasse discrimen fuerit, q̄ hic in alto mari, ille in cœnosis locis maris, stagnisve lutulentis degit.

De Vrticis.

CAPUT XIII.

VRTICAS Tam eas, quae saxi haerent, quā eas quae solutae saxi errant, in animalium numero censendas esse ex Aristotele constat. Sentit enim vrtica, & manum admotam corripit, adhaerescitq; perinde ac polypus suis brachiis, ita vt caro intumescat, os in medio corpore habet, & de saxo quasi de testa viuit, & praenatantes pisciculos excipit retinetq; sicut de manu hominis admota dictum est, deuoratque in hunc modum quaecunq; naeta est esculenta. Genus alterū è saxi soluitur, & echinos pectunculotq; quos offenderit, vorat, nullum excrementum in vrtica esse videtur, hac tantum re similis est stirpibus. Hec Aristoteles. Cum igitur vrticæ frondem suam, quae pedū vice est, modò dilatent, modò contrahant, cum ore cibum accipiant, id est, cū tactu gustatūq; qui duo sensus ad vitam animalium sunt necessarij, praeditae sint, non inter ζώοντα, vt Plinius, sed inter animalia non omnino perfecta, eas numerabimus. Polypis autē & leporibus marinis subiungimus, q̄ ex mollium sint genere, q̄ etiam modò fronde expansa polyporum instar pedes multos habere videantur, modò fronde contracta massa tantum carnosae, informi veluti lepores marini constare videantur. Dicitur à Graecis ἀγκλήθη à Latinis vrtica, nomine herbae ab vtrisque imposito ob vredinem & pruritem, quem tacta immittit, terrestris vrticæ modo: vnde & vrtica ab vrendo Latine dicitur, ita ἀγκλήθη, παρὰ τὴν ἔχον κελὼ ἀφω, q̄ tactu sit insuauis: folia enim eius tacta acriter vrūt: sic & pisci huic vis pruritu mordax, vel dicitur ἀγκλήθη κατὰ τὸ φημισμὸν τὸ ἀντιφράσκειος, vt ait Athen. quasi ἀπαλή τῆ ἀφῆ, cum contrā aspera sit & iniucundissima, tactu ledens & vrens. Eodem autore Eupolis ἀγκλήθας marinas vocauit κνίδας, nisi mendosus sit locus. Nam κνίδαν & κνίξιν vellicare & pungere significat. Aristoteles duo vrticarum genera fecit, vt ex verbis initio citatis constat: vnum

Lib. 4. de hist. cap. 6.

Lib. 9. ca. 45.

Lib. 5. Ibidem.

Lib. 4. de hist.
cap. 6.

quod saxi hæret, alterum solutum. Et eodem in loco. Duo sunt vrticarum genera, sunt quædam minores cibo aptiores, aliæ maiores & duriores, quales circa chalcidem nascuntur. Hyeme densa sunt carne, ideo eas venantur, quia esculentæ sunt. Æstate pereunt, frondes enim glabrescunt, etsi tetigeris, facile discerpuntur, nec totæ auelli possunt. Æstu afflictae laxa interius subeunt. Et Athenæus: Ἐστὶ δὲ τῶν κινιδῶν δύο γένη, αἱ μὲν γὰρ ἐν τοῖς χαλκοῖς σὺν ἀπολύσει τῶν περὶ τῶν. αἱ δὲ ἐν τοῖς λεῖοις καὶ παλαιομῶδε (ἐν ἀπολυμῶσι μετὰ χωρῆς). Duo sunt vrticarum genera, aliæ sunt in incuruis saxi illic perpetuò affixæ, aliæ planis & æqualibus scopulis, sed solutæ huc & illuc feruntur. Vidi equidem vrticas sagena captas cum aliis piscibus: quæ saxi hærent, capi non possunt. Quare necesse est aliquas esse, quæ sedes mutant, & in mari vagantur. Cum verò plures vrticarum species compertas habeamus, eas sic diuidemus, vt vrticarum aliæ vel saxi vel cuiuslibet alteri rei in mari adhæreant, aliæ minimè. Rursus earum, quæ saxi vel alteri rei hærent, aliæ perpetua stabilique sede illic degunt, quæ sunt vrtica parua in rimis saxorum latitans, quæ purpuris & buccinis adnascitur, quæ cinerea est, longisque cirris constat. Aliæ sedes mutant, & liberè per mare feruntur, natantque vt purpurea vrtica. Semper solutæ liberæque sunt eæ, quas vulgus *potes* appellat: vna est, quæ quatuor pedes siue brachia habet: altera, quæ octo, polypi brachiis non valde dissimilia. De his omnibus ordine dicemus.

De Vrtica parua.




CAPUT XV.

VRTICA Hæc nucis iuglandis magnitudinem vix superat, ob id parua à nobis dicitur. Massilienses *vrtigo* vocant. Græcorum vulgus *χαλκιδεύου* vel *χαλκιδεύου*. Normani *cul d'asne*. Burdegalenses *cubaseau*. Tota carnosa est, cirros breues habet, contracta recti intestini

stini extremum speciè refert, colore vario est. Quædam enim est viridis, aliæ carulea, aliæ subnigra, sed punctis aliquot caruleis, vel flauis, vel rubris notata. Hæc esculenta est, in oceani saxi & maximè in Santonico sinu frequens, & apud Santones Burdegalensésque in delitijs habetur, eas diligenter ablutas & leuiter coctas in sartagine frigunt. De vrtica hæc Diphilus apud Athenæum. Ἡ δὲ ἀγαθήρη φησὶν ἐστὶν ἐν χαλκοῖς, ἐρηλική, ἐστὶν ἀσπιδόμορος, κινισμὸν ποιεῖ τοῖς σπλάγχνοις (ἐστὶν ἀσπιδόμορος, ὄντως γὰρ ἀπὸ τῆς θηροφύλακας ἀπὸ τῆς). Vrtica inquit, aluo facilis est, stomacho grata, pruritus mouet iis qui eam capiendo manum contrahunt, nisi præunxerint, reuera enim eos qui venantur dolore afficit.

De Vrtica cinerea.




Vrtica cinerea.

CAPUT XVI.

CINEREAM Voco vrticam à colore, quæ tenuis est admodum, quia frondem magnam siue cirros multos habet, carnis parum. In saxorum rimis viuit, comam semper explicatam habet, nec vnquam contrahit, reuera tamen vrtica est: acrius enim pungit ac mordet, si paulò diutius manibus contractetur. Huiusmodi vrtica in scopulis

Fresconiis Agathensis sinus reperitur, integra à saxo euelli non potest, tum quia tenaciùs hæret, tum quia mollior faciliè discerpitur.

De Vrtica rubra.




CAPUT XVII.

HOC Tertium vrticæ genus nostri ob colorem purpureum siue phœniceum rosam appellât, alij *postevol*, quòd contracta recti intestini extremum cum musculo sphinctere siue podicem referat, quem *postevol* nomine intelligunt, quòd posteriore loco situs sit: alij *poussépie* Britannorum: alij *cul de cheval* vocant. Est autem hæc primæ similis, nisi quòd frondem & longiorem & copiosiore[m] habet, rubra est, saxis aliquando hæret, aliquando soluta vagatur: vidi enim huiusmodi vrticas retibus cum aliis piscibus captas, quod non contingeret, si saxis perpetuò affixæ essent, quoniam quum hærent, potius discerpuntur, quàm auelluntur, eadem esculentæ sunt, sed prima vrtica duriores.

De Vrti-


De Vrticæ quarta specie.



CAPUT XVIII.

QUARTVM Vrticarum genus id erit, quod instar holothuriorum testis alienis adnascitur, & maxime purpuris. Pars exterior dura est & rigidiuscula, spissiorque quàm in aliis vrticis, cirros breuissimos in ambitu habet, ex interioribus eius partibus filum longum deducitur purpureo colore tam iucundo tamque florido infectum, vt cum pretioso illo purpuræ succo certet. Verisimile est hanc vrticam purpuræ adhaerentem à cane Hercules demorsam fuisse, quæ tam excellenti suauique colore rictum dentesque canis illeuerit, vt negarit puella quam deperibat Hercules fore vnquam eum optati compotem, nisi prius eo colore infectam vestem dedisset. Inde purpuræ colorem inuentum fuisse. Etenim si mortuam purpuram dentibus arripuit canis, iam vna cum vita succus ille euolarat, si viuam, ea vndique ita munita est, tum testa clauata, tum capitis operculo, vt vndique ab omnibus iniuriis tuta sit. Præterea purpura tanta est duritie, vt dentibus canis robustissimi minimè cedat. Sed de ea re siue fabulosa sit siue historica, statuat quiuis pro arbitrio. Hæc vrtica de qua nunc agimus, durior est carne, quam ob causam à nostris reiicitur.


*manus Castorei. ff. 2. in Tyro
libere demorsam à cane referuntur
a cane.*



CAPUT XIX.

VRTICAS solutas diximus vulgi lingua *potes* nuncupari, ex iis est quæ à Liguribus *capello di mare*, à Massiliensibus *capeau carnu* vocatur, quasi dicas pileum marinum, & pileum carnosum à figura. Etenim pars vna veluti fungosa quædam massa, rotunda, caua, in medio perforata, purpurea veluti fasciola ambiente, pileum planè refert, altera parte polyporum pedibus similis est: octo enim pedes habet crassiusculos extremis partibus quadratos in acutum desinentes, nullas interiores partes distinctas habet. Corpore est adeo pellucido & splendido vt oculos offendat & hebetet. Circa Magalonam plurimæ reperiuntur, maximè æstate, quæ tum dissoluuntur & in liquorem abeunt diffuuntque glaciei modo, si diutius manibus tractes. Ad eam magnitudinem accrescunt vt pileos quibus viatores vri solent, superent. Pruritum in pudendis & vredinem in manibus & oculis mouent, atque acrimonia sua venerem sopitam vel extinctam excitant, qua maximè de causa cum vrticis numerandæ sunt.

De alia



CAPUT XX.

IN Sinu Agathensi vidimus eam quam hîc exhibemus vrticæ speciem, quæ supradictis substãtia, vita, viribus similis est, quatuor duntaxat pedes habet seu frondes potius longiores quàm vllæ aliæ vrticæ, satis aptè foliis achanti comparari possunt: in altera parte lineas aliquas habet stellatim dispositas. Quàm procul absunt à veritate qui hanc vrticam & superiorem pro pulmonibus marinis vsurparunt, suo loco demonstrabimus, nec minùs errant qui vrticas cum holothuriis & tethyis confundunt, cum toto genere differant, quamuis Aristoteles holothurijs & tethyis vrticas subiunxerit.

Lib. 4. de hist. anim. cap. 9.



G V L I E L M I
R O N D É L E T I I
D E P I S C I B V S
L I B E R X V I I I.

Quæ dicantur Crustacea.

C A P U T I.



Li. 9. ca. 11. &
Lib. 11. cap. 37.

Lib. 9. cap. 30.

Lib. 3. de fac.
alim. 1.


Lib. 9. cap. 31.

Lib. 4. de hist.
cap. 20.

ROPOSITIS Tribus ἀράμων, id est, san-
guinis expertium generibus, & horum primo
iam explicato superest vt ad secundum aggre-
diamur, quo continetur ea quæ à Græcis με-
λαρόστραχα appellatur, id est, molli testa oper-
ta, quæ Plinius crustis intacta & crustata vo-
cat, vulgus crustacea: quod tegmentum non
æquè durum ac densum habeant ac ὀστράκιδερ-
μα, quæ ὀστράκω, id est, testa dura & filicea inte-
guntur, neq; molle, veluti squamosi pisces, vel ij qui molles nominan-
tur, sed durius mollibus & tenuius ostracodermis. Ea, inquit Aristote-
les, partem solidam foris, mollè carnosamq; intus continent. Solidum
illud fragile non collisile est, quale cancerorum genus & locustarum.
Plinius tamen locustarum crustam fragilem dicit. Hoc aquatiliū be-
stiarum genus latissimè patet, estq; varium admodum & multiplex:
nam magnitudine, specie, figura, asperitate, læuitate distinguuntur. Vi-
ta etiam distant. Nam in Italia, maximè in fontibus & riulis repe-
riuntur cancri non dissimiles nostris marmoratis. Ibidem & in Gallia
sæpissime in fontibus & riuis capiuntur astaci maritimis minores. Cru-
statis autore Galeno, inest salus succus, suntque omnia duræ carnis,
ideoque concoctu difficilia sunt, multumque nutriunt, prius in aqua
dulci elixa. Horum caro quemadmodum & ostreorum ventrem
sistit, quando in aqua prius elixa succum salsum deposuerint. De ho-
rum plurimis hoc libro tractabimus. Sed prius admonendus lector,
veteres nomina quædam confudisse, vt, cancri nomen aliter atque
aliter vsurparunt. Plinius pro genere sic vsus est. Cancerorum gene-
ra carabi, astaci mææ, paguri, heracleotici leones & alia ignabilio-
ra. Aristoteles eos tantum cancos vocat, quibus rotundum est corp

corpus, quibusq; cauda deest. Illud verò animaduersione dignum est,
quod Aristoteles scribit solis cancri ex crustatis caudam deesse: δ γαρ
κίβητος μόνος τῶν τοῖς τῶν ἀνορθοπέδων, inquit, quod falsum esse ἀνορθοπέδων
con-
uincit. Nam cancri omnes caudam habent, sed corpori applicatam,
quam non extendunt nisi fœminæ, cum eam partem ouorum copia
distentam habent. Componitur autem cancerorum cauda ex quinque
tabellis (sic enim appellamus τὰς πλάγας crustas sectas & congestas, &
πλακώδεις tabellatos) sed hæc in acutum desinunt non in pinnas, vt in
locustis: quia cancri cauda non natant, verum in ea oua deponunt, &
conseruant, in eadem est excrementorum exitus. Huiusmodi cum sit
caudæ vsus & cõpositio, non video cur cauda dici non possit, etsi per-
petuò non promineat, neq; extenta sit. Quæ verò ab Aristotele ratio
adfertur, nihil necessariò mihi videtur concludere: differunt, inquit,
locustæ à cancri, quæ locustæ caudam habeant, quæ carent cancri, quo-
niam locustis vt nantibus cauda utilis est: natant enim, caudæ vt pal-
mulis innitentes, cancri verò inutilis, quia terrenam vitam agunt, ca-
uernâq; subeunt. At squilla lata pedes habet & graditur, cauda tamen
non caret. item cancellus purpurarum, buccinorum, cochlearum testas
subit, illicq; degit, nihilominus tamen caudam longam habet & ex-
tentam, vt ipsemet Aristoteles scripsit. Quare rectius dicemus cancos
caudam habere, sed corpori appressam, ne ingressum impediat.

De Locustis.



C A P U T I I.



R V S T A T O R V M Quatuor sunt summa
genera autore Aristotele, locustæ, astaci, squillæ, cãcri.
Primum locustas, reliqua deinceps exequemur. Dici-
tur locusta à Græcis γράβος, quem etiã ἀστραχὴ vocauit
Archestratus, vt ex Epicharmo confirmat Athenæus.


Dicta etiam est locusta *γελύσιος* à Græcis eodem Athenæo autore. A nostris *langouste*, à Liguribus *alagousta*, ab aliis *lanchrina*. Locusta duo habet cornua ante oculos magna, initio aspera & aculeata: deinde rotunditate præpilata, in exortu crassissima, quæ paulatim magis ac magis ita gracilescunt, vt tandè in tenuissimum cirrum desinant, in omnemque partem pili instar flecti possint. initio quaternis articulis distincta sunt, vt cum nullus ingruat metus recto meatu cornibus ad latera porrectis, in pauore iisdem erectis obliquè in latera procedant. His alia duo cornua articulata, læuiora, minora, tenuiora subsunt, quibus pisciculos, vt opinor, allicit & venatur. Oculi cornei semper prominentes & exerti, in obliquum mobiles, aculeis acutissimis firmisimisque vtrique tanquam propugnaculis muniti. Oris lateribus additæ appendiculæ tanquam parui pedes ad tutelam. Dorsum asperrimum est & aculeatum, veluti è fronte aculeus magnus eminent. Inde illa Tiberij Cæsaris crudelitas qui apud Capreas locusta os piscatori dilacerari iussit. In lateribus branchias habet veluti è pilis coagmentatas, pedes plures quaternis: quia sanguine carentia pluribus mouentur notis quàm quatuor, siue terrena sint vt scolopendræ, multipedæ, siue aquatilia, vt mollia & crustata. Sunt igitur locustis pedes vtrique quini annumeratis extremis chelis, quas Gaza modò forcipes denticulatos, modò brachia forcipata interpretatus est. *Χηλῶν* propriè est ὁ ὄνυξ vngula, & dicitur ἐπὶ τῶν δεινύχων ζώων, de animalibus quibus bifida est vngula, quasi *χηλή*, ἀπὸ τῆς διέχουσας, ὡς ὄπλη, ἐπὶ τῶν μισοτύχων. Inde igitur accepta significatione chelas in crustatis dixerunt non vnico aculeo constantes, sed duplici & articulo veluti in forfice. Flectuntur omnium pedes in obliquum, chelæ verò introrsum. Cauda læuis & sine aculeis ex quinque tabellis contexta, in pinnas quinque desinens natandi causa ei quasi remo locusta innititur, estque in ea situm totius corporis robur, quod experieris si ea parte locustam apprehendas: nam valida frequentique agitatione è manu elabatur, nec nisi cauda corpori appressa, vel è cornibus suspensam retinere queas. Differt mas à fœmina, quod fœmina prius pes duplex, mari simplex. Præterea in caudæ supina parte fœmina appendices pinnis similes, duplices habet ad contegenda & conseruanda oua, mas simplices & paruas. Sunt & qui magnitudine corporis distinguant, vt fœminæ maiores sint, mares minores. Postremò mari in nouissimis pedibus veluti calcaria maiuscula prominent, acuta, quæ fœmina parua habet, & læuiora. Locustis bini sunt dentes magni in lateribus positi cōtrà quàm in cæteris piscibus, in ore caruncula linguæ specie, sequitur gula breuis. Hanc ventriculus membraneus excipit, cuius ostio tres infixi sunt denticuli duo aduersi, reliquus infra. Inde intestinum ex ventriculi latere simplex, pari semper

crassitu

crassitudine in caudam terminatur, quæ excrementa excernit, & oua edit. Præter ista in locustis meatus est, qui à pectore pendens in anum terminatur, in fœminis vulua est, in maribus seminis receptaculum: hic meatus iuxta carnis cauum continetur, ita vt media caro inter intestinum & meatum sita sit, meatu, carnis cauum, intestino conuexum contingente. Hoc meatu, mas à fœmina non differt: nam in vtroque à pectore pendet, tenuis est, candidus, humorem quendam pallidum intra se continens. Hæc Aristoteles. quæ vera esse docet dissectio, nisi quod in fœminæ meatu qui pro vulua est, non semper humor pallidus inest, sed oua quæ cocta rubescunt, vnde corallum appellant nostri, quo tempore melior est locusta. Capitis colliq; testa subtus tota perforata apparet. Coeunt locustæ more quadrupedum retro meientium, scilicet vt fœmina caudam supinam exponat, mas suam superponat & applicet: coeunt vere iuxta terram, oua vtero gerunt tribus mensibus, Maio, Iunio, Iulio. Deinde oua in appendicibus illis supinæ partis caudæ reponunt, quæ deinde vermium more augentur. Locustis omnibus vita diuturnior est, crusta exuuntur quæmodum angues senectute, id quod consulo à natura factum est: crusta enim densior reddita motum impedit, eique veluti grauiori oneri succumbentes locustæ longè seigniores ad motum redduntur. iis igitur excrementis quæ in eam abibant, in aliam quæ subest gignendam absumptis, formæque à superiore accepta, illa alimentis destituta sicior efficitur, facillimèque colliditur. Testaceis idem non euenit, quia locum non mutant, sed stabili in sede viuunt. Locustæ carniore sunt, murenas interimunt & vorant, contrà à polypis vincuntur, cibos ore conterunt. hoc ostendit oris constitutio, & gulæ angustia, ledi non possunt nisi sub cauda, duræ sunt carnis & difficilis concoctu, quæ superiora, teneriora sunt, quæ caudæ proxima, duriora, candida. Nostri ore & ano diligenter stupæ obturatis, ne succus interior effluat, in furno assant, alij in feruente aqua elixant, alij crusta spoliatas in frustra diuidunt, aromatis, aceto cōdientes, apique folijs aspersis. Dorion quidam apud Athenæum festiuè admodum dicitur locustam tria in se habere, *διαρίσιω*, καὶ *ἀωχίδω*, καὶ *θεωρίω*, id est, exercitationem, edulium, & contemplationem. Quum enim integra mensis apponitur, frangendis pedibus & brachiis, thorace diuellendo, cauda distrahenda, manus oculique exercentur, tum edulium est cibisque conuiuus non ingratus. Interea mirabilis & ingeniosa spectatur animalis huius fabrica, cornua mobilia tum ad prætentandum iter tum ad pugnandum, item aculei, magna toto in dorso & capite asperitas tum ad propulsandas, tum ad inferendas iniurias, articulorum vincula, tabellarum connexus, quæ omnia imitati milites

loricas suas fabricati sunt. Hic,inquam, triplex fructus ex locusta integra apposita percipitur in conuiuio minimè muto,& in quo non solum corpus cibo potuque reficitur, sed animus doctis sermonibus lepore aliquo semper conditis recreatur.

De Astaco.



CAPUT III.



ΣΤΑΚΟΪ quasi ἀστακοί meae quidem sententia dicuntur, id est, non destillantes sed abundè fluentes, quòd tubercula plurima tum alba, tum purpurea guttarum siue lachrymarum specie forcipibus inspersa habeant, nominabant etiam ἀστακὸς Attici pro ἀστακὸς, vt ἀστακὸς αὐτορε Athenæo. Gaza gammaros conuertit, vulgi Italici appellationem vt opinor, secutus: dicitur enim *gammario*, vel *cambaro*. Non sum tamen nescius gammari vocabulum vetustum esse & Latinum, vt apud Martialem.

Libro. 3.

Concolor in nostra gammare lance rubes.

Libro. 7.

Sed gammarus squillarum species erat veteribus Romanis. Athenæus. Καμμοίροι. Ἐπίχαρμος ἐν ἡβας γάμω ἔτι δ' ἐπὶ τῆτοις βώκεσ, σμαείδες, ἀφύαι, κάμμοροι. καὶ σάφρων ἐν γυναικείαις μίμοις ἀλλῶν μέμνηται, ἔστι δὲ καρίδων γένος, καὶ ὑπὸ ῥωμαίων ἕτως καλοῦνται. Gammari. Epicharmus in nuptiis hebes, præterea, bocæ, smarides, aphyæ, gammari. Horum etiam Sophron meminit in muliebribus mimis. Est autem squillarum species, & ita à Romanis vocantur. At astacus non squillarum sed locustarum potius generis esset: nam, vt Aristoteli placet, locustis similis neque multis notis ab iis diffidet. Τῶν δ' ἀ-

μα-

μαλακστράκων ἐν μὲν ἔστι γένος τῶν καρίδων. καὶ τῆτω παραπλήσιον ἕτερον τῶν καλαμίδων ἀστακῶν. Crustatorum animalium primum genus est locustarum, & huic simile aliud astacorum. Præterea nullus est opinor, qui κάμμορος & κάμμοειδης idem esse neget, at has Galenus apertè ab astacis fecernit. Ἀστακοί, καὶ πάγουροι, καὶ καρκίνοι τε, καὶ κάραβοι, καὶ καρίδες, & κάμμοειδές, ὅσα τ' ἄλλα λεπτῶν ἔχουσι τῶν περὶ τὸν ὄφραγον. Quòd si Latinam τῆ ἀστακῆ appellationem desideres, eum planè esse arbitramur, quem Plinius elephantum appellat, à magnitudine opinor & longitudine pedum & brachiorum. Id ex eius pictura perspicuum est. Elephanti locustarum generis nigri, pedibus quaternis, bisulcis: præterea brachia duo, binis articulis, singulis forciculis denticulatis. Quæ omnia tam astaco conueniunt, vt nulli magis: etenim specie & longitudine corporis locustis similes sunt, sed colore differunt: sunt enim nigri, id est, purpurei siue violacei coloris exaturati, pedibus bisulcis, brachiis duobus, forciculis denticulatis, ad eorum discrimen qui pedes quidem habent, sed simplices, vt locusta, & chelas sine denticulis. Sed astacum nostro more fusiùs describamus, à Gallis & Normanis *homar*, à Romanis *gammario*, vel *cambaro di mare*, à Venetis *astase*, à Genuensibus *lombardo*, à Græcis huius temporis ἀστακός, à Constantinopolitanis *lichuda* vel *lichuda* vocari audio, ab Illyricis *larantola*, à nostris *langrou* vel *escreuice de mer*. Astacus corporis habitu astaco fluuiatili, quem Galli *escreuice* vocant, simillimus est, magnitudine & colore dissidens: nam marinus multò maior est, vidi aliquando forcipis partem alteram, quæ libram aquæ caperet: colore est, dum viuit, purpureo exaturato, sed vnà cum vita coloris nitor euanescit, maculis variis vt cæruleis, rubris, candidis notatur. Coctus totus rubet, vt crustata omnia. Cornua duo ante oculos habet, intio articulata, longa, tenuiora, quàm locusta: sunt & alia duo breuiora. E media fronte existit aliud paruum, vtrinque ferratum, latius, obtusiusque quàm in squillis, in quibus est tenue acutissimùmque. Pedes situ numeroque à locustarum pedibus non distant, bini forcipibus proximi bisulci & hirsuti, chelæ glabræ sunt, magnæ, binis articulis distinctæ, rostris auium similes: harum pars superior mouetur, inferiore immobili, veluti in crocodili maxillis. Interiori parti maiora tubercula affixa dentium specie, quam ob causam denticulatos forcipes appellant. Cauda, vt in locusta, ex tabellis contexta est, in pinnas definit sed duriores. Dentes duo veluti locusta habet, carunculam pro lingua. gula, ventriculus, partesque internæ omnino similes. Vt ostendamus nos verum Aristotelis astacum representasse, & vehementer errasse autorem lib. de aquatilibus, qui longè

Lib. 3. de fac. aliment.


alium ab astaco crustatum piscem exhibuerit, aut potius somnari: adscribam integram Aristotelis descriptionem *παραπρωτικὰς*, ex libro quarto de historia animalium, ut melius omnia intelligi possint. Astaco, inquit, nitet color nigro asperso. Primum inferiore loco octo pedes habet utrinque quaternos, deinde duos magnos, utrinque singulos, multo maiores, in extremo latiores, quam locusta, sed inaequales: dextri enim extremum latum est, prominens & tenue: sinistri crassius & rotundius, utrunque tamen indiuisum est, superiore & inferiore parte, veluti maxilla dentes habens, sed dexter pes paruos omnes & serratos, sinister in summo serratos, internos veluti maxillares, inferiore in parte quatuor & continuos, superiore tres & non continuos. Aliquando contra euenit, ut post ipsum annotat, ut quod sinistro tribuitur, dextro insit & contra. Uterque pes superiorem partem mouet, & ad inferiorem astringit, uterque inferiore situ extrorsus obtortus est, unde *γυμνασίουχοι ἀστὰς* ab Epicharmo dicti sunt, teste Athenæo, tanquam ad capiendum & premendum nati. Supra horum magnorum exortum duo alij parui existunt, hirsuti, ore paulò inferiores, paulò adhuc inferiores sunt branchiæ, circa os veluti ex pilis multis compactæ, quæ assidue mouentur, duos paruos & hirsutos pedes ad os adducit, qui & adnata quædam tenuia gerunt. Dentes duos habent astaci locustæ modo, superiore loco cornua multo breuiora & tenuiora quam locusta, quatuor item alia his forma quidem similia, sed breuiora & tenuiora. Supra hæc oculi parui & breues, non ut in locusta magni, frons quasi quædam acuta & aspera. Supra oculos extat latior, quam locustæ, denique facies acutior, & pectus larius quam locustæ, carnosius & mollius. Octo pedum inferiorum, quatuor in summo bifidi sunt, utrinque scilicet bini magnis chelis propiores, reliqui quatuor, utrinque scilicet bini minimè. Cauda quinque tabellis constat, quam *σάγγλον*, id est, collum vocari scripsit Aristoteles, nisi mendosus sit locus, sequitur sexta illa pars latior. Interiora, in quibus foemina prius pariunt, quam ova edant, quatuor sunt hirta, quibus singulis spinæ singulæ breues ad exteriora prominent. Pectus, corpusque totum laue est, non quemadmodum in locustis asperum. Foemina & maris in hoc genere nullum est discrimen. Etenim mas & foemina utcumque contigerit alterutram chelarum maiorem habent, utranque æqualem nunquam. Et alibi idem Aristoteles. Locustæ, cancrique omnes chelam dextram grandioreni valentiorinque habent. Astaci soli non hanc vel illam, sed alterutram, ut fors tulerit. Quis dilucidius vnquam rem vllam expressit, quam astacum Aristoteles his verbis? His adde inter omnes doctos constare

Lib. 4. de part. anima. cap. 8.

stare, astacum fluuiatilem esse, quem Galli *escruice* appellant. Quò magis error præclari illius auctoris L. B. de aquatilib. conuincitur, qui ineptissimam, & à naturali alienissimam astaci formam exhibuit, quæ locustæ etiam quadrare nullo modo potest, ut ex eodem Aristotele, & ex præcedente capite colligere facile est. Idem autor credit adultum astacum à Latinis elephantum dictum, & Plinij elephantum astaci delineationi planè conuenire, sed quàm ineptè ista accommodet, consydera quæso studiose lector. Inter marina, inquit ex Plinio, sunt elephantii locustarum generis nigri, pedibus bisulcis. Ego verò pro pedibus bisulcis quaternos intelligo, quos duo etiam brachia utrinque subsequuntur. Addit præterea brachia duo, binis articulis, singulisque forficulis denticulata, quæ in astacis cernimus. Nam singula grandia astaci brachia, binis articulis intercipiuntur, & denticulatis forcipibus bisulcis armata sunt. Hæc sunt noui illius auctoris verba. Primum in astaco quem depinxit quaterni pedes bisulci non sunt, imò nulli, sed omnes articulis tantum intercepti & in ungues siue *ωλκίσα* desinentes. Quare aut delirasse ipsum oportuit in pingendo astaco, aut qui bisulci pedes dicantur non intellexisse. Ipse verò secum pugnat, qui elephantii descriptionem astaco accommodans, pedes bisulcos quaternos se intelligere ait, alio autem in loco qui eum quem modò citavi præcedit, duos tantum bifidos astacis pedes tribuit. Pedes inquit, utrinque quatuor habent, quorum duo priores in extremo bifidi sunt ad incessum: alij duo natatui magis inseruiunt. Deinde duo brachia in eiusdem astaci delineatione binis articulis, singulisque forficulis denticulata nusquam comparent, sed illa sunt reliquis quaternis crassiora duntaxat, in singulos ungues siue *ωλκίσα* desinunt, quæ altera parte vel serrata, vel hirsuta spectantur. Quare quod pro astaco proposuit, neque locustæ neque astaci formam aptè refert, sed potius commentitia res est. Præterea hoc docere non est, sed studiosis imponere, aliud pictura, aliud verbis demonstrare. Ad astacos veros redeamus, quos ex pictura nostra facilè & verè agnosces, & eosdem siue adultos, siue non adultos cum elephantis Plinij esse existimabis, ex iis quæ in superioribus diximus. Ij in lauibis locis nascuntur ut ex Aristotele citat Athenæus, locustæ in asperis & petrosis, neutri in lutosis. Quare in Ellesponto & circa Thasum nascuntur astaci, circa Sigeum & Atho locustæ. Theophrastus eodem teste prodidit astacos, locustas, squillas senectutem exuere.

Lib. 3.

De Leone.



CAPUT IIII.

THENÆVS Obiter tantum ex Diphilo leonem inter malacoderma recensuit, quo in loco pro μαλακοδέρμων perperam legitur ὄστρακοδέρμων, ut ex contextu apparet. Τὸν δὲ μαλακοδέρμων καρὶς, ἀστὰς ἡ γράβος, ἡ γράβος, λέων τὸ ἀλλὸ γένος ὄντα διαφέρει. *μὲλλον δὲ ἐστὶν ὁ λέων τὸ ἀστὰς.* Aristoteles nullam omnino mentionem fecit. Plinius LIB. IX, nominauit tantum. Cancrorum genera carabi, astaci, mææ, paguri, heracleotici, leones. LIB. VERÒ XXXII. notam addit, qua à similibus secerni possit: Leones, inquit, quorum brachia cancris similia sunt, reliqua pars locustæ. Ex quibus verbis quisnam sit verus leo post longam diligentemque omnis generis crustatorum inuestigationem certò me cognouisse existimo, qui cum minimè cõtemnendus, imò spectatu dignissimus esse videatur, paulò fusiùs qualis sit exponam. Λέων à Græcis dicitur, ita à Latinis leo à colore flauo, ut arbitror, quo coloratus est, dum viuit, & è mari captus educitur, & quòd hirsutus sit. Astaco corporis specie affinis est, sed brachia longiora habet, forcipes tenues & latiusculos, quorù scissura maior quàm in vllò alio crustatorum genere pro corporis ratione. Tuberculorum qui in elephantis sunt loco brachia villis vestiuntur & aculeata sunt. Pèdes tres, qui proximè brachia sequuntur longiores sunt, aculeati, in calcaria terminati, vltimus exiguus, breuis & tenuis, neque aculeis, neque pilis munitus. Præterea ab astaco dorfi aculeis differt, qui.

Cap. 31.

Cap. 11.

quibus cum locusta conuenit. Vtrinque cornua duo longissima tenuissimâque habet. item alia in fronte breuia, inter quæ vnum è media fronte eminent acutum, neutra parte serratum, hæc sunt oculorum propugnacula, qui cornei sunt, & prominent. Corpus totum undulatum est, instar panni ex hircorum camelorumque pilis contexti, camelorum vulgò appellamus. Cauda perinde ac in astacis in pinnas quinque desinit, sed lineis magis distincta. Captus leo circa Lerinum insulam quæ nunc insula D. Honorati dicitur, non procul ab Antipoli, ad me missus est. Hæc qui cum Plinij verbis conferet, ex brachiis cancris similibus, locustæ corpore leonem esse quem depinximus facile iudicabit. Ex cancris enim permulti brachia pro corporis magnitudine longa habent, hirsuta, forcipata. corporis locustæ figura longa est, cauda ex tabellis constat, dorsum aculeatum quæ in leone nostro expressa spectantur. Non minùs absurdè de leone quàm de astaco loquitur autor lib. de aquatilib. nam quemadmodum astacum adultum, à Latinis elephantum dictum fuisse credit, ita Græcos astacis grandibus nomina immutasse, & leones potiùs quàm elephantos appellare maluisse: nam Ælianus, inquit, eam descriptionem tribuit leoni quam Plinius elephantò. Esto idem sit leo Æliani & elephātus Plinij, an propterà rectè concludetur eundem esse Plinij elephantum & leonem? Sic enim ille concludit. Constat igitur leonem eundem esse piscem quem elephantum. Non vides Plinium hunc ab illo aperte distinxisse. Nam cum Plinius de elephantis dixisset, paulò post leones subiunxit, & notam diuersam addidit, quorum brachia, inquit, cancris similia sunt, reliqua pars locustæ. Alius est igitur Plinij elephantus, alius leo quem hoc capite expressimus.

Lib. 32. Cap. 12.

De Squillis.

CAPUT V.

SEQVITVR τῶν καριδίων genus quod tertium post locustam & astacum ab Aristotele numeratur, Gaza cum Cicerone & Plinio squillas conuertit, Cicero lib. I. de Natura Deorum squillam paruâ vocat, ὁ καριδίων Aristotelis. Plinius verò LIB. XI. Crusta fragili inclusis rigentes oculi, locustis squillisque magna ex parte sub eodem munimèto præduri eminent, & LIB. IX. Coeunt locustæ, squillæ, cæcri ore. Athenæus autor est à Sophrone & Epicharmo κωρίδας dictas à Simonide κωρίδας. Idè tradit καριδίας à capitis magnitudine nominatas. *ὡν μὲν δὲ πῶν δὲ κωρίδες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, ὁ πλεῖστον γὰρ μέρος τῆς σώματος ἡ κεφαλή. ἐπὶ τῆς κεφαλῆς.* dictæ sunt carides à dictione κεφαλή, id est, à capite: maximam

Lib. 4. de hist. animal. ca. 26.

Cap. 37.

Cap. 51.


Libro 3.

Ibidem.

enim corporis partem caput occupat. Quod etymum si verum sit, non possum non mirari Galenum, qui LIB. VIII. de vsu partium malacostraca omnia capite truncarit: nam cum initio libri in quibusdam solum id fecisset: τοῖς μὲν ὑδρότερον ἐστὶ (de collo & capite loquitur) τοῖς δὲ ἢ κεφαλὴ μόνῃ. καράβοις μὲν οὐκ ἔστι ἀσκαοῖς, ἢ παγέροις, ἢ καρκίνοις ὑδρότερον. τοῖς δὲ ἢ ἰχθύων ἀπαρτὶ κεφαλῇ μὲν ἐστὶ ζάχιλος δὲ σὸν ἐστὶ, aliquantò post malacostraca omnia eadem lege conclusit: Ἀλλὰ καρκίνοις τε, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς μεταχρηστέοις, κεφαλῇ μὲν σὸν ἐστὶ. Τὸ δὲ τῶν ἀσκαοῦ (σὸν τε, ἢ τῶν χτ) προαίρεσιν κινήσεων, ἐξηγησάμενον μέσον ἐστὶ, διήσως πάλτιος ἀλλοθι χτ) ἢ γάρακα τε ἀγαμέμνον ἐμβαπτερ ἀλλοθις ἐστὶν ἀπαρτὶ τῶν ἀσκαοῦ ὄργανα. Sed & cancris & aliis crustatis caput deest, partem verò quæ sensibus & motionibus à voluntate pendentibus præest, illi sanè in thorace sitam habent, in qua omnes sensuum sedes habitant. Ac maluit Galenus quantum ad animantes istas attinet, in Aristotelis sententiam discessionem facere, qui è corde sensum motumque omnem tanquam è fronte manare credebat, quàm iis caput tribuere, vt ipsius verba clarè ostendunt: Ὅτις θ' ὅπερ ἐν ἡμῖν ὁ ἐγκέφαλος, τὸ ἐν ἐκείνοις ἐστὶ ἀνὰ τοῖς ζώοις δ' ἢ μέσον, εἰς ὃ τῶν εἰρημίων ἀναφέρεται. ἢ εἰ μὴ ἐγκέφαλος ἐστὶν, ἀλλὰ καρδία τῶν ἀπείρων ἀρχῆ. Itaque quod in nobis cerebrum est, id sit in aliis animantibus pars illa ad quam quæ dicta sunt, scilicet sensus & motus referantur: aut si cerebrum non est, certè cor omnium horum principium fuerit. At quòd cancris caput sit, sed indiscretum alibi diximus. Quòd squilla, pluràq; alia malacostraca caput habeant, & discretum, & piscium ceterorum modo ab aliis partibus distinctum sensus ipse demonstrat, quicquid dicat Galenus alio etiam in loco præter iam citatum Καρκίνοις τε οὐκ ἔστι σὸν δὲ τῶν μεταχρηστέοις γένος ἢ δὴ ὃ καὶ φάλαγγα, ἢ ἄλλα πολλὰ τῶν παρὰ πλοῖων, καὶ μὲν ἐστὶ ὄλωσ ἐστὶ κεφαλῇ, καὶ ὃ οἶον ὑπογραφίω τῶν μόνων. Cancer igitur & vniuersum crustatorum genus, præterea balæna & multa alia huiusmodi vel capite omnino carent, vel eius solummodò rudimentum habent. Quod verò balæna in eo numero recensetur, mendosum esse puto: neque enim balæna ex genere crustatorum, neque capite caret, sed id habet discretum & distinctum. Quare καλύβδαμον (nam ea inter crustata à veteribus nominatur) vel aliquod aliud affine crustati piscis nomen reponere oportet. Sed ad squillas referatur oratio. Harum tria genera constituit Aristoteles, sunt κῦφα, id est, gibbæ, κράγινες, crangines vertit Gaza, sunt & parua, quæ maiores nunquam fiunt. Nos species plures facimus, quia ad tres superiores referri omnes non possunt, vt squilla lata, alia quæ calata est & glabra, præterea quæ μόνος dicitur, nulli rectius quàm squillarum generi attribui potest, vt suis locis deinceps explicabitur.

De Squil

De Squilla lata.



CAPUT VI.




SQUILLA Quam hic proponimus cognomen lata damus, vt ab alijs distinguatur, nec id sine exemplo. Nam Archestratus autore Athenæo *ωλαπείας κα-* Lib. 1.
ελδης appellauit, quanquam locustas, astacos, caridas confudisse videatur, quæ tamen secernenda esse & specie differre ostendit Athenæus. Squilla lata nostris incognita est, & ob id ἀνώμωτος, & Liguribus *orchetta* nominatur. Si quis ob similitudinem corporis speciem cum locustis potius quàm cum squillis annumerandam censeat, vel hoc vno refelli poterit, quod locustis pedes vltimi in forfices terminantur, quos chelas vocant, quibus squillæ carent autore Aristotele. Squilla igitur lata locustarum est magnitudine, sed latior multò & magis depresso corpore & hirto, in fronte ossa duo, vtrinque vnicum, in ambitu ferratum, in quibusdam acutius, in alijs latius, his pinnæ duæ alligantur. inter hæc, duo enascuntur cornua, initio articula lata, circa medium bifida, vt ex duobus quatuor fiant, tenuia, non valde longa. Os & oris appendices ita habent vt in locusta. Brachia duo habet cum aculeis, veluti clauis eminentibus, pedibus maiora non bifida quæ in os flectuntur, quibus cibum ori tanquam manibus admoueant. Hæc qui bisulca non esse videbant, pedibus annumerabant, vt quinque pedes esse dicerentur. Sed hoc squillis proprium est chelis carere, harum autem vice brachia maiora pedibus habere. Pedes vtrinque quaterni sunt, vt in locustarum & cæcorum generibus. Oculi parum prominent, ob id conditi videntur, frons quadrata & latior quàm in vlllo crustatorum genere. Tumores multi per dorsum sparsi sunt ex quibus extant tubercula, quorum summa pars adeo rubet vt carbunculos in annulorum pala inclusos esse dicas. Cauda tabel-

A A

lis quinque constar, & in pinnas totidem desinit, in caudæ supina parte appendices sunt, ad oua reponenda quemadmodum in locusta. Eadem modo coit, & æstate parit, internaque omnia similia habet. In cœnosis locis viuit, argumento est quod sordida lutoque obsita è mari extrahitur, carne est molli vt astacus. Rara est apud nos, Massiliæ aliquando capitur. In Africa frequentissima est, & maxima, quam si vidisset Apicius ille ἰσοπέλας, qui squillarum prægrandiū causa in Africam nauigarat, non tam citò ad suos rediisset: illic enim conspectis squillis paruis, execratus prouinciam ita regredi institit, vt terram illam non attigerit. Sunt qui de Archestrato id narrent. Explodenda est eorum sententia qui squillam latā quam depinximus vrsū esse credunt, cū vrsū videatur Aristoteles cum cancris numerare, vt suo loco dicemus.

De Squilla cælata siue Cicada Æliani.



CAPUT VII.

QVAM Hic proponimus nostri cicadam marinam vocant, alij cicadam marinā eam esse opinantur, quam postea *μύδα* esse demonstrabimus. Eam de qua nunc agimus cicadam potiore ratione nominandam esse censuimus, ob maiorem cum cicadis terrestribus similitudinem: squillam verò tum quòd supradictæ similis sit, tum quòd brachia priora indiuisa habeat, qua nota squillas à locustis & cancris fecerni diximus, cælata verò vt ab aliis internoscatur: nam quinque tabellis cõstat & dorso egregio naturæ artificio variè cælatis & sculptis vt in pictura expressimus. Squilla hæc tota rubet, ossa vtrinque habet in fronte, in ambitu ferrata, acuta, veluti squilla lata, quibus ann

annexæ sunt pinne veluti alæ, cornua duo habet, brachia duo indiuisa quibus ori cibos admouet: pedes quaternos, circa os appendices, internas partes, caudæ pinnas easdem quas locusta, magnitudinè verò differt: nam dodrantalem magnitudinè vix superat. Carnis substantia astaco similis est. Cicadæ marinæ neque Aristoteles, neque Plinius meminerunt in iis qui extant libris. Sed Ælianus Latinè conuersus his verbis. Est etiam cicadarum genus marinum, quarum maximè pars carabi similitudinè specièmq; gerit, veruntamen cornua, non similiter atque ille magna, nec aculeos habet, pinne ipsius exiguæ terrenarum similes sunt. Hominum plerique idcirco ab eo se abstinent, quod sacram existiment. Seriphij in retia vel fortuito delapsam non sanè retinent, sed mari reddunt, atque etiam mortuam flentes & sordidati humatione afficiunt, quod eam dicant Perseo Iouis filio, quem ipsi summa religione colunt, consecratam esse. Hanc squillæ speciè esse puto, quam antiqui cammarum siue gammarum vocauerunt autoribus Athenæo, Plinio, Columella. Ac primùm cammarum ex genere squillarum esse probauimus ex Athenæo capite de astaco. Deinde inter incrementi parui pisces eum recëfuit Columella LIB. VII. & Iuuenalis.

Si tibi dimidio constrictus cammarus ouo

Satyr. 5.


Ponitur.

Postremò color idem manifestiùs ostendere videtur, magis rubes in hoc quam in vllò alio crustato, siue crudus sit, siue coctus, quique colorem nulli maximè refert, cuius rei autorem habeo Martialem.

Immodici tibi flaua regunt Chrysendeta nulli

Concolor in nostra cammare lance rubes.

De Squilla crangone.



CAPUT VIII.


KRANGONE Squillæ vocantur ab Aristotele, Lib. 4. de hist. anim. cap. 2. & ab eodem nonnunquam squilla *κράγι* dicitur, crangones Latinè à Gaza dicuntur, ab Italis *gambaro di-mare*: à nonnullis *cammarugiæ* & *parnochia*, à nostris *caramate*, ab aliis *longoustin*, à Burdegalen sibus *seruata*

vetere appellatione *squilles*. Est hæc squilla palmi maioris longitudi-
ne, crusta tenui contegitur, læui, candida, nonnunquam ex albo pa-
rum rubescente, cocta verò tota rubescente, instar cornu pellucida,
habet è dorso enatum cornu in fronte, ferratum, sursum recuruum,
illius denticulata asperitates in superiore & inferiore sunt parte, non
in lateribus veluti in astacis & squillis latis. Oculi cornei sunt satis
prominentes, quibus subiecta pars caua est cochlearis modo. Cor-
nua quatuor habet, duo bene longa, tenuia, flexibiliâque, his alia duo
breuiora in summo diuisa. E lateribus veluti alæ exoriuntur parua,
alba, radio siue aculeo innixa. Os & oris appendices cuiusmodi sunt
in locusta & astaco. Pedes quinos habet, præter hos brachia duo qui
in calcar terminantur, pedes terni qui hæc sequuntur parum diuisi
sunt, bini & vltimi indiuisi. Posterior pars pro reliqui corporis cras-
situdine & magnitudine longa, septem tabellis constans, in pinnas
quatuor desinit, è quarum medio extat aculeus latior quàm in squil-
la gibba. Supinæ caudæ appendicibus, coeundi pariendique modo,
partibus internis à superioribus non differt. Carne tenera est, dulci,
bonique alimenti, satis nutrit, hectis & atrophia laborantibus cibis
vtilissimus. Squillam *κράβηνα* nos rectè representasse demonstra-
re oportet. Ac primùm cum crustatorum animantium quatuor sint
genera vt priùs ex Aristotele ostendimus, nulli potius quàm squil-
larum generi subiici hinc perspicuum est. Ea enim quam exhibemus
læuis est, locusta toto dorso aspera, chelas ante pedes non habet vt
astaci, caudâ est protensa non rotundo corpore & sine chelis, non est
igitur ex cancrorum genere. Quare squillam esse necesse est non la-
tam quidem, neque cælatam, vt corporis species & læuitas sine vlla
cælatura ostendunt, neque paruam quæ maior nunquam fiat: nam ea
longè minor est, quàm paulò post exhibebimus, neque gibbam quia
gibbo caret. His omnibus accedit nota certissima ab Aristotele tra-
dita qua squilla crango à similibus internoscatur, *καὶ ἡ κραβὴς ἢ κρη-
νὴ ἔραυ καὶ περιέρια τεσσαρα, ἔχει ὃ καὶ ἡ κράβη περιέρια ἐφ' ἐκάτερα ἐν
τῇ ἔραυ: ὃ ὃ μέγαν αὐτῶν ἀκινυάδες ἀμφότεραι, πάλιν αὐται μὲν πλατὴ ἢ
ὃ κρηνὴ ὄξυ.* Squilla gibba caudam habet, & pinnas quatuor, totidem
& crangon in vtraque caudæ parte, quarum medium in vtrisque spi-
nosum est siue aculeatum, sed in crangone latum, in gibba acutum.
Hæc nota in vtraque squilla, & crangone de qua nunc agimus, & in
gibba de qua mox, euidentissima est & verissimam esse com-
periet, qui pictas à nobis squillas cum viuis contulerit.

Hæc sunt quæ fidem faciunt squillam cran-
gonem rectè nos ab aliis
distinguisse.

De Squ

De Squilla gibba.



CAPUT IX.



COGNITIS squillis latis, cælati, crangonibus faci-
le est reliquas duas agnoscere: gibba enim suo gibbo,
& parua, sua paruitate satis sese produnt. *κρηνη* à Græ-
cis, à Gaza gibba squilla rectè vocatur: à nostris *caramo-*
mot, ad discrimen crangonis quam *caramote* appellant.
A Santonibus *de la santé*, quod agris plurimum soleant apponere. à
Parisiensibus *cheuretes*, à Rhotomagensibus *salecoques*. Gibbæ squil-
læ crangonibus tenuiores sunt, maximè in cauda extrema, in fron-
te cornu gestant veluti crangones, magnum pro corporis ratione.
Oculos, alas, pedes, cornua, os, oris appendices, interna omnia similia
crangonibus habet, caudæ initium in tumorem erigitur, vnde illi no-
men, ab hoc tumore cauda tenuior & gracilior esse incipit: in pinnas
quatuor desinit, harum medium acutius est quàm in crangonibus vt
dictum est, qua nota, & gibbo à crangonibus squillæ distinguuntur.
Hyeme præsertim capiuntur maxima copia in Santonum litoribus,
carne sunt dulci & tenera. Viuæ colore sunt fusco minusque albo,
quàm crangones, coctæ rubescunt. Deuoratur à reliquis piscibus, sed
mortem suam grauiter vlciscuntur: cornu enim elatū & sursum re-
curuum palato deuorantium infigunt, & sic necat, vnde squilla hac
pro esca vtuntur piscatores: ab ea lupum interfici cecinit Oppianus: *Lib. 2. 41. 2.*
Squillæ inquit, exiguæ & imbecillæ fortissimum hostem dolo peri-
munt, lupum sua voracitate insignem: nam cum neque fugere, ne-
que æquo Marte dimicare possint, deuorata acuto frontis cornu
medium palatum ita vulnerant, vt etiam si initio id negligat lupus,
tandem tamen moriatur.


*Καρίδες δ' ὀλίγα μὲν ἰδεῖν, ἴσται ὃ καὶ ἀλλῶ
Γοῖς ἀλλὰ δόλοις καὶ ἀλκιμοῖς ἀλεγεινὸν ἰχθυῶ
Λάβραχα, σφετέρῃσι ἐσωκλέα λαβροσύνησι.
Οἱ μὲν γὰρ πένδουσι καὶ ἰθύνουσι λαβείδου
Καρίδων, τῆσι δ' ἐπιφωγῆναι ἀδύνατος, εἰδε μέγασθαι,
Ὀλίγουσι ἰδιόλεκτοι, καὶ ἴσται πείσαντες φοῖνας.
Εὐτε γὰρ ἀμφιχεμόντες ἴσται, μέγασθαι ὀδόντων
Αἰὸ θάνατον θρόνον, καὶ ἐπὶ μέγασθαι ὑπερώων*

AA 3

Ὁξὺ κέρως χελυτρίσι.

Non negarim squillam crangonem cornu idem efficere posse, sed cum squillis paruis id tribuat Oppianus, de gibbis potius intelligendum cenſeo: nam quæ minimæ ſunt, cornu carent. Eam quam propoſuimus ſquillam gibbam eſſe conuincit tumor ille caudæ initio, medius inter caudæ pinnas aculeus acutior & anguſtior quàm in crangone, magnitudo qua paruas ſquillas ſuperat, à quibus etiam cornu frontis diſcernitur. Elixantur gibbæ ſquillæ in aqua & ex aceto eduntur. Vel in ſartagine friguntur. hec̄ticis in cibo mirum in modum conferunt, & longè delicatiores ſalubrioréſque ſunt quàm locuſtæ vel aſtaci. Non minus adferunt conuiuiis διαβητικῶν, δυνάστην καὶ θεωρίων quàm locuſtæ.

De Squilla parua.



CAPUT X.


DOSTREMA ſquillæ ſpecies proprio nomine caret: ob id periphrasi uſus Ariſtoteles appellat ſquillarum ὁ μικρὸν γένος, rationem mox ſubiungens. αὐτὰ γὰρ ἔγινονται μελέες, quia maiores nunquam effici poſſunt. Sed hîc animaduertendum eſt. ὁ χαρίδων μικρὸν γένος, id eſt ſquillam paruam, & ὁ χαρίδων LIB. V. de Hiſto. animal. non idem eſſe ac ζεύδαρον, quod etiam ſquillam paruam idem Gaza cõuertit LIB. III. de Hiſto. animal. Quare cum tria ſint quæ ſquillæ paruæ nomine interpretetur Gaza ὁ τῶν χαρίδων μικρὸν γένος, ὁ χαρίδων, ὁ ζεύδαρον, ex ea conuerſione qui in Latino Ariſtot. magis uerſatus fuerit, facile in magnum errorem induci poſſet. Nam ζεύδαρον non eſt ex ſquillarum genere: chelas enim habet aſtaci modo, qua de re ſuſius ſuo loco. Paruam ſquillam de qua hîc loquimur, noſtri *vimade* vocant, digiti minimi eſt magnitudine, capite pro corpore ſcili magnitudine craſſo & lato ſine cornu quo à gibba diſfert, alioqui caudæ tenui, paruo gibbo, oris appendicibus, caudæ pinnis, internis partibus gibbæ perſimilis, punctis aliquot variatur, colore eſt, dum uiuit obſcuro, cocta tota rubefcit. Carne eſt dulciſſima, ut ob nimiam dulcedinẽ quibuſdam faſtidio ſit: uix enim ullum aliud cibi genus dulcius hoc deguſtaueris. Cum eruiſta & pedibus integra frigitur ſunt qui priuſquam coquant, in ſartagine perforata pedes urunt, deinde in aqua

Cap. 15.

Cap. 4.

in aqua & oleo elixant. Squillæ in aqua hordei lotæ, & in carnis iure coctæ hec̄ticis maximè conueniunt. nam bene alunt, ad expurgandum pectus conferunt, multoque uſiliores ſunt fluuiatilibus aſtaci, quibus medici plerique, pro cancriſ fluuiatilibus utuntur, cum tamen duriore ſint carne & minus dolci. Si ægris parètur ſquillæ de quibus nunc loquimur, cruſtis ſuis nudandæ ſunt: ſi enim vnà cum hiſ edantur, flatuſ gignunt, ueluti aphyæ cum ſpinis comefæ. Squillæ cum cruſtis elixæ in aqua & oleo iniecto pipere ſopitam uenerem ſtimulant: tum quia ſemen ſatis copioſum generant ob dulce & bene nutrientem ſubſtantiam, tum quia flatuſ gignunt. Si frigantur in ſartagine flatuſ deponunt, quemadmodum frixa legumina: idem de gibbis & crangonibus ſentiendum. Hyeme in ſtagnis marinis capiuntur, & in magnorum fluuiorum oſtiis, è mari etiam extrahi ſepe uidi, ne quiſ ob carnis ſuccum dulciſſimum, in dolci aqua gigni tantum exiſtmet.

De Squilla quæ μέγλη dicitur.




CAPUT XI.

EXPLICANDVM eſt hoc loco cruſtatũ id quod μέγλη nominaui, priuſquam à ſquillis diſcedamus: nec ad ullum aliud quàm ad ſquillarum genus referre poſſum. chelis enim caret, quibus à locuſta & aſtaco diſtinguitur, aculeos in caudæ habet, ſquillarum modo, corporis ſpecie ſquillis ſimili, longo, quo à cancriſ diſfert. Nemo uerò hanc ſquillæ ſpecie apud Ariſtote. Athene. Oppianum, Plinius requirat: ab iſ enim nullã huius mentionẽ fieri puto. Quemadmodum autem Latini à terreſtris locuſtæ ſimilitudine marinã locuſtam nominauerunt, ita noſ μέγλη à beſtiolæ ſimilitudine quæ eſt ex locuſtarum terreſtrium genere. Eam beſtiolam noſtri *preguedious*, id eſt, precantem Deum appellant, quod ſemper manus (brachia uel

pedes in istis animantibus magis propriè dicuntur) iunctas teneat, eorum more qui supplices Deum deprecantur. Præterea corpore est valde tenui & macilento, vt qui assiduis ieiuniis sese conficiunt & macerant. Eandem bestiolam diuinare vulgus ait: captâ enim pueri nostri interrogant, qua sit Romam vel Compostellam ad D. Iacobum proficiscendum, ea perinde ac si intelligeret, altero brachio extento iter monstrat. Ab huius, inquam, bestiolæ diuinantis similitudine squillæ speciem *μολύβδω* nominauimus: nam vtraque corpore est longo, gracili, circa caudâ latiore, brachia duo prima longa admodum. Sed marinam fusiùs describamus. *Μολύβδω* marinus crustis tenuibus, perspicuis, albis intectus est, brachia duo prima longa habet, articulis intercepta, vt ad os flecti possint, chelarumque vsum præstet, interiore in parte serrata, quorum denticuli initio minores sunt in summo ita magni, vt aculeis incuruis aptius quàm ferræ denticulis comparari possint, cornua duo longa prominent, in quorum summo ramuli duo exoriuntur. sunt alia duo his minora ante oculos, capitis figurâ cancellum ferè refert. Oculi perspicui sunt & lati, ad quorum radicem sitæ sunt alæ duæ longæ, in ambitu hirte. Vtrinque pedes sex habet, terni primis brachiis proximi in tumorem paruum desinunt, lentis instar rotundum & depressum, à quo tumore aculeus paruus vncus enascitur, reliqui terni parui sunt & tenues, quarum extemum in appendiculas quasdam tenues terminatur, quod caput sequitur & collum vocatur, tabellis decem constat inæqualibus, priores breuiiores sunt, & strictiores, quo propriiores sunt caudæ extremo, eo maiores & latiores fiunt, eadem aculeorum ratio, quibus singulæ tabellæ munitæ sunt, in prioribus parui sunt aculei, in maioribus tabellis maiores, & euidentiores, cauda in os latum desinit, cuius ambitus multis riget aculeis, in ossis huius superiore parte maculæ duæ spectantur oculis pictis similes, tres vtrinque pinnae ossæ ex vltima tabella oriuntur. Supina caudæ parte appendices habet, & in ore, quemadmodum locusta, & superiores squillæ. Eodem modo coit & parit. Toto corpore est pellucido. Carnæ est molli, dulci & delicata, bene nutriente, vnerem stimulante, si eo modo paretur quo squillæ proximè descriptæ. Quam *μολύβδω* dicimus, nonnulli cicadam marinam appellare malunt, sed quia squille cælatæ maior est eum cicada terrestri similitudo eam cicadam nominauimus, hanc verò *μολύβδω* ob eas quas diximus causas. Si quis velit nimum *εστύγος* esse, appellet vt volet, satis est nobis squillæ speciem à veteribus non traditam exhibuisse. Nam autor *LIB. de aquatilib.* perperam depictam, & à naturali alienissimam proposuit, multis scilicet omis-
sis, multis additis temere, vt ex collatione perspicuum cuius esse potest.

De lan

De Canello & Scyllaro.



CAPUT XII.



VI Cancelli figuram diligentius inspexerit, astacis annumerandum duxerit, qui cancelli nomen audierit cancrorum potius generi: nam Galenus cancris minimis comparat, alius locustis subiiciendum esse contendet, quòd similem esse *τοῖς καραβοῦδαισι* dicat Aristoteles. alio loco idem cum testaceis recenset. Nos hoc loco reponeuimus, vt medius esset inter crustatos, qui longo sunt corpore (hos enim *καραβοῦδαισι* vocat Aristoteles) & cancris: inest enim in eo, quod & locustis & cancris simile sit. Inter ostracoderma verò referri nò potest, quia testas nos suas ingrediatur, quemadmodum aliquando & spongas, si quando foramen in eis capax nancisci possit. Eum Aristoteles *καρχήριον* vocat, nostri *bernard l'ermite*, eremitam quidam quòd alios fugiēs in testa perinde ac in solitudine viuat, bernardum autem quòd plebs nostra bernardos etiam vulgari prouerbio fatuos esse dicitur, fatuumque esse cancellum, qui crusta tectus, chelas habens, quæ ad vitam tuendam satis esse possent, alienas domos quærat, in quibus latens viuat. Quòd si non hæc solum, sed posteriores etiam cancelli partes spectaueris, prudentem esse iudicaueris, qui nudas & iniuriæ valde opportunas partes dura & firma testa munit. Ligures *brancha* vocant vel *branchna*, Prouinciales *bious cambus*. Nos primùm testam vacuam, deinde cancellum nudum representamus, vt meliùs particula omnes perspicui possint, tum cancellum in testa, parte priore exerta, altera latente. Huius descriptionem quàm maximè dilucidè poterimus, proferemus ex Aristotele, qui in minuto animali explicando diligentior videtur fuisse, quàm in multis aliis explicatu alioqui dignissimis. Cancellus, inquit, quodammodo inter cru-

Lib. 3. de fac. aliment.

Lib. 4. de hist. anim. cap. 4.
Lib. 5. cap. 15.

Lib. 4. de hist. anim. cap. 4.

stata & testacea animalia ambigit. naturâ enim iis quæ specie locustarum sunt similis est, & ipse per se nascitur, quatenus verò testas ingrediatur illicque viuat, testaceis similis est. Quare cancellus inter hæc anceps videtur esse. Forma autem araneis similis est, præter partem capiti & pectori subiectam quæ in cancello maior est, cornicula duo rufa tenuia gerit, subiacent oculi duo longi, qui nunquam intus conduntur, neque occluduntur veluti in cancris, sed semper eminent: iis subest os, circa quod veluti capillamenta quadam plura. His subiuncti sunt pedes duo bifulci quibus ori cibum admouet: bini alij vtrinque hærent lateri, & tertius paruus. Thoracis inferior pars mollis tota, & dissecta pallida est intus, ab ore meatus vnus est ad ventrem, excrementi, nullus est qui appareat, pedes & thorax duri sunt, minus tamen quàm in cancris, nexu nullo testis adhæret purpurarum modo & buccinorum, sed liberè & facilè hinc migrat. Hæc Aristoteles qui alio etiam in loco hæc de cancello. Initio gignitur ex terra & limo cancellus. deinde in vacuas testas ingreditur, vbi cum accreuerit, in ampliorem testam subit, videlicet aut neritæ aut turbinis, & aliorum huiusmodi, sæpe etiam parua buccina, ingressusque eam circumfert, ibidem nutritur & augetur, deinde capaciorem petit. Obseruandum est Aristotelem alterum hospitis alienarum testarum genus facere. Longior est, inquit, qui in turbinibus, quàm qui in neritis viuit. Genus igitur illud diuersum in neritis habitans cætera quidem simile est, sed ex pedibus bifidis dexter paruus est, sinister magnus, quo magno potissimum graditur. Idem genus in conchis reperitur quibus vt cancelli adhærent. Id genus vocant σκύλαρον. Et paulò post. Quibus sinister pes grandior est, ij nunquam turbinatorum hospites sunt, sed neritarum duntaxat. Liberè dicam quod diu multumque obseruauit, sola corporis longitudine duo hæc cancellorum genera differre puto, vt cancellus turbinatorum hospes longior sit, quia eorum testa longior sit, neritarum breuior, quia neritarum testa est læuis, ampla & rotunda. Quantum ad pedum bifulcorum longitudinem attinet, in omnibus cancellis quos plurimos vidi, semper sinistram pedem crassiorem dextro perspexi, quod non fortuito sed certa ratione mihi videtur contingere. Cum enim viuunt in testa circa corporis medium complicati, quantum dextræ parti compressæ alimenti ac proinde incrementi decedit, tantum sinistræ liberiori & laxiori accrescit. Præterea videtur Aristoteles tertium genus constituere quum dicit. Sunt inter cochleas, quæ intra se bestiolas habeant astacis paruis similes, qui vel in fluminibus gignuntur, sed ea differentia, vt præmollem intra suam testam carunculam habeant. Forma quales nam sint ex dissectionibus contemplare. Quæ quauis ita sint, vnica tamen descriptione contentus ea tria non admodum diff

Lib. 5. de hist. anim. cap. 15.

Lib. 4. de hist. anim. cap. 4.

Ibidem.

differre sensisse videtur, earumque paucas & non insignes differentias esse. In mytulis, pinnis & ostreis cancri valde minuti nascuntur, de quibus nonnulli ea quæ prius ex Aristotele protulimus intelligenda esse opinantur: verum toto cælo aberrant. Nam cancris istis quadrare hæc nullo modo possunt, scilicet cornicula duo tenuia, rufa: iis enim prorsus carent, oculi semper eminentes, cum in cancris modò emineant, modò condantur, præter pedes duos bifidos duo alij vtrinque, & tertius paruus, thoracis pars inferior tota mollis. Hæc inquam paruis cancris non conueniunt. His & illud accedit, quòd cancelli sine testa nati in alienam ingrediuntur: deinde grandiores facti subinde testas mutant, in ampliores scilicet migrantes. Cancris parui eodem Aristotele autore in testis nati nullum perspicuum accipiunt incrementum, vt subinde testas mutare iis necesse sit corporis magnitudini accommodatas. Postremò cancelli & cancri parui in variis testis habitant, vt eodem in loco tradit Aristoteles. Absurdè igitur faciunt, qui paruos cancos, quos in ostreis viderint, Aristotelis καρκίνια esse putant. Plinius etiam pinnotheris siue pinnophylacis nomine & cancrum paruum, & ὁ καρκίνιον, id est, cancellum Aristotelis confudisse videtur contra Aristotelis sententiam. Sic enim ille quum de cancris loquitur. Pinnother autem vocatur Lib. 9. cap. 31. minimus ex omni genere, ideo opportunus iniuriæ. Huic solertia est inanium ostrearum testis se condere, & cum accreuerit migrare in capaciorem. Quum ex cancris minimum dicit, manifestum est locum hunc Aristotelis expressisse: Εμφύονται δὲ ἐν ἐνόις τῶν ὀστρακοδέρμων καρκίνιοι λαοὶ ὅ ὁ μέγεθος πάντων μικροί: πολλοὶ μὲν ἐν τοῖς μυσί τοῖς πνεύματι δὲ ἐπιπέτῃ, ἢ ἐν ταῖς πίναις οἱ καὶ ἐν τῶν πιννοθηρῶν. Quum verò dicit inanium ostrearum testis se condere, &c. hunc interpretatus est, ὁ ὁ καρκίνιον γένε) μὲν ἢ ἀρχῆν ἐκ τῆς γῆς τῆς ἰλύος, εἶτα εἰς τὰ κενὰ τῶν ὀστράκων εἰσδύει, καὶ ἀναμύθων μετεισδυῖν πάλιν εἰς ἄλλο μείζον ὀστρακόν. At quauis ὁ καρκίνιον ἐκ τῆς καρκίνου hypocoristicon sit nomen, tamen apud Aristotelem valde differunt bestiolæ duæ ὁ καρκίνος μικρὸς & ὁ καρκίνιον, id est, cancer paruus & cancellus, vt ex superioribus liquet, maximè cum ille minimus sit, & in pinnis & nonnullis aliis nascatur, & sedes non mutet, quia nunquam accrescat, nec in inanibus habitet, cancellus verò nō adeò paruus, & per se nascatur, & augetur, & subinde in alias testas migret, easque inanes. Alio in loco Plinius pinnotherem siue pinnophylacem facit squillam paruum & cancrum proprius hic Aristotelis mentem secutus. Concharum generis est pinna, nascitur in limosis, subrepta semper, nec vnquam sine comite, quem pinnotherem vocant, alij pinnophylacem, id est, squilla parua, aliubi cancer dapis affectator. Quæ ex Aristotele sumpta sunt: αἱ δὲ πίναι ὀστράκων ἐκ τῆς βύσσου, ἐν τοῖς ἀμμώδεσι, ἢ βορβορώδεσι, ἐχέουσι δὲ ἐν αὐταῖς

Lib. 5. de hist. anim. cap. 15.

Lib. 9. cap. 31.

Lib. 5. de hist. anim. cap. 15.

πιννοφύλακα αἱ μὲν καρδίον αἰδὲ καρκίνιον, ἔσφις ἢ γέφυρα διαφθείρονται θάλασσαν. quo loco ὁ καρκίνιον ἀπὸ τῆς καρκίνος μικρῆς, id est, pro cancro paruo non pro cancello antea descripto locustis specie simili vsurpatur, pugnantia enim scriberet Aristoteles qui cancellum in inanibus testis habitare scripsit. de paruo autem cancro mentionem hinc fieri clarè ostendit Aristoteles quum mox se explicans subdit, ἐμφρόντα δὲ ἐν ἐνίοις τῶν ἀσπραχθέρμων καρκίνοι λαύροι, ὅ ἢ μέγθος πάλμπαν μικροί, πάλμπαν μὲν ἐν τοῖς μυσί πιννοφύλασιν, ἔσφι δὲ ἐν ταῖς πίννας οἱ καρκίνιοι πιννοφύλακα. Horum duorum discrimen ex iis quæ antea fusiùs tradidimus perspicuum est. Quòd verò Plinius loco proximè citato duos pinnotheras siue pinnophylacas faciat, ὁ καρδίον, id est, squillam paruam siue squillulam, & cancrum paruum, non cancellum quem eremitam appellari diximus, quòd non cum pinna aut villo alio verum solus in testa aliena habitat confirmo ex Athenæo, apud quem eadem planè leguntur de cancro pinnothera, quæ apud Plinium de cancro dapis affectatore. Plinij verba sunt, aliubi cancer dapis affectator, pandit se pinna luminibus, orbem corpus intus minutis piscibus præbens. Assultant alij protinus & vbi licentia audacia creuit, implent eam. Hoc tempus speculatus index, morsu læui significat. Illa ore compresso, quicquid inclusit exanimat, partemque socio tribuit. Athenæus. Χρύσιππος ὁ ὁ γὰρ ἐν τῇ πέμπτῃ πιννοφύλακα τῆς καρκίνος καὶ τῆς ἡδονῆς, ἢ πίννη φισί, καὶ ὁ πιννοφύλακα σιωπερὰ ἀλλήλοισι, καὶ ἰδίᾳ ἢ διωμάχια συμμέναν, ἢ μὲν ἐν πίννῃ ἀσπράχθρον, ὁ δὲ πιννοφύλακα καρκίνος μικρὸς, καὶ ἢ πίννη διασπράχθρον ὁ ἀσπράχθρον, ἢ σπράχθρον τῆς πίννης ἢ ἐπιπίννη ἢ χυθύδια, ὁ δὲ πιννοφύλακα σιωπερὰ ὅταν εἰσέλθῃ ἢ, δάκνη ἀπὸ τῆς ὕψους σημαίνων, ἢ ὁ δὲ πιννοφύλακα συμμέναν, ἢ ἔσφις ὁ ἀποληφθεὶ ἐνδον κατὰ τὴν πίννην. Id est, Chrysippus solensis in quinto de honesto & voluptate, ait: pinna & pinnoter operas mutuas præstant, seorsum viuere non possunt. pinna ex ostreis est, pinnoter cancer paruus, pinna testam pandit, ingredientes pisciculos obseruans, pinnoter adstans siquid subierit, morsu pinna significat, quæ demorsa testam claudit: eoque quod inclusum sit communiter vescuntur. Vides quod καρκίνιον dixit Aristoteles loco postremò citato, cancrum dici à Plinio, à Chrysippo καρκίνιον μικρὸν. Quæ omnia hinc spectant, vt admoneam diligenter animaduertendum esse in legendis his Aristotelis & Plinij locis distinguendas esse bestiolas duas quæ iisdem vel similibus nominibus nuncupantur, scilicet καρκίνιον, id est, cancellum pro eo quem initio capitulis depinximus quem eremitam vulgò nominamus, qui locustis specie similis est, & cancellum pro cancro paruo cancris figurâ omnino simili qui pinnoter siue pinnophylax est & dicitur, quorum priorum ὁ καρκίνιον semper vocat Aristoteles, alterum sapius, ἢ καρκίνιον μικρὸν, semel tantum quod sciam καρκίνιον. His illud addam. Hermolaum barbarum non rectè quod sequitur annotasse apud Plinium loco

loco proximè citato: squilla parua, hoc est cancellus quem Græci vocant καρκίνιον: subditur enim, aliubi, inquit, cancer dapis affectator. Hoc secuti, opinor, qui lexica Græca concinnarunt ὁ καρκίνιον cancellum perperam interpretantur. Nam ὁ καρκίνιον squillulam siue paruam squillam significat, diminutiuum nomen τῆς καρκίνος quam squillam esse constat, quæ specie differt à cancello siue cancro paruo, vt ex antedictis liquet, qui καρκίνιον vel καρκίνος μικρὸς nominatur. Neque verò Plinius idem vult esse squillam paruam & cancrum, sed duo diuersa quæ pinnam custodiant, scilicet squillam paruam in quibusdam pinnis reperiri, cancrum paruum in aliis cibi causa, vt ex Athenæo comprobauimus. Scribit Aristoteles pinnophylacas etiam in spongiarum cauernulis reperiri τῶν ὁ ἀσπράχθρον ἐν ταῖς θαλάμῃσι γινώσκων πιννοφύλακας, ἔσφι δὲ οἱον ἀσπράχθρον ἐπὶ τῶν θαλάμῃσι, καὶ διοχνοῖες καὶ σιωπερὰς θηρέων, καὶ ἰχθυῖδια καὶ μικρὰ, πρὶν μὲν εἰσελθεῖν διοχνοῖες αὐτὰ, ὅταν δὲ εἰσέλθῃ σιωπερὰς. Nascuntur etiam in spongiarum cubilibus pinnophylaces, similes araneo paruo, aperiendo claudendoque pisciculos venantur: aperiunt antequam ingrediantur, claudunt & contrahunt cum ingressi fuerint. Hæc de cancro paruo dicta sunt, sed idem etiam cancellus, id est eremita noster facit: in spongiarum enim cauernis latet & viuit: eius rei oculatus sum testis. vidi primùm cancellum captum non procul ab Aquis mortuis in eo spongiarum genere quod densissimum est: deinde & alios plures in eadem spongiarum genere. Hanc autem ob causam cancellus alienas domos quærit, quòd posteriorem corporis partem mollem habeat, & integumento externo egentem, læui quidem ne lædatur, & non herente vt mutare possit, quòdque secum trahere queat cibi queritandi causa. Nunquam igitur cancellum in saxorum rimis & cauernis reperias, tum quod saxa intus aspera, tum quod immobilia sint: contra in turbinatis frequentissimè quia eorum medijs partibus circa quas testæ volumen clauiculatim intorquetur, eas Dioscorides ἰβνία vocat, cancellorum mollis cauda cedens implicatur & alligatur, vt testas circumferre possint. Similiter secundum spongiarum cauernarum & intus læuium sinus cauda contorquetur, & accommodatur vt eas trahere possint: nam ob densitatem pauciore aqua sunt imbutæ, ideoque læues, & in litore aluntur sapius saxis non herentes. Cancelli qui in huiusmodi spongijs viuunt ingratum & pisculentum odorem respiciunt, quem à spongia contrahunt, spongiæ enim genus illud prædurum atque asperum autore Aristotele τράγος nominatur, lutoque alitur. Reliqui cancelli qui in testis viuunt, huius odoris sunt expertes. Hæc de cancello satis essent, nisi pauca quæ Aristoteles in descriptione omisit supplere oporteret, vt integra de cancello historia haberetur. Cancellus ex crustaceorum est genere, locustis vel astacis

similis corpore enim longo est, cornua longa, tenuia flauaq; habet, totum corpus ex rubro flauescit. Chelarum quarum alteram crassiorrem esse diximus, scissura parua est, qualis in hirsutis cancris spectatur: præter chelas pedes duos vtrinque magnos, incuruos & acutos cum chelis & capite foras effert, quò ingredi vel pisces capere vult. Duo alij vtrinque hirsuti, molles intus latent, quibus innixus corpus intro trahit. Pars posterior nullis tabellis constat sed cute duntaxat: ob id ab Aristotele mollis dicitur, sed ad eam firmandam certis intervallis disitas lineas tres habet latas durioris substantiæ. Corporis extremum duas pinnas tenues, breues, molles, in lateribus sitas gerit, in eiusdem extremi supina parte excrementi meatus cernitur, quem si digitis comprimas, excrementum emitti videas quo meatu cancellum catere non affirmat Aristoteles, sed non euidentem esse ait, quod facit vt credam Aristotelem, non tam diligenter cancellum à testa nudum quàm eadem opertum spectasse. nam meatus is in cancello testa spoliato perspicuius est, magis auget suspitionem quod de ouis nihil dixerit, quæ ex parte interna pendent per latera, tanquam racemi vel globuli filo annexi, imo crediderit ex terra limoque non ex ouis generari. At nos æstate cancellos cum ouis vidimus, eaque differentia mares à fœminis apertè distingui, quod eodè tẽpore hæc oua haberent, illi minimè. Ex quibus efficitur ex coitu maris & fœminæ nasci, nõ sponte vt testacea. Neque dicendũ à coitu omnino præpediri quod testa integantur. Nam quemadmodum testas suas deserunt vt in capaciores transeant, ita stas temporibus natura ad coitum incitante testis se exuunt, vt corpora commisceant. In timore tam cito in testam suam se recipiunt, vt ea sonum edat: itaque occultantur, vt caput intra chelas lateat, nihilque è testa emineat præter cornua. In saxosis locis versatur, & in litoribus, carne, luto, denique iisdem vescitur quibus crustatorum genera. Cancellos

Lib. 3. de fac. aliment.

Galenus *καρκινάδας* appellat. *Ζούφια δ' ἐστὶ τὰ ἐν τῇ πιννῇ μικροῖς καρκινῶν εἰσὶν, ἕκαστὸν τὴν χεῖρα.* parua inquit, sunt animalia, flauo colore, minimis cancris similia. Quod parua sint animalia, quod flauo colore, hæc cancello nostro perappositè quadant, quod minimis cancris similia sint, non item: sunt enim locustis, vel astacis similia quàm cancris, nisi cancri nomine vniuersè crustata omnia complectatur. Idem Galenus scribit, nullos cancellorum esu deteriores fieri. *αἱ γοῦν τρίγλαι, τὰς καρκινάδας ἐσθίσαι, καὶ δὲ καὶ εἰσι, καὶ ἀπδεῖς, καὶ δὲ ἀσπεπτοί, καὶ κακώχυμοι.* Id de cancellis qui in spongiis quæ *τράγοι* à foetido odore nominantur rectè intelligitur, ac de cancellis alijs qui in cœnosis litoribus degunt, paruique sunt: nam sunt aliquando qui ad astacorum fluuiatiliū magnitudinem accrescant. Lutum olent, marinum odorem resipiunt, difficile concoquunt

coquantur, succum salsum & vitiosum gignunt, à piscatoribus profus negliguntur: Denique nomine eremitæ, & moribus celebriores sunt, quàm vlla alia laude. Nos tamen in eo explicando prolixiores fuimus, quia res minutæ etiam diligentiam postulant, & à multis sapius ignorantur.


De Cancris.

CAPUT XIII.



CRVSTA intectorum quartum genus est cancer, cuius species sunt permultæ, etiam si hîc non tam latè pateat, quàm apud Plinium qui ei locustas atque *Lib. 3. cap. 31.* astacos subiiciat. Nos verò cancri nomine ea tantum complectimur, quæ cum caudam corpori appressam habeant, rotundo sunt corpore, cum locustæ, astaci, squillæ, longum habeant. Cancrorum genus, inquit Aristoteles, multiplex est, nec facillè enumerandum, maximum quas mæas appellant, secundum paguri, & quos heracleoticos vocant. Tertium fluuiatiles, cæteri minutiores, & nullis penè nominibus annotati. Et genus cancrorum litorale Phœnice fert tantæ velocitatis, vt eos consequi facile non sit, vnde *ἰσπεῖς*, hoc est equites appellant. Genus item aliud est quod magnitudine cancrum non excedit, facie astacis simile. Nos plura genera numerabimus, quæ sub cancris contineri nemo non fatebitur. Ea multiplici varietate à se distinguuntur. Vt magnitudine differunt, mæa, paguri ab albis & pinnophylacibus: hi enim parui sunt, illi magni, inter hos alij sunt medij. Heracleotici fusco sunt colore, paguri & mæa rubefcente, vndulati flauo quum è mari extrahuntur, latipes, & qui in ostreis nascitur albefcente, qui in pinna flauefcente, visus colore corticis mali punici. Distant & pedum longitudine: aliorum enim pedes breues sunt, aliorum mediocriter longi, aliorum longissimi. Oculorum quoque situ differunt, horum oculi ferè se contingunt, illorum, magno intervallo à se disiunguntur. Sunt nonnulla in quibus omnes conueniunt: omnibus enim pars dura & testacea foris pro cute est, mollis & carnea intus, supina corporis planiora & magis tabellata sunt, quibus & oua deponunt, quum pariunt. Omnibus pedes sunt denicum chelis, cornua tenuia parua & pauca. Cauda omnibus complicata & introrsus reducta, quo fit vt rotundo sint corpore, & omnes cauda carere censuerit Aristoteles. Corporis totius alueum atque caput indiscretum omnes habent.

De Cancro mæa.



CAPUT XIII.

CANCRI *μαῖα* dicuntur ab Aristotele, à Gaza maia fortasse à magnitudine: nam *μαῖα* quæ amitam significat & nutrice, aliquando etiam pro grandiore natu sumebatur. Cæcer hîc à nōnullis *carabo* dicitur, ab aliis *porroni*, à Venetis *granci porroni*, ab aliis *câcharo de barbarie*. Nostris est *ἀνόνημος*, quia rarissimè in nostro litore capitur. Est omnium cancrorum maximus, vidi ex oceano cancrum mæam cuius latitudo palmum maiorem superabat, lōgītudo ad semicubītum accedebat. Testa læui contegitur, cuius laterū ambitus in semicirculos desinit, pedes octo & breues habet pro corporis magnitudine, chelas duas, dextrā maiorem sinistra. Omnibus enim cancris vt scripsit Aristoteles magna ex parte maior est chela dextra quàm sinistra, chelarū extrema nigrescunt. Cornua quatuor ante oculos protenduntur, duo breuiora è media fronte, lōgiora duo sub oculis nascuntur, ij non magno interuallo à se distant pro corporis totius magnitudine, hos modò promit, modò condit. Cauda subtus est lata aliorum cancrorum caudis planè similis. Carne constat dura & insuauis, coquitur in furno vel in aqua, & ex aceto editur, difficile concoquitur, malūmque succum gignit. In huius cancri cognitione valde hallucinatus est autor **L I B.** de aquatilib. qui cancrum vulgò Malsiliæ *squinado* dictum pro cancro mæa exhibuit, non intellectis vel fortasse ne lectis quidè notis, quas cancro mæa Aristotele tribuit. Cancrum enim mæam omnium maximū esse tradit: deinde crura ei breuia & tenuia tribuit. *Ὅροι δὲ ἀλλῶν πελάγιοι εἶσι, διὰ τὸ πολλὰ ἀργύρεως ἔχει τὰς πόδας ἀλλῶν πρὸς τὴν πορείαν, οἷον αἴτε μῆλαι, καὶ οἱ Ἡρακλεωτιῶν καὶ ἄλλοι μικροί, ὅτι ὀλίγη χερσὶν αὐτῶν κινήσει, ἀλλὰ ἡ Ἰσθμίου ἀλλοῖς τῶν ὀστρεωδῶν εἶναι γίνεσθαι, διὰ αὐτῶν μῆλαι λεωτοχελεῖς, οἷδε Ἡρακλεωτιῶν μικροχελεῖς εἶσι.* Cancris, qui ex pelagiis sunt pedes sunt ad ingrediendū tardiores, vt mæis, & heracleoticis cancris, quia parua vtuntur motione,


Lib. 4. de hist. cap. 3.

Li. 4. de part. animal. ca. 8.

ne, sed salus iis firmioris crustæ beneficio contingit, quarum mæa tenuia crura, heracleotici parua habent. Qui verò cancrum cuius pistoram capiti præposuimus cum viuo contulerit, & sapius ac diligentius inspexerit, longè maiorem esse eo quem Malsilienses *squinado* vocant comperiet, & crura pro corporis ratione longè tenuiora & breuiora. His accedit alia nota minimè negligenda, quam idem Aristoteles prodidit. *ἔχει δὲ ὀφθαλμοὺς οἱ μὲν ἐκ τῆς πλάτης ἀνω ὑπὸ τῶν πρῶτων εὐθὺς πολλὰ διεσπῶσθαι πᾶς, ἐνιοὶ δὲ ἐν μέσῳ, καὶ ἐγγὺς ἀλλήλων, οἷα οἱ Ἡρακλεωτιῶν καὶ αὐτῶν μῆλαι.* Cancris alij oculos habent è latere supra, statim sub prona parte multum à sese disitos: alij in medio breui discrimine, vt heracleotici & mæa. Sic in nostro oculi breui spatio à se distant, in altero multò maiore, vt suo loco ostendetur.

Lib. 4. de hist. cap. 3.

De Paguro.



CAPUT XV.

PAGYPOΣ altera cancri species est, nomine Græco vsi sint Plinius & Gaza: In prouincia *squinado* vocatur, ab aliis *gritta*, *squaranchon*, *grampella*, ab Hispanis *chabro*. Dicitur *πάγυρος* πᾶρα τὸ εἶναι καὶ φυλάττειν ὁμοίαν ἐν τοῖς πύργοις, id est, quod in editioribus & præcipitibus locis versetur. Existimare aliquis posset eosdem esse paguros & heracleoticos cancris ex Aristotele qui sic illos coniunxerit. *δεύτερον δὲ οἷα τε πάγυροι καὶ οἱ Ἡρακλεωτιῶν καρκῖνοι.* Secundum cancrorum genus paguri & heracleotici cancri. Magna vtrorunque similitudo effecit, vt iidem esse viderentur: reuera tamen diuersæ sunt species Aristoteli ac Plinio paucis differentiis à sese distinctæ, vt ex se-

BB 3

quentibus perspicuum fiet. Pagurus post cancrum mæam maximus est, parte anteriore, & in lateribus senis aculeis longis & validis riget. è fronte, protenduntur appendices duæ rotundæ, acutæ, firmæ admodum, sub quibus cornua duo minora articulata. Ex lateribus valde prominent oculi magis ad latera, quàm ad anteriora spectantes, magno interuallo disiuncti, qua nota à cancris mæis differunt. Testa tota minimè læuis sed aspera, utpote quæ tuberculis & aculeis tota cõspersa sit. In ea maximè in superiore eius parte pictores nostri specula includunt, nec id sine gratia ob aculeos & testæ colorem. Pedes octo habet, longos, crasses, sex articulis interceptos, chelas duas magnas, aculeis horrentes. Caudam ex multis tabellis contextam, in cuius parte interna oua æstatis tempore appendicibus racematim hærent rubra. In lateribus branchias, & partes internas easdem quas locusta. Carne est media, neque dura, neque molli, & dulci non tamen æquè ac squillarum caro. In furno assatur ore & ano obturatis, alioqui quicquid intus est liquidi effluit, & fit similis cancris Phœniciis, quibus nihil est intus ob pabuli inopiam. Sentit & vim lunæ, ut reliqui cancri qui crescente luna succulentiores & meliores sunt. Veterum scriptis satis celebratus est pagurus, musicam amare, & ea delectari dicitur. Laudatur etiam prouerbio Paguri sapientia, cuius etiam causa puto è collo Ephesiæ Dianæ Pagurum olim suspensum fuisse, prudentiæ & consilij symbolum. Paguro verò sapientia tribuitur, quia verè quum crustam exiit, aculeis armisque omnibus spoliatum se sentiens latet, & viribus suis diffidens, nullos aggreditur, quo ad testam nouam, & duriusculam recuperarit. Vtitur & prudentia in excutienda grauiore testa. Quum enim tempus appetit, huc & illuc tanquam furiis incitatus fertur, alimenta persequens ut ex pleniore victu ad corporis molem facta accessione testa dirumpatur. Quæ omnia Oppianus sic exponit.

Lib. 1. ἀλιούτικω

Οἱ δὲ πάγυροι
 Ηνίκα ρήνυμένοι βίβω φρέσωνται ἐλπίς,
 Πάνη μαμμάων ἐδητύος ισχανόωντες
 Ρηλέρη ρινόιο διάκρισις ὄφρα γένηται
 Πληροσάμενων. ὅτι ἂν ὁ διαμαγὲν ἔργος ὀλιγοῦ
 Οἱ δὴτι πρῶτον μὲν ἐπὶ ψαμάθοισι τέλειται,
 Αὐτως ἔτε βαρῆς μεμνημένοι, ἔτε τευ ἄλλω
 Ἐλπόμενοι φθιμένοισι μελέμμενοι ἔδετι θερμῶ
 Ἐμπαθέειν, ῥινό ὁ περιφομέων ἀραῆ
 Ἀριφύτω, μέλα δ' ἔλις ἀγειρόμενοι νόον ἦδη
 Βαῖον θαρσύνωντες ἀπὸ ψαμάθοιο παρῶλο,
 Τόφρα ὁ θυμὸν ἔχεισιν ἀμήχανον, ἀνδραγέοντα
 Ὄφρα περὶ μελέεσσι νέον χέπας ἀμφιπαγέειν.

Id ve


Id verò sapientiæ paguri attribuunt, quod natura edocti, ut & reliquæ omnes animantes faciunt: neque solum paguri sed etiam locustæ & cancri crusta sua exuuntur vere, quemadmodum angues membrana vernationis quam senectutem appellant, ut tradit Aristoteles. Idem scribit Oppianus, omnes crusta intactos crustam veterem exuere, deinde aliam renasci.

Lib. 5. de hist. anim. cap. 17. Lib. 1. ἀλιούτικω

Πάντες δ' οἱσι τε κῶλον ὑπὸ ὄφρακω ἐφ' ἡμελείαι
 Ὄφρακω ἐκδιώσιν, γεραίτερον ἄλλο δ' ἔνερθε
 Σαρκὸς ὑπ' ἐκ νεότητος ἀναλέλλεται.

Quos versus ideo maximè citauimus, ut admoneremus Poëtam non adeo verborum sollicitum ὄφρακω pro crusta non pro duriore testa, qualis ostrearum est vsurpasse. Nam quæ verè testacea sunt, integumentum suum non mutant sed crustata tantum. eius rei causam aliàs reddidimus.

De Heracleoticis cancris.



CAPUT XVI.

DICTI sunt heracleotici cancri ab Aristotele, ab Heraclea illustri vrbe ad Pontum Euxinum sita, quæ ob id etiam Pontica dicta est, potiùs quàm ab vlla alia Heraclea: fuerunt enim plures alibi vrbes Heracleæ nominatæ. Hi cancri paguris tam similes sunt ut vix discernantur, veruntamen specie, ut diximus, differunt, ut ex descriptione iam fit perspicuum. Heracleotici aculeos in fronte habent, & in lateribus, pars testæ prona aculeis aspera est & hirta, colore est fusco, quo à paguro differunt. Paguris pedes breuiiores multo & tenuiores habent, cornua ante oculos articulata, corpore sunt minore quàm paguri, in alto mari degunt. Carne sunt media. Ius ex iis aluum soluit, mediocriter nutriunt, aspi sapidiores sunt, quàm elixi. Rariores sunt in nostro mari.



CAPUT XVII.


Libro 5.
Lib. 5. de hi-
stor. cap. 17.



Lib. 4. de hist.
cap. 2.

ATHENÆVS ἡ ἀπρὸν inter crustata nominat tan-
tūm. Aristoteles cum crustatis etiam recensens, idem
ei pariendi tempus esse à natura statutum tradit quod
locustis, nihilque præterea, quo in loco videtur mihi
vrsum cancrorum generi subiecisse. Cum enim locu-
starum, astacorum, squillarum meminisset, quorum aliquot, easque
certas species alio in loco numerasset, vrsum subdidit, vt à superiori-
bus diuersum, qui cum ex crustaceis sit, non potest alteri quam can-
crorum generi subesse, quod valde multiplex est, nec facile enume-
randum. Vrsi nomen non à forma impositum est vt locustis, sed ab
actionibus moribusque, vt lupo, cynædo. Quemadmodum igitur pe-
dibus prioribus vt manibus vrsum vtitur, ac in iis magnam roboris
vim sitam habet, ita crustatus hic piscis brachiis cum forficulis bre-
uibus quidem sed latis & validis multum potest. vtriusque forficis
pars vna alterius extremum recipit ad id excavata, pars exterior cri-
stæ galli gallinacci figuram refert. Nostri *migrane*, id est, malum pu-
nicum vulgo vocant à figura & colore valde simili. Præter brachia
octo pedes paruos habet & tenues quos corpori applicat, brachia ori
& oculis opponit, veluti per eorum crenas inspecturus, ac sic conglu-
batus dormit vrsum more. Carne est molli, excrementitia, insuauis, vi-
rus respiciente. Quò fit vt in luto degere putem. Vrsum mihi ostendit
Iacobus Regius Lugdunensis Chirurgus in lapidem conuersum, ea
vt arbitror ratione, vt vrsum in saxo mortuo & exiccato, aqua marina
quæ multum corporata est, vel spuma perpetuo alluente, pedes &
brachia corpori continuata sint, ac crusta firmior & lapidea corpo-
ri obducta.

De Can




CAPUT XVIII.



Cancris magnis ad paruos delabimur, omisis fluuia
tilibus. Inter paruos & ignobiles primū dicemus de
eo qui apud nos frequentissimus est, nomine tamen
caret ob vilitatem, nos à nota satis insigni latipedem
cognominauimus. Cancer est paruus nucis iuglādis
magnitudine, aliquando paulò maiore. chelas habet denticulatas, &
articulatas, pedes vtrinque quatuor. Postremus & minimus à quo la-
tipedem hunc cancrum nuncupauimus præter aliorum cancrorum
naturam in latitudinem definit osseam, sex articulationibus constat.
E fronte extant cornicula quatuor, testa est læui, parte superiore al-
bescente, anteriore quodammodo nigricante, oua habet pallida.
Cum maris purgamentis in litus eicitur, & cum piscibus aliis sage-
na capitur, neglectusque in litore relinquitur, vnde magna celerita-
te regreditur in mare, beneficio latitudinis postremorum pedum. De
huiusmodi cancris locutum puto fuisse Aristotelem hoc in loco: οἱ δὲ
μικροὶ καρκῖνοι οἱ ἀλιχῶσαι ἐν τοῖς μικροῖς ἰχθυοῖς ἔχουσι τοὺς τελευταίους
πλαταῖς πόδας, ἵνα πρὸς τὸ νεῖν ἀλλοῖς χερσὶ μὲν ὄν, ὡς περὶ πτερύγια ἢ πλα-
τας ἔχουσιν τὰς πόδας. Quæ mihi videntur alium sensum habere quàm
Gaza in interpretatione sua expresserit. Sic igitur vertendum fue-
rat. Parui cancri qui capiuntur inter paruos pisciculos, postremos
pedes habent latos, vt ad nandum sint vtilis, vt pinnarum vel pal-
mularum vice sint isti pedes. Paruus igitur cancer latitudine quidem
sua in aqua fluitat, sed vt celerius impellatur, natura pedes postre-
mos latos fecit, vt iis vtatur perinde ac rana posterioribus suis pedi-
bus, & anates, ceteræque auis aquis gaudentes suis pedibus latis: item
vt fiber suis, cuius priores pedes diuisi sunt ad cibum capeffendum,
ad caueam effodiendam, posteriores cute coniuncti ad corpus in
aqua impellendum.

Lib. 4. de par-
animal. ca. 8.


De Cancro flauo siue vndulato.



CAPUT XIX.

CANCER quem hîc exhibemus inter anonymos & ignobiles magnus est, cancri stagni marini vel fluuiatilibus æqualis. Flauum à colore nominauimus, vndulatum à lineis quæ in prona parte sunt sinuosæ vndarum modo, nō aliter quàm in cameloto vulgò nuncupato. Capitur circa Antipolim & Lerinum insulam, nec vltiam similes vidi. Caudam extentam depinximus, ex tabellis aliquot contextam, pedes quaternos habet, longos & hirsutos, chelas duas magnas etiam hirtas, cornua duo fatis longa, in fronte aculeos siue appendices duas, in lateribus alios aculeos.

De Cancro vario siue marmorato.




CAPUT XX.

IN faxis Agathensis litoris degit hic cancer, qui ideo à nobis varius siue marmoratus dicitur, quia testa est læui ac perpolita coloribus variis conspersa: marmor varium siue iaspidè pulchrè referente, siue splendorem testæ, siue leuitatem, siue colorum varietatem spectes:


species: cernuntur enim in ea maculæ virides, caruleæ, albæ, nigræ, cineræ, quæ mortuo cancro maiore ex parte euanescent. Si mortuus in sole exsiccetur, totus fit flauus. Brachiis nonnihil ab aliis differt, forfices enim breuiores habet & crassiores, tubercula veluti gemmæ in eis eminent, vt in astaco. Cornicula duo è fronte extant, oculi satis à sese distant, post oculos hinc & inde serrata est testa. In saxorum cauernulis degunt, & si quem cōspexerint, intro subeunt, itaque pedibus hærent, vt auelli vix possint. Metu vacui super saxa in sole apricantur. Crusta sunt cæteris duriore. Id cancri genus in Agathensis litoris scopulis tantum vidi.

De Cancro anonymo.



CAPUT XXI.


CANCROVM hîc exhibemus eum, quo frequentius in Gallia Narbonensi vescimur, qui nascitur in mari & marinis stagnis. Diu extra aquam viuit, nomine caret, nisi quod à nostris generis nomine *cancro* appellatur. Brachia habet non admodum magna, pedes longos, in acutum desinentes, cornicula duo. Super carbones assatur, vel elixus & crusta spoliatus in sartagine frigitur: optimus est quum oua habet. Qui in stagno marino degit inter fluuiatilem & marinum medius est, quo in fluuiatiliū penuria aduersus canis rabidi mortuum vt edum censeo, loto prius in aqua hordei vel pimpinellæ. Idem cancri prius etiam loti & decocti in iure carnis heceticis valde profunt, multumque nutriunt. Eorundem cinis cum syrupo ex Adianto haustus sanandis pulmonum vlcibus confert, multo verò efficacior fiet, glycyrrhiza, seminibus frigidis maioribus additis, & in tenuem pollinem redactis.

De Cancro *βραχυχιλος*

CAPUT XXII.

INTER cancos qui circa Lerinū insulam capiuntur, is est quem hīc depinximus, ex rubro nigricans, paruus, corporis figura ab aliis cancris nōnihil differente: corpus enim posteriore parte contra quā in ceteris latius est, anteriore acutius. Chelas duas habet valde breues & tenues, vnde *βραχυχιλος* nomen dedimus. His proximi pedes duo longissimi pro corporis ratione, crassi, acutissimi, vt videatur voluisse natura quod chelis detraxerat, pedum horum longitudine pensare: Idem lanugine quadam obducti sunt. Terni qui sequuntur etiam longi sunt, sed tenues & laeues, supina pars aculeos habet. Rarissimus est alibi cancer, in Lerino frequens.

De Hirsutis cancris.




CAPUT XXIII.

HIRSVTA sunt quaedam cancrorum genera, variis in partibus, alia in supina parte, alia in pedibus paruum verò cancrorum qui hirsuti sunt, differentias tres obseruauī. Prima est eorum qui chelas aculeatas habēt, & in extremo nigrescentes, cornicula duo, quae sequuntur vtrinque partes ferratae sunt. In testa media cordis humani figura expressa cernitur. Chelis pedibusque omnibus hirtis sunt. Huic generi simile aliud est aequè hirsutum, sed magnitudine differt,

differt, minus enim est superiore, & chelarum extrema nigricātia non habet. Tertia differentia eorum est, qui secundis ita similes sunt, vt eisdem cum iis planè esse diceret, dempta sola magnitudine, nisi oua in vtrisque reperissem, quod facit vt credam specie differre, tamen, ob magnam cum secundis affinitatem, picturā horum separata nihil opus fuit. Tria haec genera cum reliquis piscibus euerruntur, & ob exiguitatem prorsus negliguntur.


De Cancro cordis figurâ.



CAPUT XXIII.

CANCER Hīc corporis trunco cordis figuram omnino refert. cornua duo habet è fronte prominentia, brachia duo breui forfice, quaternos pedes. Pelagius est & paruus, vix vnquam inter litorales inuentus, sed panagro ex alto mari cum Pelagicis piscibus in litus petrahitur, neque admodum frequenter, quia ob exiguitatem facilè è retium maculis elabatur. In maiorum asellorum ventriculis huiusmodi cancos saepe inuenimus.

De cancris paruis qui in alienis testis viuunt.



CAPUT XXV.

CANCROS Paruos in alienis testis hospitari Aristoteles prodidit, & idem experientia docet, non tamen in omnibus testis sine discrimine eos reperias, non in lepade non in tellinis, non in conchulis, nunquam in mytilis marini stagni, sed in mitulis gurgitum, pinnis, pe-

Lib. 5. de hist. animal. cap. 15. **C**anibus atque ostreis. Aristoteles. Ε'μφύσι) δὲ ἐν ἐνίοις τῶν ὀστρακοδέρμων καρκίνου λάδοι, ὅ ἰ μέγεθος πύμωδον μικροί. Πλείστοι μὲν ἐν τοῖς μυσι τοῖς πωελώδεσι, ἔπειτα καὶ ἐν ταῖς πίναις, οἱ χαλκίδιοι πωνοθήραι, γίνονται ὅ καὶ ἐν τοῖς ἰνέσι, καὶ ἐν τοῖς λιμνοσπείοις, αὐξήσιν ὅ ἔδεμίαν ἔτοι ἐπίδηλον λαμβάνουσι. Φασὶ ὅ ἀλλοὶ οἱ ἀλιεῖς ἀμφοτέρωθεν γινόμενοι. Innascuntur in testaceis quibusdam cancri albi, omnino parui plurimi quidem in mytulis foliatis, tum in pinnis quos pinnoteris vocāt. Quinetiam in pectunculis atque ostreis, verum nullum ij conspicuum capiunt incrementum. Piscatores aiunt canculos istos vnā cum illis quorum testam inhabitant nasci. Athenæus in pinnis & conchis margaritifera nasci ait, cuius locus emendatiùs quàm in vulgaribus codicibus legi hoc modo potest. Οἱ δ' ἀν πείραις ἢ ἀσιλάσι προσφύουσι, ἐξ ὀβελώσι, καὶ τὰ αὐτὰ ἐνδοσιν ἢ μαργαρίτιν γενῶσι, ζῶσι ὅ καὶ ζέονται διὰ τὸ πωροσφύκτος τῆ ἄρκι μέρας, τὸ τὸ συμπεφυκε τῶ τὸ κόνυ τὸ φέροντι χηλὰς ἔχου, καὶ νομῶ εἰσφέρου ὅ δὴ ἔστιν ἐοικὸς καρκίνω μικρῶ, χαλκίδιον πωνοφύλαξ. Pinna quæ petris aut saxorum cauernis adhæserint radices agunt, illic margaritam generant. Viuunt autem & nutriuntur per partem carni hærentem. Huius autem conchæ ori adnascitur animalculum chelas habens, & cibum assumens, quod cæcro paruo simile est, & vocatur pinnophylax. Dicam quod sæpissime vidi. Cancrj parui qui in ostreis reperiuntur, minores sunt, parua scilicet fabæ magnitudine, toto corpore candidi præterquam in pronæ crustæ medio, quod rubescit. Qui in pinnis reperiuntur, maiores sunt, & magis rubri quàm albi sunt, alioqui chelis pedibus, toto denique corpore tum inter se tum aliis omnibus cancris similes: à cancellis autem differunt, quod parui cancri viuientium pinnarum & ostreorum hospites sunt, cancelli inanes duntaxat testas & turbinatas subeunt, suntque longo corpore locustis non cancris simili. Cur cancelli in alienis testis habitent, antea causam exposuimus, nunc de cancris paruis idem faciendum. Sunt qui miram bestiolæ hac in re prudentiam extollunt, inter quos Oppianus. Quum, inquit ostrea testas aperit, ut limum & aquam ad vitam sustinendam hauriant, cancer lapillum chelis arreptum in testas medias immittit, quo à claudendis testis cum ostrea impediuntur, cancer ingressus epulatur illic, & eorum carnem depascitur.

Lib. 2. ἀλιεῖς τικῶν.

Ὀστrea μὲν κληῖδας ἀνασπλήξασα θυρέζων
 Ἰλὺν λιχμάζοντα καὶ Ἰδατος ἰχθυόωντα
 Πέσεται ἀγκύνησιν ἐφήμια πέτρασιν.
 Καρκίνος αὖ ψιδά παρὰ ρηγιῖνος ἀείρας,
 Λέχθιος ὀξείησι φέρει χηλῶσι μεμπαρῶσι,
 Λάθρη δ' ἐμπελάει, μέσσω δ' ἐνεθήκατο λάδω
 Ὀστrea, ἐνθεν ἔπειτα παρήμενος εἰλαπιδνάει

δαμ

Δάτρε φίλιω, ὅ δ' ἀρ' ἔτι καὶ ἰεμῶν ὡς ἐρεῖσαι
 Ἀμφιδύμωσ πλάστρησ ἔχοι οὐδένος, ἀλλ' ἴω ἀνάγκησ
 Ὀγρέ), ὄφρα θάμνητε, καὶ ἀγροτῆρα κρέσση.
 Sed hoc fabulosum esse puto: nunquam enim mytulos, pectines, pinnas, ostrea in quibus sunt cancri, arrosa vlla ex parte reperias. Aliiter Plinius qui scribit cancrum dapis affectatorem, pinnae in capiendis pisciculis auxilio esse, & communi præda communiter cum pinna vesci: quem locum capite de cancello citauius, item Athenæi locum illi planè similem. Oppianus quoque scribit pinnam in magnis testis esse imbecillam sine mente, sine astu, sed hospitem cancrum excipere, à quo nutriatur & custodiatur, vnde pinnophylax vocatus est. Quum igitur piscis testam subit, pinna morfu à cancro admonita, testā claudit, prædāque communem depascitur.

Lib. 2. ἀλιεῖς τικῶν.

Ὀστρακον αὖ βυθίας μὲν ἔχει πλάγης, ἐν ὅ οἱ ἰχθῶσ
 Πίνη ναίεται κελκημῶσ, ἢ μὲν ἀνάγκησ
 Ουτέτι μητίσασ ἐπίσασ), ἔτέτι βέξασ.
 Ἄλλ' ἄρα οἱ ξυθῶνε δόμον, ξυθῶντε χαλκὸσφίλω
 Καρκίνος ἐνομή, φέρβει δὲ μιν, ἢ ὅ φυλάσσει,
 Τὸ καὶ πωνοφύλαξ κικλήσκει), ἀλλ' ὅτε κόνυ καὶ
 Ἰχθῶσ ἐνδον ἴκει), ὅδ' ἰ φρονέσασ ἀμύξασ
 Δήγμω κερδαλέω πίνησ ἔλεν, ἢ δ' ὀδυνησιν
 Ὀστρακον συμπαζέγασε, καὶ ἐνδοθεν ἔφρασται ἀγρῶ
 Αὐτῆ τ', ἢ δ' ἔτρασ, ξυθῶν δ' ἀμφο δειῶνοι ἔλοντο.

Sed hæc omnia fabulosa esse, inde necessariò efficitur, quod neq; pinna, neque mytuli, neque ostrea piscium carne pascantur, sed aqua tantum & luto. Quod ab his autoribus cancro paruo tribuitur: idem à Cicerone squilla parua, sic enim καρκίδιον Aristotelis interpretatur, quæ squilla parua etiam in pinnis reperitur, quæ admodum & cancer paruus testibus Aristotele & Plinio, vt capite de cancello docuius. Ciceronis hæc verba sunt LIB. I. I. de Natura deorum. Pinna verò (sic enim Græcè dicitur) duabus grandibus patula conchis cum parua squilla societatem inire cõparandi cibi. Itaq; cum pisciculi parui in concham hiantem innatauerint, tum admonita à squilla pinna morfu comprimit conchas, sic dissimilimis bestiolis communiter cibus quæritur, in quo admirandum est cõgressu ne aliquo inter se, an iam inde ab ortu natura ipsa congregata sint. Quæ eadem ratione falsa esse conuincuntur, qui enim cibo eodem vesci possunt squilla parua & pinna, cum squilla pisciculorum carne, vt crustata omnia viuant, pinna verò nullo modo, sed aqua tantum & luto? Cur igitur in pinnis & ostreis cancri parui reperiuntur? Quia cum omni generi animalium à natura tributum sit, vt se vitam que tueantur, vt pastum & latibula quarant, cancri parui molliore testā testis: & ideo inu-

riis magis opportuni concharum caua subeunt, vt illic tanquam in specubus & antris tutius degant. Quare non solum in testis, sed etiam in spongiarum cauernulis, in saxorum rimis, in externis testarum, quibus ostrea recta sunt, cauis sapissime cancris paruos reperi. Nec immeritò dubitat Cicero congressu ne aliquo inter se iam inde abortu naturâ ipsa congregata sint. Piscatores, inquit Aristoteles, cancris paruos nasci confirmant, vnâ cum illis, quorum testam inhabitant. Athenæus de cancris & pinnis loquens: *Φασί δὲ ὡς καὶ τῶν ἰχθύων ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀλλοῖς, ὡς ἀν' ἐξ' ἐνὸς σπέρματος γίνεσθαι.* Aiunt quidam pinnas & cancris paruos simul generari, & tanquam ex eodem semine fieri. Ego verò cum cancris paruos in pinnis & ostreis sapissime ouis turgētes viderim, affirmare audeo non sponte ex limo aquaue vt testacea, sed ex coitu maris & scemina, & ex ouis prouenire. Quare vel in testis pariunt, vel statò tempore testas egrediuntur, & coeundi & oua pariendi gratia. Haetenus de cancris paruis. Nunc quedam de iis dicemus, quæ vniuersè ad cancrorum omniū actiones & mores pertinent, eorūque in medicamentis vsus, vires ac facultates. Quo pacto coeant cancri, sic docet Aristoteles: *Οἱ δὲ καρκῖνοι καὶ τῆς πρόσθεν ἀμύλων (κυδουάρον), καὶ ἐπιχαλύμμοιο καὶ πλυχόδιον πρὸς ἀμύλα. Συμβάλλουσι. πρῶτον δὲ οὗ καρκῖνος ἀναβαίνει ὁ ἐλάτιον ἐκ τῶν ὀπισθεν, ὅταν δὲ ἀναβῆ ἔτιος, ὁ μείζων πλάγιος ἐπιστρέφει. Ἄλλο μὲν οὐδ' ἔστιν ἢ θήλα καὶ ἀφ' ἑνὸς διαφέρει. Τὸ δὲ ἐπιχαλύμμοιο μείζον, καὶ μείζον ἀφ' ἑτέρου ἐστὶ τὸ θηλείου, καὶ μείζον ἐπιχαλύμμοιο, καὶ ἢ πλεονέκτου ἐξέρχεται. μείζον δὲ ἔστιν ὀπισθεν πρῶτον θάτερον εἰς θάτερον, id est, Cancris partibus posterioribus inter se coeunt, opercula illa rugosa mutuò componentes. Primum cancer minor ab auerso superuenit, tum maior vbi ille superuenerit, conuertit se in latus. nulla alia remas à scemina differt, præterquam operculo, quod in scemina maius est, magis disiunctū à corpore & densius contractum, in quò oua pariunt, & quæ excrementa excernunt, partem autem nullam alter in alterum immittit. Quam nos caudam appellauimus, quæ ex tabellis manifestè constat ἐπιχαλύμμοιο πλυχόδες vocat, quia corpus posteriore parte integit, nec in pinnas desinit, nec extenditur ad natationem. Cancris enim magis ingrediuntur quàm natat, etiam si aquatiles sint. Cum verò cetera animalia & quadrupedes, & multipedes per diametrum, vel in anteriora moueantur, cancri per transfuersum & in latus progredi videntur. Sed quonià oculis semper prior siue anterior pars ad iter designatur, quia in priore animantis parte siti sunt oculi, cancri in anteriora reuera progrediuntur, ad eam semper partem ad quam oculi, tendentes nobis verò in latus ferri videntur, quia oculi membra imitantur, quæ in latus, si ingressus nostri vel aliorum animalium rationem habeas, progrediuntur. Rectè igitur Plinius: Cancris in pauore etiam retrorsum parivelocitate redeunt*

Lib. 3.

Lib. 5. de hist. cap. 7.

is

is autem motus ei qui sit antrorsum ex diametro opponitur. Crustata omnia aquam marinam ore excipiunt, inquit Aristoteles, sed cancri exceptam oris parte exigua reiciunt, qua de causa circa cancrorum os spuma apparet, ex aqua & aere vnâ cum aqua hausto attractu & reiectu agitat, locustę per branchias, quas maiores habent, transmittunt. Cancris in ciborum penuria à suo genere non abstinent, quod si quis procul amandare velit, eos ita disponat oportet, vt alteri in alterum impetum faciendi potestas nulla sit: sunt igitur cancri ex pampagorum genere, siue marini sint siue fluuiatiles, siue inter hos medij, qui scilicet in stagno marino nascuntur & degunt. Cancros ceruis à phalangio demorsis prodesse scripsit Aristoteles, atque etiam homini sed non sine fastidio, de quibus autem intelligat non adscripsit: æquales enim omnium cancrorum vires esse negant, vt marinos ad canis rabidi morsum non valere sunt qui affirmant. At Dioscorides existimare videtur in fluuiatilium penuria illos substitui posse, sed minore efficacia. Cancrorum, inquit, fluuiatilium exustorum cinis, qui duo cochlearia expleat, adiecto dimidio radicis gentianæ modo triduo potus cum vino, magnopere prodest canis rabiosi morsibus. Rimas pedum sedisq; perniunculos, carcinomata cum decocto melle læuit, triti crudi, potique ex asinino lacte auxiliantur contra serpentum phalangiorumque morsus atque scorpionū ictus, decocti autem & cum iure esitati, iis profunt qui tabe conficiuntur, aut leporem marinum hauserunt, necant scorpiones triti, & cum ocimo admoti. Possunt eadē marini, verum omni inefficaciùs præstant. Est & apud Galenum LIB. XI. de simplic. medicamen. facult. ex cancrorum fluuiatilium cinere compositum medicamentum, cui thus adicitur à Dioscoride omissum aduersus canis rabiosi morsum, & eadem mala quæ Dioscorides recensuit. Plinius. Cancris fluuiatiles triti potiq; ex aqua recentes, seu cinere adseruato contra venena omnia profunt, priuatim contra scorpionum ictus cum lacte asinino, vel si nō adsit, capri- no, vel quocunque. Addi & viuum oportet. Necant eos triti cum ocimo admoti. Eadem vis cōtra venenatorum omniū morsus, priuatim scytalem & angues & contra leporem marinum, ac ranam rubetam. Cinis eorum seruatus prodest pauori, prodest periclitantibus ex canis rabiosi morsibus. Quidam addunt gentianā, & dant in vino. Nam si iam pauor occupauerit, pastillos vino subactos deuorandos ita præcipiunt. Decem verò cancris cum ocimi manipulo alligatis, omnes qui ibi sunt scorpiones ad eum locū coituros dicunt magi: & cum ocimo ipsos cineremve eorū percussis imponunt. Minus in omnibus his marini profunt, vt Thrasylus autor est. Nihil autem æquè aduersari serpentibus quàm cæcos, suesq; percussas hoc pabulo sibi mederi. Quū sol sit in cancro, torqueri serpentes. Plura leges apud Plinium &

Lib. 4. de hist. cap. 2.

Lib. 9. de hist. cap. 5.


Lib. 2. cap. 10.

Lib. 3. cap. 5.

Lib. 3. c. 4. 10. medicos ex cancriis fluuiatilibus & marinis sumpta remedia, quæ scientes omittimus, hoc vno dempto. Cancris fluuiatiles, inquit Plinius, illiti, vel marini pilos in mamma, vel muricum carnes appositæ tollunt. Hic enim locus me impellit, ut quod sentio dicam, de morbo quæ mulierum māmīs accidere scribit Aristoteles, vocatq; *τερχίαν*, Gaza malum pilare interpretatur, de quo morbo Plinium hic loqui maximè verisimile est. De eo verò sic Aristoteles. *Ἄπυς ὁ μαστός Γυφός ἐστὶν ἕτως, ὡςτε καὶ ἐν τῷ πόρῳ λαβῶσι (ῥίχα, πόνος ἐγὶνέ) ἐν τοῖς μαστοῖς, ὁ χυλός (τερχίαν, ἕως ἀν ἢ αὐτομάτη ἐξέλθῃ θλιβομένη, ἢ μὲν τὸ γόλακτος ἐκθῆλασθῆναι.* Quæ sic conuertit Gaza vbera tota ita fungosa sunt, ut si in poculo forte pilum hauserit mulier, dolor moueatur in mammis, quod malum pilare appellāt, nec sedatur donec pilus vel pressus exeat fronte, vel cum lacte exugatur. Ego verò malū ex pilo hausto fieri nullo modo posse cōtendo, etenim planè repugnat anatome. nā pilus haustus per ventriculum in intestina delabitur, & inde per anum cum excrementis reliquis egeritur. Quī enim pilus per venas mesaraicas, & ex his per tot hepatis exiguos ductus & mēāros in cauam venā, à caua vena ad axillares venas, ab iis ad māmās penetrare possit? Vel si illuc permearit, cur nō per venas in papillā desinētes potiùs delabitur, vel suctu extrahitur, cum hæ multò latiores sint mediis, idq; sine dolore. Quare cum huiusmodi malum māmā infestat, id non ex pilo hausto oriri puto, sed ex vermiculo paruo capilli specie, ex pituitosioris & putrescentis sanguinis copia generato, qualem equidē aliquando vidi ex nobilis & spectatissimæ scēminæ māmā natum. Huiusmodi capillares vermiculos aliquando mihi in vrina ostendit excellentifsimus medicus præceptor olim meus Gilbertus Griffius, qui facillè parum aduertentes latuissent, huiusmodi etiam sæpe reperi in fontibus, quarum aqua crassa est & viscida, nigros, pedem vnum longos. Fiunt vermiculi etiam in dentibus, in auribus, in intestinis, in vlceribus sordidiss. Vidimus etiam è cute vermiculum eductum. Narrabo aliud cuius non ipse solū sed etiā multi spectatores vnā fuimus. Laborauit iuuenis brachij dolore annos aliquot, qui secundum longum sentiebatur, & tumorem excitauerat, factūq; est tandem abscessus quo scalpello diuiso, acicula erugine obducta, forficulis inde educta est, eam ex iis qui aderant nonnulli à puero vnā cum cibis deuoratam fuisse credebāt, tandēmq; illuc penetrasse, quod fieri non potuisse arbitror. Ego in ea re aliud conicere non potui, quàm puerum dum petulantius lasciuiret, vel procaciùs colluderet, brachio in aciculā impigisse, idque sine dolore, quemadmodum in ira vel magna animi cōtentione, mente alio spectante dolor statim non sentitur, tum quia aruginem acicula contraxisset vi siccandi præditam, progressu tamen temporis dolor excitatus est, factūque abscessus.

De Aran

De Aranea.



CAPUT XXVI.

INTER Crustata est ὁ ἀράχνης, id est, araneus vel potiùs aranea, ut ab araneo Plinij distinguatur. Aristoteles illius meminit in cancelli descriptione: *Τὴν δὲ μέρφω ὡς μὲν ἀπὸ δὲ εἰπεῖν ὅμοιον ἐστὶ τοῖς ἀράχνης πάλω δὲ χεῖρω τὸ κεφάλῃς ἢ τὸ θώρακος μείζον ἔχει ἐκείνης.* Forma ut breuiter dicam, similis araneis est, nisi quòd partem capiti & pectori subiectam araneo maiorem habeat. Quæ araneæ nostræ optimè quadrant: parte enim priore cancellis similis est, capite magis exerto quàm reliqui cancri, in acutum desinente, oculis prominentibus, inter quos cornicula duo protenduntur. Brachia forcipata habet longissima, pedes octo longissimos pro corporis exigua magnitudine, à quibus araneæ nomen datum puto. Corpore est tenui pellucido, & ob paruitatem reicitur.

De Pulice marino.




CAPUT XXVII.

VM Maris purgamentis aliquoties reperi bestiolam tenui crusta intectam, quam hic depinximus, quæ facie homunciones ridiculè pictos vel simiam representat: aliis partibus locustæ similis est, in cauda appendiculas habet locustæ & squillæ modo. tam exigua est ut particulæ corporis nisi ab oculato discerni possint, ob paruitatem negligitur. Hanc puto esse *ψύλλον θαλάσσιον*, id est, pulicem marinum, de quo Aristoteles, quum de piscium somno agit. Pisces vel manu facillè caperentur dum dormiunt, nisi à pediculis & pulicibus vexarentur. Nunc verò si somnū diutius capiāt, noctu ab innumera multitu-

Lib. 4. de hist. cap. 10.

dine illarum bestiolarum occupati absumuntur. Gignuntur eæ in profundo mari tanta fecunditate, vt escam ex pisce confectam, si diu in imo manserit, totam corrodant, atque piscatores sæpe escam demissam glomeratis vndique his bestiolis perinde vt globum recipiunt.

De Pediculo Marino.



CAPUT XXVIII.

RE P O N E N D V S Erat inter insecta pediculus marinus, sed quia cum pulice conspirat ad infestandos pisces, & tenui crusta integitur, ideo de eo hic dicendum duximus. A Græcis vocatur φθειρ θαλάσσιος, qui duplex est apud Aristotelem: vnus, qui in mari, quod est à Cyrena ad Ægyptum circa delphinum est, qui omnium pinguis fit pabuli copia, quæ delphini opera suppeditatur. Alter pediculus est, quem hic depinximus, maioris fabæ magnitudine & latitudine, scarabeo terrestri similis, corpus ex aliquot tabellis, veluti locustæ, vel squillæ cauda constat, ante os duo cornua breuia habet, vtrinque pedes multos, incuruos, in acutum desinentes, piscibus ita hæret, vt eripi non possit, sugit vt hirudo, nec prius abscedit, quam tabidum & exuccum piscem reddiderit, reperitur ceruici mugilum, luporum, & saxatilium piscium affixus. Hunc pediculum marinum esse Aristotelica descriptio aperte indicat: Εν τῷ τῆς θαλάσσης γίνουσι μὲν ἐν τοῖς ἰχθύσι φθείρες, ἔτι δὲ ἐξ ὕδατος τῶν ἰχθύων, ἀπὸ τῆς ἰλύος, εἰσι δὲ τῆς ὕλης ὅμοιοι τοῖς ὄνοις τοῖς πολύποδι, πολλὰ δὲ ἔχουσι πλάτεια. In mari sunt piscium pediculi non ex piscibus ipsis, sed ex limo generati: sunt autem aspectu asellis multipedibus similes, nisi quod caudam latam habeant. Qui igitur ὄνις, qui Latine multipedæ dicuntur, quæ sub aquario vase stabulantur, cognouerit, facile ex earum specie pediculum marinum agnoscat. Vnde perspicuum fit turpiter hallucinatum fuisse autorem lib. de aquatilibus, qui pediculum marinum asillum siue œstrum Aristotelis appellauerit, quem asillum Aristoteles statim post pediculum longè diuersum describit: Τισὶ δὲ τῶν θυνῶν οἴστρος μὲν γίνεται μὲν περὶ τὰ περιέρματα, ἔτι δὲ ὅμοιος τοῖς σκορπείοις, καὶ δὲ μέγιστος ἡλίον ἀράχης. Asillus sub quorundam thynnorum pinna oritur,

Lib. 5. de hist. ani. cap. 31.

Ibidem.

tur, specie scorpionis, aranei magnitudine. Si asillus scorpioni similis est figurâ, vbi in asilo tuo ea representatur: vbi cauda longa & stricta? vbi in eodem aranei magnitudo? Hac aperte conuincunt te neque asillum vnquam vidisse, neque traditam ab Aristotele eius descriptionem diligenter legisse. Sed de asilo aliâs, cuius veram effigiem in orcyo depinximus supra branchiarum pinnam, quia sub pinna videri non potuisset. Vocant in mari pediculos, inquit Plinius, eosque tritos instillari ex aceto auribus iubent. Et paulò post Rigor ceruicis mollitur cum marinis, qui pediculi vocantur drachma pota. Ego eorum cinerem ad vlcera capitis manantia valere sum expertus.

Lib. 32. cap. 7. Cap. 8.

De Echinis.


CAPUT XXIX.

DEBITARI Non immeritò possit, inter crustaceane, an inter testacea numerandi sint echini: nam eos inter testacea Aristoteles recensuisse videtur, quum scribit: Τὰ δὲ ὀφραχόδερμα τῶν ζώων οἷον οἱ τε χοχλίας, καὶ οἱ χόχλοι, καὶ πάντα τὰ κελύμενα ὄστρεα, ἔτι δὲ τῶν ἐχίνων γένος, &c. Plinius verò inter crustata, cum enim de cancris & locustis dixisset, subiunxit. Ex eodem genere sunt echini, &c. quamquam non nesciam Massarium horum genus ad exanguium genus, de quo multò antè Plinius, referri voluisse, sed ad propinquius crustatorum genus rectius mihi referri videtur. Si enim horum integumentum propius inspicias, non durum neque filiceum sed fragile potius crusta tenuioris modo esse iudicabis. Sed quilibet ad vtrum voluerit genus referat pro arbitrio. Vt vt res habeat, de his commodè isto in loco dicetur, post reliqua crustata, antequam ad testacea aggre diamur. Dicitur ἐχίνος, ἀπὸ τῆς ἐχίνου ἐως, τῶν ἀρκῶν ἀφαιρῶν ὄστων, vel per antiphrasim, ἀπὸ τῆς μὴ δυνάμεως ἔχειν διὰ τῆς ἀκαλύθας, ὡς ἀκράτητος, quòd teneri ob aculeos nõ possit. Duplex est echinus terrestris & aquatilis, terrestrem Gaza erinaceum conuertit, aquatilis nomen Græcum retinuit, Plinium opinor secutus, qui echinum appellat. Vocantur echini à nostris *ursins*, corrupto ex erinaceis vocabulo, ab aliis *castagnes de mar*, quòd veluti castaneæ echinato calyce cõtecti sint. A Massiliensibus *ursins* & *doulcins*, qui sint edules, etiam si dulces non sint, sed falsi & subamari, maiores quique edendo non sunt *rascastes* ab iisdem appellantur. Hos nostri *migranes* vocant, quia cum detriti aculei deciderint, putaminibus malorum punicorum similes sint. Germanis dicuntur *meerigel*, Hispanis *erizo di mar*. Liguribus *zinzin*. Omnibus crusta est tenuis, vndique spinis siue aculeis armata, qua

DD

pro pedibus sunt. Ingredi est his in orbem volui, itaque detritis saepe aculeis inueniuntur. Omnes carnem intus nullam continent, sed nigra quaedam vice carnis, sunt in omnibus oua, sed nonnullis exigua, nec cibo apta. Alij nigricant, alij purpurei sunt. Ampliorem partium descriptionem in singulis trademus.

De Echino ouario.



CAPUT XXX.

RIMVM Echini genus, quod cibo idoneum est, in quo oua multa & magna sunt, esculentaq; , non solum in maioribus sed etiam in minoribus: statim enim parui ouis pleni reperiuntur. Ab ouorum multitudine & magnitudine ouarium hunc echinū appellat Hermolaus. Forma eius in rotunditate conglobata est, dempta vna parte parum compressa, in qua os est rotundum quinque dentibus incuruis intus cauis, & in idem punctū coeuntibus munitum: ij quinque maxillis internis conexi sunt, quae ab ore intus erectae, ex acuto in latū tendentes & ambienti calyci non continuæ, tam mirabili stupendoque artificio sunt constructæ & cœlate, ut nihil sit in toto mari elegantius spectatūq; iucundius. Quinque igitur sunt officula per symphysum cōiuncta, quor

quorum suprema pars latior rosæ pictæ figuram representat: ex ea dependent quinque alia officula minora, tenui membrana alligata, id totum est quod comparat Aristoteles: τῶν λαμψήναι μὴ ἔχοντι δὲ κύκλω δέσμα, id est, laternæ quæ pellucida aliqua pellicula siue membrana circumdata non sit. Inter dentes interna caruncula quaedam est, quæ linguæ vice est, mox iungitur gula quæ in intestinum desinit, lōgum per testam stellatim dispositum, eius tenuibus fibris suspensum, tandem in paruum foramen terminatur, quod foramen ad egerenda excrementa destinatum est, ex aduerso oris situm, ita ut os in terram versus sit, excremētū foramē supra habeatur passus enim ex imo petitur, unde sit ut os ad passum sit versus, excremētum verò superius parte prona testæ contineatur, excrementa rotunda sunt exiguarum pilularum instar. Qualis intestinorū, talis ouorum ordo est. nam inter nigrum id quod carnis vice est & intestinum oua flaua cernuntur, quæ sola eduntur cruda, orique grata sunt etiam si salsa & subamara sint. Sunt quidem omnibus echinis oua, inquit Aristoteles, sed nonnullis exigua nec cibo apta nisi in hoc echino. Et alibi. Omnia testacea vere & autumno oua habent, echini vero edules his quidem temporibus euorum copia abundant, sed & omni alio tempore habent, nec unquam iis carent, ac maximè pleniluniis diebusq; tepidis restituuntur, reddunturque pleniores. Testa tota intrinsecus foraminibus paruis plena est, per quæ mouendi facultatem nerui aculeis suppeditant, extrinsecus in exigua tubercula eriguntur aculeorum cotylen excipientia, vinculo, membranula scilicet obligata, ut in orbem moueri possint. Talis radij cum brachio articulatio. Aculeorum igitur caput cauum est, crassius, & in acutum illi desinunt. His in gyrum mouetur. Hoc est admirandum Dei opt. max. in hoc animante opificium, quod ut clarius perspiceretur, superiore locum echinum integrum, inferiore dissectū in partes duas depingendū curauimus, ut quātūm picturā planā assequi pictor potuit, internæ huius echini partes intelligi possent. Tradūt sequitiā maris echinos prælagire, correptisq; operiri lapillis, mobilitatemq; pōdere stabilientes, nolūt volutatione spinas atterere. Quod vbi videre nautici pluribus ancoris nauigia infranant. Vescuntur aqua, luto arena. Maiore ex parte quum viuunt purpureo sunt colore, in mortuis floridus color euanescit. Ab aculeorum quibus obducti sunt asperitate ortum est prouerbium ἐχίνος σαχύτερος, id est, echino asperior, in hominem intractabilem & insuauius moribus dictum, metaphora ducta est à marino, & à terrestri. vterq; enim asper est, sed marinus toto corpore asper, terrestris non item. Est & aliud ab his prouerbium, Πενὶ δὲ δύο ἐχίνοι εἰς φιλίαν ἔλθοιεν, ὁ μὲν ἐκ τῆς θαλάσσης, ὁ δὲ ἐκ χέρσου. Prius echini duo inierint amicitiam, alter è mari, alter è terra, de iis qui moribus ac studiis inter se sunt, ita dissiden-

Lib. 4. de hist. anim. cap. 5.

Ibidem.


Lib. 4. de hist. anim. cap. 11.

tes, vt nulla spes sit aliquando necessitudinem inter eos coituras. Olim ante cœnam echini integri & crudi cum ostreis spondylis, pctunculis apponebantur, quia horum succus aluum ciet. Vnde Athenæus ex Demetrio scepsio festiuam narrat historiam de eo qui echinos integros deuorare voluit. Laconem ait ad cœnam vocatum apofitis echinis, qui quomodo edendi essent cum ignoraret, ac quomodo alij ederent non animaduertit, vnũ in os immissum cum testa, dentibus comminuit, & stridere fecit. Cum igitur miserè os discruciatetur ob duram cibi asperitatem. O sceleratum, inquit, edulium, neque nunc te omittere emollitum, neque posthac vnquam sumpsero. Nostri lapide testam frangunt, & flauam siue croceam partem, id est, oua edunt. Olim ex mulso & garo subducendæ alui gratia deglutiebantur, vrinam etiam mouent. Crusta in medicamentis utilis est. Nam vt scribit Galenus, Erinacei vtriusque tam marini quàm terrestris corpus vstum cinerem, efficit facultatis tum detergentis, tum degerentis, tum detrahentis. Itaque eo quidam ad excrescentia, & ad sordida vsi sunt vlcera. Ad capitis vlcera manantia valere expertus sum, & ad eadem Paulus Ægineta commédât. Ex iisdem cineribus fiunt dentifricia sicca, aut melle scillitico excepta. Plinius tradit echinis viuientibus tuis, & in vino dulci potis egregiè profluua purgari.

Lib. 11. de facu. simp. med.

Lib. 32. ca. 10.

De Echino spatago & Brisso.



CAPUT XXXI.




ECVNDI Et tertij generis echinorum breuiter Aristoteles meminit his verbis. Ἄλλα δὲ δύο γένη τῶν αἰατῶν καὶ τῶν χαλκιδίων βελίων, γίνουσι δὲ ἔτοις πηλάγοις, καὶ ἀνάμοις. Secundum ac tertium echinorum genus, spatagi & brissi, quæ genera pelagia sunt, ra-

raque

raque inuentu. Ex his Aristotelis verbis, neque ex vlllo alio autore veterere notas aliquas colligere possis, quibus hos echinos ab aliis differre intelligas. Sed cum echinum, quem hinc exhibemus, pelagium & inuentu rarissimum esse certò sciam, qui ab echinometre, echini ouarij, echini parui, notis à veteribus traditis facilè distinguatur, non dubitauit pro spatago vel brisso proponere. Hic igitur echinus siue spatagus, vel spatangus (vtrouque enim modo legitur) siue brissus minus rotundus est, quàm superior à cordis figura non valde recedens, aculeis paruis & raris septus, altera parte in qua scilicet os est magis planus quàm superior. Os dentibus caret, verùm maxilla inferior superiore prominentior est, ad hauriendum aquam, arenamque accommodata: his enim & luto vescitur. In interiore testa nulla talis spectatur fabrica, qualem in echino ouario descripsimus, sed est intestinum conuolutum, aqua & arena plenum, neque oua, neque nigrum illud continet, quod carnis loco est.

De Echinometra.



CAPUT XXXII.




VARIVM Echinorum genus echinometram numerat Aristoteles, quasi matrem aut matricem dicas echinorum, inquit Gaza, quanquam sciendum est, in hoc genere marem à femina non distingui: neque enim ex semine vel ex ovo generantur, sed sponte oriuntur, vt ostracoderma. Echinometras magnitudine ab aliis omnibus distinguit Aristoteles: ἔτι αἱ ἐχνομήτραι χαλκιδίαι μεγέθει πηλάγων μέγισται, sed hanc magnitudinem non ad corpus siue calycem, verùm ad spinas refert Plinius, quum scribit. Ex his echinometra appellatur, quorum spinæ longissimæ, calyces minimi, cuius sententiam Gyl-

Lib. 4. de hist. anima. cap. 5.

DD 5

lius Aristotelis sententiæ præfert his verbis. Aristoteles dicit echinometras ceteros magnitudine calycis superare. Plinius Echinometras spinis longissimis, & calycibus minimis descripsit, quod ipsum mihi verosimilius videtur, cum ab aculeis nomen omnes echini traxerint, rectius nominantur echinometre, qui aculeorum proceritate præstant, quàm ob magnitudinẽ calycis. Ego verò à corporis siue calycis potius quàm aculeorum proceritate echinometras dici existimo. cur enim echinorum matrem vel matricem ab aculeis longis nominassent veteres, cum sit aliud quintum scilicet genus paruo calyce spinis longis durisque: hoc quidem genus pro echinometra vsurpasse videtur Plinius & cum secuti contrà Aristotelis mentem, cum perspicuè vtrunq; genus separet. Quare Aristotelem hinc sequendum cenleo ex quo sua transcripsit Plinius. Illius igitur echinometram hinc exhibeo, qui magnitudine reliquis præstat, adeo vt ambabus manibus quaquaersum extensis capi vix possit, aculeisq; est mediocribus. Internæ partes ovarii echinis similes sunt, demptis ovis siue flava illa parte eduli, quæ exigua est & planè exucca.

De Echinorum quinto genere.



CAPUT XXXIII.

Lib. 4. de hist.
cap. 5.



QVINTVM Echinorum genus id est quod saxo inhærens repræsentamus, calyce paruo spinis longis pro corporis ratione, & duris, quo ad vrinæ destillationes felici successu sum vsus, vnde affirmare non dubitamus id esse quintum echinorum de quo sic Aristote-

les. Genus item aliud est minutum spinis longis, prædurisque, gigni in alto gurgite solitum, quo nonnulli ad stillicidia vrinæ medicamento vtuntur. Aristoteles autor est echinos alios nasci, circa Toronem, qui candidi sunt, & spinis, & testa, & ouo, augentur forma productiore quàm cæteri, spina iis parua, nec rigida sed mollior, nigra autem illa ori applicata, plura à sese disiuncta, & ad foramen exterius coëuntia.

Haftenus, studiose Lector, quæ ad vniuersam piscium omnium cognitionem valde conferunt, primum executi sumus, deinde sigillatim de piscibus marinis permultis diximus, singula eorum genera singulis libris complexi, ab iis qui sanguine præditi sunt, ad eos qui sanguine vacant progressi: horum cum quatuor sint genera, de duobus tantum diximus, scilicet de mollibus & crustatis: supersunt igitur duo quæ ὀστρακώδερμα, id est, testacea, & ἔντομα, id est, insecta vocantur, quæ cum aliis ad integram piscium historiam omnino absol-

uendam necessariis propediem *ὧν ὅσα* edentur. Interim his frui, quæ magno studio & labore, magnis sumptibus, multis vigiliis conquisita & cognita tibi candido animo & liberaliter impertimur.

§

Τέλος *ὧν ὅσα*.

L V G D V N I,
Excudebat Matthias Bonhomme.



INDEX RERVM COGNITV
NECESSARIARVM, QV AE
TOTO OPERE SPARSAE
S V N T.

A

A CANTHIAS	Acus Aristoteles pro serpente marino	
Gal. qua sit carne.	non rectè usurpata	409
pag. 374	Adulterorū pœna apud Athenienses.	262
Acanthia galei fœ-	Aër variè corpora immutat.	4
tus. 374	Aër cum aqua permistus.	101
Acanthia galei descriptio.	Aëre nullum animal perpetuò vivere	
373	potest.	93
Acanthia Gal. iecur oleū emittit.	Aëris inspiratione nonnulli aliquan-	
374	diu vixerunt.	21
A carnanis piscis descriptio.	Aetneus piscis proprium nomen non	
151	est, sed epitheton.	121
Acarnan quali sit succo.	152	
Acipenser paucorum hominum.	413	
Acipenser nō est ex squamosis piscib.	414	
Acipenser ovīs dorionis	414	
Acipenser quo tempore fuerit in precio	apud Romanos: & quo tempore lau-	
dari desit.	415. & 416	
Acipenser & elops diversi sunt pisces.	411	
Acipenser simplici c. scribendum in se-	cunda syllaba.	412
Acipenser cum coronis & tibiis in cœ-	nīs circumferebatur.	413
Acipenseris descriptio.	413	
Actio quid.	81	
Actiones piscium naturales.	83	
Actionum divisio.	82	
αγγλιν unde dicta sit.	527	
Acus prima descriptio.	228	
Acus qua sit carne.	228	
Acus secunda descriptio.	229	
Acus Aristotelis quomodo pariat.	229. & 230	
Acus cur dehiscente utero parit.	231	
	Acus Aristoteles pro serpente marino	
	non rectè usurpata	409
	Adulterorū pœna apud Athenienses.	262
	Aër variè corpora immutat.	4
	Aër cum aqua permistus.	101
	Aëre nullum animal perpetuò vivere	
	potest.	93
	Aëris inspiratione nonnulli aliquan-	
	diu vixerunt.	21
	Aetneus piscis proprium nomen non	
	est, sed epitheton.	121
	Alauda non cristata descriptio.	206
	Alimenta piscium.	16
	Alofa descriptio	221
	Ἀλφινταῖ incontinentes.	170
	Amia piscis non est qui lechia Romæ di-	
	citur.	241
	Amia reliqui pisces delectentur.	239
	Amia unde dicatur.	238
	Amiæ descriptio.	238
	Amiæ Pontum subeunt.	238
	Amiæ celerrimè auferunt.	239
	Amiæ quali sint succo.	239
	Anguille pura aqua viuunt.	21
	Anima quid Hippocrati	97
	Animalia an sine sanguine possint vi-	
	uere	468
	Anchias secundi generis & tertij.	191
	Anthias anthiam captum liberat.	190
	Anthias piscis cur sacer.	189
	Anthias qua arte euadat.	190

INDEX

<i>Anthia primi descriptio.</i>	189	<i>bus & piscibus.</i>	61
<i>Ardeæ & Ardeæ.</i>	216	<i>Arteria aspera in pulmones dissemina-</i>	
<i>Aphareus quid.</i>	246	<i>ta constructio à nullo hætenus re-</i>	
<i>Appendices circa os piscium.</i>	77	<i>Etè tradita.</i>	62
<i>Aphæris</i>	86	<i>Aselli piscis descriptio.</i>	274
<i>Aphæris ex spuma maris nascitur.</i>	209	<i>Aselli qua sint carne & succo</i>	274
<i>Aphya vidit ignem</i>	209	<i>Asellorum plura genera.</i>	273
<i>Aphya ad ignem.</i>	209	<i>Asini varij descriptio.</i>	279
<i>Aphya veneri sacra.</i>	209	<i>Astaci unde dicti</i>	338
<i>Aphya cobites ex gobionibus crea-</i>		<i>Astaci descriptio.</i>	339
<i>tur.</i>	210	<i>Astaci maris & femina nulli disci-</i>	
<i>Aphya cobites qualis sit.</i>	211	<i>men.</i>	638
<i>Aphya menidum & mugilum quid</i>		<i>Astacus non recte cammarus latinè</i>	
<i>sit.</i>	214	<i>dicitur.</i>	540
<i>Aphya mugilum quid sit.</i>	213	<i>Atherina unde dicta sit.</i>	215
<i>Aphya quod nutrimentu præbeat.</i>	209	<i>Atherina quomodo pariat.</i>	216
<i>Aphya phalerica descriptio.</i>	213	<i>Atherina qualis sit carne.</i>	216
<i>Aphya phalerica unde dicta.</i>	212	<i>Atramentum an sanguini proportione</i>	
<i>Aphya unde dicta sunt.</i>	207	<i>respondeat.</i>	500
<i>Aphya conglomerata natant.</i>	209	<i>Atramentu sepia & eius meatus.</i>	500
<i>Aphyarum honor oleum.</i>	209	<i>Augusti & Vespasiani dictum.</i>	468
<i>Aphyarum plura genera.</i>	208	<i>Anlopus piscis cur dicatur.</i>	192
<i>Aphyas quomodo Nicomedi regi re-</i>		<i>Aurata tarentina.</i>	117
<i>presentarit Apicius.</i>	209	<i>Aurata lucini lacus.</i>	117
<i>Apolectus pelamydis species.</i>	244	<i>Aurata piscis timidus.</i>	116
<i>Apri piscis descriptio.</i>	161	<i>Aurata arctè dormit.</i>	116
<i>Aqua marina pisces nutriuntur.</i>	19	<i>Aurata Ephesia.</i>	117
<i>Aqua pisces alij refrigerantur alij nu-</i>		<i>Aurata quali carne & succo.</i>	117
<i>triantur.</i>	17	<i>Aurata salita.</i>	117
<i>Aqua proprium piscium elementu.</i>	6	<i>Aurate & lupi in dulces lacus à ve-</i>	
<i>Aqua an nutriat.</i>	17	<i>teribus inferebantur.</i>	116
<i>Aqua marina inest humor dulcis.</i>	20	<i>Aurate partes internæ & externæ.</i>	
<i>Aquarum varietas piscium naturam</i>			116
<i>variè immutat.</i>	5	<i>Aurate usus in medicina.</i>	117
<i>Aranea marina descriptio.</i>	575	<i>Aurate quomodo capiuntur.</i>	117
<i>Araneus Plinij & araneus Aristote-</i>		<i>Aurate quo modo preparantur</i>	118
<i>lis longè diuersi pisces.</i>	302	<i>Auris constructio interna in hominibus</i>	
<i>Araneus piscis & draco idem.</i>	301	<i>& piscibus.</i>	49
<i>Aristotelis rationum refutatio quibus</i>		<i>Auriculis cur careant pisces</i>	50
<i>improbat veterum philosophorum</i>		<i>Aurium usus.</i>	49
<i>sententiam de respiratione piscium.</i>	99		
<i>Arnoglossi piscis descriptio.</i>	324		
<i>Arteria aspera constructio in homini-</i>			

B
Balena vulgo appellata carne piscium non nutritur. 83
Bal-

RERVM COG. NECES.

<i>Balana prima aqua & spuma maris</i>		<i>Cancelli descriptio ex Aristotel. e</i>	554
<i>tantum vescitur.</i>	485	<i>Cancellus cur in alienis testis habitet.</i>	557.
<i>Balanarum costa esse vulgo creduntur</i>		<i>Cancellus an in genere crustatorum an</i>	
<i>que maxilla sunt.</i>	486	<i>testaceorum reponendus.</i>	553
<i>Balanarum dux qui ex Oppiano, Ae-</i>		<i>Canicularum victus.</i>	383
<i>liano, Plutarcho.</i>	477	<i>Canicula dentium cinis.</i>	379
<i>Balena vera descriptio.</i>	482	<i>Canicula Aristotelis descriptio.</i>	380
<i>Balena nomine plures belua intelli-</i>		<i>Canicula oua qualia sint.</i>	380
<i>guntur.</i>	475	<i>Canicula oculi nebula obteguntur.</i>	377
<i>Balena quomodo olim caperentur</i>		<i>Canicula saxatilis descriptio.</i>	383
<i>480</i>		<i>Cancris parui cur in testis alienis habi-</i>	
<i>Balena quomodo capiantur in Aquit-</i>		<i>tent.</i>	571
<i>tanico sinu.</i>	480	<i>Cancris parui sponte non proueniunt.</i>	572
<i>Baludoxoptoi.</i>	340	<i>Cancris an in anteriora moueantur.</i>	572
<i>Batos & Batis cur dicantur.</i>	340	<i>Cancris sese mutuo deuorant.</i>	573
<i>Branchiarum in cartilagineis longis</i>		<i>Cancris marini an in fluuiatilium pe-</i>	
<i>situ.</i>	374	<i>nuria substitui possint.</i>	573
<i>Branchia piscium.</i>	63	<i>Cancris omnes in quibus conueniant &</i>	
<i>Branchiarum usus.</i>	63. & 64	<i>in quibus differant.</i>	559
<i>Branchiarum differentia.</i>	64	<i>Cancris mæ descriptio.</i>	560
<i>Belonius.</i>	423	<i>Cancris parui quibus in testis hospiten-</i>	
<i>Belenni piscis descriptio.</i>	214	<i>tur.</i>	569
<i>Belua marina in litus Magalonense</i>		<i>Cancris cordis figura descriptio.</i>	569
<i>aliquando eiecta.</i>	486	<i>Cancris cauda non carent.</i>	535
<i>Bos piscis cartilagineus.</i>	348	<i>Cancris latipedis descriptio.</i>	565
<i>Boops Mercurio sacer.</i>	136	<i>Cancris flauis descriptio.</i>	566
<i>Boops quali succo.</i>	137	<i>Cancris marmorati descriptio.</i>	566
<i>Boops peregrinus.</i>	427	<i>Cancris anonymi descriptio.</i>	567
<i>Boops descriptio.</i>	137	<i>Cancris Βραχυρρηξ descriptio.</i>	568
<i>Boops species dua.</i>	137	<i>Cancris an desit caput.</i>	32
<i>Boops an Βοοπη dicere oporteat.</i>	136	<i>Cancrorum paruorum descriptio.</i>	570
<i>Buccina saluant.</i>	87	<i>Cancrorum nomine pro genere crusta-</i>	
		<i>torum omnium usus est Plinius.</i>	534
		<i>Cancrorum genera plura.</i>	558
		<i>Cancrorum hirsutorum genera.</i>	568.
		<i>& 569</i>	
		<i>Cancrorum in medicina usus.</i>	573
		<i>Cancrorum coitus.</i>	572
		<i>Cancros paruos lapillum in testas</i>	
		<i>iniicere falsum est.</i>	570

INDEX

Canthari scaro & succus & preparatio.	122	Cetacci pisces in quo genere animalium sint.	ibid.
Canthari piscis descriptio.	121	Cetacei pisces in quibus conueniunt & distideant.	ibid.
Canthari piscis castitas.	121	Chelas habent pisces manuum vice.	80
Cantharus atraeus.	121	Chelarum differentia.	ibid.
Cantharus quibus in locis uiuat.	120	Chelonis descriptio.	266
Caprisci piscis descriptio.	159	Creatura primū à Deo reliquorū rerum fuerunt materia.	6
Caput quid.	44	Cicadae Aeliani descriptio.	546
Capitis piscium differentia.	45	Kιπιδον quid sit.	171
Carnes diutius feruentiore igne assatae deteriores.	120	Κηροιδης color quis.	ibid.
καρδες unde dicta.	543	Cithari flauis siue asperi descriptio.	315
Cartilagineorum piscium multo usu oculorum acies hebetatur.	370	Cithari piscis descriptio.	314
Channa uenter in os excidit.	185	Citharus maris rubri.	315
Channa descriptio.	183	Citharus egressinus non est multo minus cantharus.	314
Channa omnes feminae.	184	Cybia cur dicantur.	245
Channa quali sint carne.	186	Cybia qua dicantur.	244
Chamaleon aere solum non uiuit.	93	Cynedi pisces cur dicantur.	171
Clauus cur facile nauem mouet.	439	Cynedi piscis preparatio.	172
Cemenei montes.	5	Cynadus quali sit succo.	ibid.
Centrinam non cognouit author lib. de aquatilib.	386	Cynedi piscis descriptio.	170
Centrina descriptio.	384	Cynoglossus à solea quid differat.	323
Centrina oua.	385	Colias maior est scombro & deterioris succi.	236
Centrina caro.	385	Colias parianus & sexitanus.	237
Cephalus quomodo preparandus.	262	Κολιδς piscis non κολιδς.	235
Cephalus limo & aqua tantum uescitur.	261	Collum an pisces habeant.	77
Κεφαλος mugilis species & eius descriptio.	260. & 261	Colia descriptio.	236
Κεφα quid sit.	224	Congri deuorantur à locustis.	396
Cestrei dentibus carent.	263	Congri quali carne.	397
Cestrei piscis descriptio.	263	Congri uiuunt abscissa cauda.	ibid.
Κετρον quid.	262. & 263	Congri piscis descriptio.	365
Cestreus ieiunat.	263	Congri oua non pariunt ut anguille contra Oppianum.	196
Cestreus cur gulosus dicatur.	264	Coracina pix.	132
Κετρος mugil unde dicatur.	262	Coracini piscis descriptio.	129. & 130
Cete qua dicantur ab Aristotele, Galeno & ceteris.	392	Coracini salsamenta.	131
Cetacei pisces qui.	441	Coracis piscis descriptio.	296
Cetacei pisces carnis substantia à ceteris differunt.	442	Coracinus quali sit succo.	131
		Coracinus unde dictus sit.	129
		Coracinus ex niloticis piscibus est.	130

RERVM COGN. NECES.

Coracinus pro uaria etate uaria habet nomina.	129	exiliant.	469
Coracinus quomodo preparandus.	132	Delphini lingua & iecur.	473
Coracinus color.	129	Delphini usus in medicina.	473
Κοραλος serpens.	230	Delphini non unica species.	459
Cor piscium squamosorum.	67	Delphini amplissima descriptio.	459.
Cor piscium pulmonibus spirantium.	68	& deinceps.	
Cordis situs in piscibus.	68	Delphini animal statim concipit sine ouo.	462
Cor di cur affusa pinguitudo.	68	Delphin quo tempore pariat.	462
Cordyla quid.	242	Delphini erga fetus amor.	462
Corporum diuerforum commistio non potest generare.	371	Delphini diu uiuunt.	462
Corpus animi causa conditum.	111	Delphin moueri non desinit.	462
Corpus omne partibus uariis constat.	24	Delphini fistula obturata statim moriuntur.	470
Κορον quid sit.	129	Delphini diutius uiui quomodo feruentur.	470
Κλαρον quid significet.	197	Delphini erga mortuos fetus cura.	470
Cornuta piscis descriptio.	300	Delphini cicurari possunt.	471
Corui piscis & milui discrimen.	298	Delphini musica delectantur.	471
Chromis piscis descriptio.	153	Delphini & Arionis historia.	471
Cuculi piscis descriptio.	287	Delphinorum opera quomodo homines olim in piscando uterentur.	470
Cuculus quomodo preparandus.	288	Delphinus in maris summum frequentius se uibrans tempestatis signum est.	463
Cuculus quali sit carne.	288	Delphinus audiendi meatu habet.	464
Clupea non est trissa.	221	Delphinus stridet, & uocis non nihil edit.	463
Crustata in genere quali succo.	534	Delphinus uelocissimus.	467
Crustata que dicantur.	534	Delphinus cum ancora quid significet.	468
Crustatis omnibus caput non deest.	544	Delphinus quali sit carne & succo.	472
Crustatorum summa genera.	535	Delphinus an os habeat in supina parte ex Aristotele & Plinio.	466
Crustatorum genus ualde uariū.	534	Delphinus aculeis in pinna dorsi caret.	467
		Delphinus crocodili hostis.	468
		Delphinus balanā non antecedit.	469
		Delphinus an tricenis diebus lateat.	469
		Delphinum statim tellure tacta mori falsum est.	469
		Delphinum cauda ligare	467

INDEX

Delphinium natare doces.	468	Dulce quid significet.	18
Dentifricia ex dentibus lamia.	393	E	
Dentes cur piscibus tributi.	54	Echeneides plures apud diuersos auto-	
Dentium piscium differentia. 55. & 56		res.	436. & 437
Diaphragma quid.	65	Echeneis Oppiani nostra est lampetra.	
Diaphragmate inflamato citius mens			401
è sua sede mouetur, quam læso ore		Echeneis cur nauem remoretur.	439
ventriculi.	66	Echeneis unde dicta sit.	436
Diaphragmatis usus in piscibus. ibid.		Echeneis Plinij & Aristotelis ab eche-	
Διαφραγῶν quid.	97	neide Oppiani diuersa est.	402
Differentia piscium à moribus.	109	Echini duo prius amicitia inierint.	579
Differentia piscium ex odore. 37. & 38		Echini cinis ad quid utilis.	580
Differentia piscium ex viuendi ratio-		Echini spatagi vel brissi descriptio.	
ne.	3. & 4		580
Differentia piscium ex alimentorum		Echini parui descriptio.	583
uarietate.	14. & 15	Echini ad destillationes urinae usus	
Differentia piscium ex alimentis.	22		582
Differentia piscium ex substantia uari-		Echini an in crustatotum an in testa-	
etate.	28. & 29	ceorum genere reponendi.	577
Differentia piscium quæ sint.	3	Echini partes interna & externa.	578
Differentia piscium ex colore. 40. & 41		& 579	
Differentia piscium extra aquas ui-		Echini tempestatem prænuuciauit.	579
uentium.	11	Echinometra magnitudo ad calicem	
Differentia piscium ex mari, lacubus,		an ad spinas sit referenda.	581
fluminibus.	7	Echino asperior.	579
Differentia piscium marinorum multa.	7	Echinus integer à lacone deuoratus.	
Differentia piscium ex proprijs facul-			780.
tatibus.	43	Echinus.	263
Differentia piscium ex partibus.	44	Echinus & echinatus quid.	421
Differentia piscium ex figura partium.	30	Echinum & echeneida malè confudit	
Differentia piscium ex magnitudine to-		cardanus.	440
tius & partium.	31	Egrefini descriptio.	277
Differentia piscium ex situ partium.	32	Egrefinus veterum aries non est.	268
Differentia piscium in marinis stagnis		Egrefinus ex asellorum genere.	277
degentium.	8	Εκραστοχοιοι et λυγρομοιοι cur dicti.	211
Differentia piscium palustrium & la-		Elacatene piscis & salsamenti no-	
custrium.	9	men.	432
Differentia piscium flauiatilium.	10	Elementa quomodo commiscuntur ad	
Differentia piscium ex numero par-		rerum generationem.	101
tium.	33	Elopes pisces cur dicti.	412
Differentia piscium ex exuperentia &		Elops pampphylj maris proprius.	430
defectu partium.	34	Elops squamas ad os versus non ha-	
Differentia piscium ex sapore.	35	bet.	431
		En-	

RERVM COGN. NECES.

Encrasicholorum descriptio.	211	Galei asteria descriptio.	376
Επικρίλιμια πλυχῶδες in cancris.	572	Galei canis siue canicula descriptio.	377
Επικρίλιμια quid sit	382	Galli piscis descriptio.	329
Επικρίλιμια quid sit	382	Galeus glaucus qua sit carne.	379
Επικρίλιμια quid sit	382	Galerita piscis descriptio.	204
Erythrini piscis descriptio.	145	Garum ex scombris.	235
Erythrinos in dentes uerti falsum		Garum sit ex encrasicholis.	212
est.	145	Garum ex garo pisce primum fiebat.	
Ερυθρον quid.	171		141
Erythrinus non omni anni tempore o-		Gladium habet sed cor non habet.	509
uius grauidus est.	145	Glauci secunda speciei descriptio.	254
Erythrinus quali sit substantia.	146	Glauci tertia speciei descriptio.	255
Εθλιωειν quid.	293	Glauci piscis descriptio.	253
Εθλιωειν quid significet.	160	Glaucus color quis.	ibid.
Exocati descriptio.	194	Glaucus Aeliani à glauco nostro di-	
Exocatus uocalis non est.	194	uersus.	254
Exocatus cur dicatur.	193. & 194	Generationis piscium uarietas. 8. & 85	
F		Gesnerus medicus.	423
		Gyrini qui dicantur.	364
Faber piscis idem qui Gallus.	329	Goberge asellorum species & eius de-	
Fabri piscis descriptio.	329	scriptio.	279
Facies.	50	Gobij nigri descriptio.	200
Fellus differentia in piscibus.	72	Gobiones in alga nidificant.	196
Fistula Romani piscis descriptio.	257	Gobionis marini descriptio.	196
Fistula piscium.	59	Gobionum differentia plures.	195
Fætus cur plures duobus cum uteri		Γομῆ quid.	85
duo tantum sint sinus.	91	Γόγγυρος unde dictus sit.	394
Fungorum decocto effuso in terram		Γαργαρεων quid.	140
fungi alij nascuntur.	87	Γλωττα siue γλωττις quid sit.	381
		Γλωττις laryngis pars qua sit.	381
G		Gruis piscis ex Aeliano descriptio.	431
Galaxias siue galeonymos quis piscis.		H	
415		Halec quid sit.	138
Galea piscis & eius descriptio. 282. & 283.		Harengus ex Triſarum genere & eius	
		dem descriptio.	223
Galei pisces qui dicantur.	372	Hepar candidum in quibusdam pisci-	
Galei glauci descriptio.	378	bus cur dicatur.	149
Galei in quibus conueniant & disti-		Hepar piscium quorundam pingue.	71
deant.	373	Hepati piscis descriptio.	148
Galei leuis descriptio.	375	Hepatis piscium differentia.	71
Galei lauis fætus.	375		

I N D E X

<i>Hepseri piscis descriptio.</i>	215	<i>Lamia piscis anthropophagus.</i>	391
<i>Heracleotici cancri quales.</i>	563	<i>Lamia quot dentium ordines habeat.</i>	391
<i>Hippolytus medicus Romanus.</i>	423	<i>Lamia descriptio.</i>	ibid.
<i>Hippoglossi piscis descriptio.</i>	325	<i>Lamia oculi quales nervos opticos habeant.</i>	ibid.
<i>Hippuri descriptio.</i>	255. & 256	<i>Lamia mulieres unde dicta.</i>	ibid.
<i>Hippurus unde nomen habeat.</i>	256	<i>Lamia gula quanta.</i>	392
<i>Hippurus hyeme later.</i>	ibid.	<i>Lamiae caro qualis.</i>	ibid.
<i>Hippurus naufragijs gaudet.</i>	ibid.	<i>Lamiae hypogastrica.</i>	392
<i>Hirudo marina.</i>	401	<i>Lamiae hypogastrica.</i>	392
<i>Hirundo piscis cur dicatur.</i>	284	<i>Lampetra unde dicta sit.</i>	398
<i>Hirundo qua sit carne.</i>	286	<i>Lampetra naues remoratur.</i>	402
<i>Hirundinis piscis descriptio.</i>	285	<i>Lampetra quo nomine à veteribus nominata fuerit ex diuersorum opinionone.</i>	399
<i>Hirundinis os noctu lucet.</i>	ibid.	<i>Lampetra descriptio.</i>	398
<i>Hirundinis fel.</i>	286	<i>Lampetra spina dorsi.</i>	399
<i>Hirundines marina volant.</i>	ibid.	<i>Lampetra quali carne.</i>	ibid.
<i>Homo non solum celum suspicit.</i>	307	<i>Lapides in coracini capite.</i>	132
<i>Horea qua.</i>	244	<i>Lapides in umbra piscis capite.</i>	ibid.
<i>Humida & mollia facile mutantur & concoquantur.</i>	119	<i>Lapides in capite lupi.</i>	271
<i>Humidum nimium cruditatis causa.</i>	120	<i>Latera stagnum.</i>	5
I			
<i>Insula D. Honorati.</i>	153	<i>Latera stagnum.</i>	91
<i>Ibnae qua dicantur.</i>	557	<i>Lati preparatio & succus.</i>	136
<i>Jonas in ventre lamiae fuit.</i>	392	<i>Lati piscis descriptio.</i>	135
<i>Ingluies piscium & anium quid.</i>	500	<i>Latus est ex piscibus Niloticus.</i>	ibid.
<i>Insecta quomodo respirant.</i>	101	<i>Leonini monstri descriptio.</i>	491
<i>Instrumentorum ex quibus corpus constat diuisio.</i>	25	<i>Leonis crustati descriptio.</i>	542
<i>Intestinorum differentia.</i>	70	<i>Leporini veneni experientia.</i>	524. & 525
<i>Iulis quali sit succo.</i>	181	<i>Leporini veneni indicia & symptomata.</i>	522
<i>Iulidis piscis descriptio.</i>	180	<i>Leporini veneni remedia.</i>	524
<i>Iulidis morsus est venenatus.</i>	181	<i>Leporis marini veri descriptio.</i>	521
L			
<i>Labra piscium.</i>	57	<i>Leporis marini species alia ex Aeliano.</i>	525
<i>Labrax Milesius.</i>	270	<i>Leporis marini venenum solos pulmones non afficit.</i>	523
<i>Lacerti peregrini descriptio.</i>	428	<i>Leporis marini in medicina usus.</i>	524
<i>Ladus fluuius.</i>	5	<i>Leporis marini secunda species.</i>	526
<i>Lamia an inter Planos cartilagineos, an inter longos numeranda.</i>	390	<i>Leporis marini tertia species.</i>	ibid.
<i>Lamia unde dicta sit.</i>	ibid.	<i>Lepus marinus mas & femina.</i>	525
		<i>Le-</i>	

R E R V M C O G. N E C E S.

<i>Lepus marinus cur à paucis cognitus.</i>	520	<i>Maltha piscis unde dicatur.</i>	ibid.
<i>Lepus marinus unde dicatur.</i>	521	<i>Maltha descriptio.</i>	ibid.
<i>Lepus marinus venenatus est.</i>	ibid.	<i>Mammammum situs in piscibus.</i>	75
<i>Lerinus insula.</i>	153	<i>Mamma piscium.</i>	ibid.
<i>Libella quid sit.</i>	389	<i>Mamma piscium in quo differant à mammis aliorum animalium.</i>	ibid.
<i>Libella piscis unde dicatur.</i>	ibid.	<i>Manati Indici descriptio.</i>	499
<i>Ligula siue lingula quid.</i>	381	<i>Marina aqua crassior quamvis alia, & ad gignenda animalia aptissima.</i>	86
<i>Lingua piscium.</i>	58	<i>Mare animates habet loco heretes.</i>	92
<i>Liparis piscis descriptio.</i>	272	<i>Maraxus Indicus piscis.</i>	489
<i>Liparis in oleum abut.</i>	ibid.	<i>Maxillarum piscium differentia.</i>	53.
<i>Lyræ piscis descriptio.</i>	298	<i>&</i>	54
<i>Locusta in conuiuio tria praestat.</i>	537	<i>Maxillarum usus in piscibus.</i>	54
<i>Locustarum coitus.</i>	ibid.	<i>Mena Scyros.</i>	139
<i>Locusta crustam exuunt.</i>	ibid.	<i>Mena non recte halec dicitur.</i>	138
<i>Locusta descriptio.</i>	536	<i>Mena descriptio.</i>	138. & 139
<i>Locusta quomodo preparanda.</i>	537	<i>Mena color quando variatur.</i>	139
<i>Locusta femina à mare discrimine.</i>	536	<i>Mena quo sint succo.</i>	ibid.
<i>Loligines quomodo preparanda.</i>	510	<i>Menarum in medicinis usus.</i>	ibid.
<i>Loliginis humor ater metaphoricè.</i>	509	<i>Melandrya quid.</i>	244
<i>Loligines volant, ut se feruent.</i>	ibid.	<i>Melanuri descriptio.</i>	126
<i>Loliginis magna descriptio.</i>	507	<i>Melanuri astutia.</i>	127
<i>Loliginis parua descriptio.</i>	508	<i>Melanderini descriptio.</i>	128
<i>Longi pisces cur pinnis careant.</i>	483	<i>Melanurus quali succo sit.</i>	127
<i>Longi pisces qui dicantur.</i>	394	<i>Membradum descriptio.</i>	220
<i>Λογία & Λόπος quid.</i>	385	<i>Mentula piscium differentia.</i>	74
<i>Luciorum vulnera in aquis coalescunt.</i>	232	<i>Mentulam qui pisces habeant, & qui eadem careant.</i>	ibid.
<i>Luna piscis descriptio.</i>	425	<i>Merula quali sit succo.</i>	173
<i>Lupi piscis descriptio.</i>	269	<i>Merlanus ex asellorum genere & eius descriptio.</i>	276
<i>Lupi idem non sunt cum troctis.</i>	270	<i>Merlanus qua sit carne.</i>	ibid.
<i>Luporum cibus.</i>	269	<i>Merula piscis preparatio.</i>	173
<i>Luporum duo genera.</i>	ibid.	<i>Merule pisces colorem mutant.</i>	ibid.
<i>Luporum qui optimi & contra.</i>	271	<i>Methodus, qua libri isti conscripti sunt.</i>	24
<i>Luporum oua.</i>	ibid.	<i>Milui piscis descriptio.</i>	297
<i>Lupus non idem qui lucius.</i>	270	<i>Myri & muræna discrimen.</i>	407
<i>Lupus quali sit carne & succo.</i>	ibid.	<i>Myri descriptio.</i>	408
<i>Lupus piscis cur à latinis dicatur.</i>	269	<i>Myri species dua.</i>	ibid.
<i>Lupus bis parit.</i>	ibid.	<i>Myrrha optima subflaua.</i>	198
<i>Lupus veteru non est sturio noster.</i>	270	<i>Myrrha vera non caremus.</i>	ibid.
M			
<i>Maltha pro permissione quadam.</i>	393		

INDEX

<i>Mysticeti Aristotelis descriptio.</i>	476	<i>tur.</i>	294
<i>Mytuli salmant.</i>	87	<i>Mulli qui optimi.</i>	292
<i>Mūga quid.</i>	265	<i>Mulli quali carne & succo.</i>	ibid.
<i>Myxonis nomina varia.</i>	266	<i>Mulli quomodo venere inbibent.</i>	293
<i>Mollia cerebrum habent, etiam si san-</i>		<i>Mulli contra mulierum veneficia</i>	
<i>guine careant.</i>	500	<i>valet.</i>	ibid.
<i>Molles pisces qui dicantur.</i>	497	<i>Mulli cur tanto in pretio apud ve-</i>	
<i>Molles pisces cur pedes ante caput ha-</i>		<i>teres.</i>	292
<i>beant.</i>	498	<i>Mulli hepar & caput.</i>	292. & 293
<i>Mollium piscium partes.</i>	498	<i>Mulli magnitudo.</i>	290
<i>Mollium coitus.</i>	89	<i>Mulli barbati descriptio.</i>	ibid.
<i>Mores piscium diversi sunt.</i>	110	<i>Mulli longam vecturam non ferunt.</i>	ibidem.
<i>Morbua ex asinorum specie est, & eius</i>		<i>Mullos in garo necabat Apicius.</i>	293
<i>descriptio.</i>	280	<i>Mullorum esu oculi hebetantur, iudem</i>	
<i>Morbua salita cur glutinosior recente.</i>		<i>neruis inutilis sunt.</i>	ibid.
<i>ibidem.</i>		<i>Mullorum aliquot genera.</i>	289
<i>Morbua ichthyocolla non est.</i>	ibid.	<i>Mullorum usus in medicina.</i>	294
<i>Morbua oculi.</i>	ibid.	<i>Mullus expirans versicolor est.</i>	289
<i>Mormyri descriptio.</i>	154	<i>Mullus lepore marino solus vescitur</i>	
<i>Mormyrus quali sit succo.</i>	154	<i>ut non intereat.</i>	294
<i>Mormyrus qua arte vitat retia.</i>	ibid.	<i>Mullus torpedinis vi resistit.</i>	ibid.
<i>Motionis piscium differentia.</i>	92	<i>Mullus quibus in locis vivat.</i>	290
<i>Mugil amnes subit.</i>	264	<i>Mullus ter parit, an anno, an vita.</i>	291
<i>Mugil saltu retia transilit.</i>	265	<i>Mullus sordibus maxime delectatur.</i>	292
<i>Mugiles ab imbribus immodicis la-</i>		<i>Murena carniuora est.</i>	403
<i>quuntur.</i>	262	<i>Murena quocumque tempore parit.</i>	ibid.
<i>Mugiles ubi salubres & insalubres,</i>		<i>Murena cum serpente non coit contra</i>	
	261	<i>veterum quorundam sententiam.</i>	404.
<i>Mugilis alati descriptio.</i>	268	<i>Murena fluuiatilis.</i>	401
<i>Mugilis nigri descriptio.</i>	423	<i>Murena branchias habent.</i>	65
<i>Mugilum salacitas.</i>	264	<i>Murena in Sicilia optima.</i>	407
<i>Mugilum oua salita.</i>	262	<i>Murena descriptio.</i>	402
<i>Mugilum nomina varia.</i>	258	<i>Murena morsus venenatus.</i>	406
<i>Mugilum genera quatuor, & eorum</i>		<i>Murena cum myro mare coeunt.</i>	405
<i>nomina varia.</i>	259	<i>Murena & congre odium.</i>	ibid.
<i>Mugilum ventriculi usus in medi-</i>		<i>Murena & polypi pugna.</i>	ibid.
<i>cina.</i>	265	<i>Murenam mortuam luxit Crassus,</i>	
<i>Mulli Diane sacri.</i>	293	<i>vel Hortensius.</i>	406
<i>Mullei qui sint.</i>	289	<i>Murenam locusta deuorat.</i>	ibid.
<i>Mulli pisces unde dicti.</i>	ibid.		
<i>Mulli asperi descriptio.</i>	296		
<i>Mulli imberbis descriptio.</i>	295		
<i>Mulli exenterandi priusquam coquan-</i>			

Mur

RERVM COGN. NECES.

<i>Murenarum solarum viuaria.</i>	407	<i>Odorum differentia.</i>	40
<i>Murenarum viuarium primus exco-</i>		<i>Olei ex hepate centrinae usus.</i>	386
<i>gitauit Hirbius.</i>	406	<i>Oleum hepatis centrinae.</i>	2
<i>Murices & muricatus quid.</i>	421	<i>Oleum ex hepate galei glauci ad quid</i>	
<i>Mus marinus Plinij testudo est ma-</i>		<i>conferat.</i>	379
<i>rina.</i>	451	<i>Ὀλιον Aristotelis.</i>	414
<i>Musculi lingua sola in pretio est.</i>	479	<i>Ὀλιον & ὄβος non semper iidem pi-</i>	
<i>Musculus viuos fetus parit.</i>	479	<i>sces.</i>	273. & 275
<i>Musculus fistula caret.</i>	ibid.	<i>Orphi piscis descriptio.</i>	158
<i>Musculus belua marina.</i>	476	<i>Ophidij piscis descriptio.</i>	397
<i>Musculus balenarum dux.</i>	ibid.	<i>Ophidion quali carne.</i>	398
<i>Musculum partem balena esse falsissi-</i>		<i>Ὀρπία, siue ὀρπία.</i>	245
<i>imum est.</i>	481	<i>Oris differentia in piscibus.</i>	51. & 52
<i>Mustella quali sit carne.</i>	282	<i>Orbis piscis descriptio.</i>	420
<i>Mustella Plinij.</i>	ibid.	<i>Orbis scutati descriptio.</i>	ibid.
<i>Mustella pisces unde dicantur.</i>	400	<i>Orbis echinati descriptio.</i>	422
<i>Mustella vulgaris descriptio.</i>	281	<i>Orca vasis genus.</i>	483
<i>Mutis in piscibus quibusdam quid sit.</i>		<i>Orcarum & balenarum pugna.</i>	484
	500	<i>Orca belua descriptio.</i>	483
<i>Mutis qualis sit.</i>	502	<i>Orcam & orcyum magno errore qui-</i>	
<i>Mutis atramentum non continet.</i>	501	<i>dam confundunt.</i>	484
		<i>Orcyni descriptio.</i>	249
		<i>Orcinus maior thunno.</i>	242
		<i>Ordo quis seruetur in piscium descri-</i>	
		<i>ptione.</i>	113
		<i>Orphus piscis sacer.</i>	158
		<i>Orphus quali succo sit.</i>	ibid.
		<i>Orum pro auro.</i>	115
		<i>Orthragorisci piscis descriptio.</i>	426
		<i>Orthragorisci caro.</i>	426
		<i>Orthragorisci pinguitudo.</i>	427
		<i>Orthragoriscus unde dicatur.</i>	426
		<i>Os quid.</i>	50. & 51
		<i>Ostracoderma omnia sponte nascun-</i>	
		<i>tur.</i>	86. & 87
<i>Ὀστρακον.</i>	262. & 271	<i>Ostracodermorum fauos conficientium</i>	
<i>Oculi piscium differentia.</i>	47	<i>origo duplex.</i>	87
<i>Odor quid sit.</i>	38	<i>Oua piscium.</i>	85
<i>Odorandi vi cur animantes multa ho-</i>		<i>Oua pisces quidam concipiunt sine coi-</i>	
<i>minibus praesent.</i>	37	<i>tu.</i>	184
<i>Odorandi meatus in piscibus nullus cer-</i>		<i>Oua piscium foris perficiuntur.</i>	85
<i>nitur.</i>	465	<i>Oua raiarum qualia sint.</i>	34
<i>Odorum differentia.</i>	38. & 39	<i>Oua raiaru quale testam habeant.</i>	344
<i>Odorum nomina.</i>	38		

I N D E X

<i>Oua testacea canicularum quomodo tibi- biarum ligulis comparentur.</i>	381	<i>Plani omnes in prona parte oculos ha- bent.</i>	309
<i>Ouorum caniculae meatus capillares an reuera meatus sint.</i>	382	<i>Plani latitudine sua natant.</i>	340
<i>Ouorum sapia descriptio.</i>	505	<i>Plani pisces quomodo coeant.</i>	89
<i>Ourche nauis magna species unde di- cta sit.</i>	484	<i>Pedes piscium</i>	79
<i>Ozena siue ozolis polypus unde dica- tur.</i>	516	<i>Pediculum marinum pro Aristotelis asilo magno errore quidam reprae- sentarunt.</i>	576
P		<i>Pediculi marini descriptio.</i>	576
<i>Pager à paguro valde differt.</i>	142	<i>Pediculi marini in medicina vsus.</i>	577
<i>Paguri alij sunt ab heracleoticis.</i>	561	<i>Pedum differentia in piscibus.</i>	79
<i>Paguri descriptio.</i>	562	<i>Pelamys & thunnus generis nomina sunt.</i>	242
<i>Paguri prudentia.</i>	ibid.	<i>Pelamys unde dicta sit.</i>	245
<i>Pagri piscis descriptio.</i>	142	<i>Pelamydas in thunnos mutari non scripsit Aristoteles.</i>	246
<i>Pagrus quo tempore edendus vel non, 143</i>		<i>Pelamydis sarda descriptio.</i>	248
<i>Partes corporis actionum causa con- ditae.</i>	111	<i>Perca quali sit succo.</i>	183
<i>Partium, quibus piscium corpora con- stant, diuisio.</i>	25	<i>Percaurum dux melanuros.</i>	ibid.
<i>Partium corporis piscium diuisio.</i>	26	<i>Percaurum in medicina vsus.</i>	184
<i>Passer generis nomen.</i>	318	<i>Percaurum duplex est differentia.</i>	182
<i>Passeris asperi siue squamosi descri- ptio.</i>	319	<i>Perca preparatio.</i>	183
<i>Passeris tertia species.</i>	ibid.	<i>Perca marina descriptio.</i>	182
<i>Passeres quomodo natant.</i>	318	<i>Peregrini pisces qui dicendi.</i>	418
<i>Pastinaca marina pro pisce & pro herba.</i>	332	<i>Peregrinorum aliquot piscium nomina. 434</i>	
<i>Pastinaca qua sit carne & succo.</i>	337	<i>Peritoneum in piscibus.</i>	68
<i>Pastinaca quomodo pisces uenatur, 334</i>		<i>Perseus Aeliani.</i>	430
<i>Pastinaca iecur.</i>	336	<i>Preparationis ciborum genera duo summa.</i>	473
<i>Pastinaca hostis galeus.</i>	ibid.	<i>Pilare malum.</i>	574
<i>Pastinaca descriptio.</i>	332	<i>Pinnarum in piscibus differentia.</i>	78
<i>Pastinaca species duae.</i>	ibid.	<i>Pinna dirigendi itineris causa.</i>	341
<i>Pastinaca secunda speciei descriptio.</i>	338	<i>Pinna piscium quae sint.</i>	78
<i>Pastinaca secunda speciei pro aquila marina falso representata.</i>	ibid.	<i>Pinnophylaces siue pinnotheres duo, squillula, & cancer paruus.</i>	556
<i>Pedagos quid.</i>	81	<i>Pinnophylax etiam in spongiarum ca- uernis reperitur.</i>	557
<i>Phagrus quali sit succo.</i>	143	<i>Pisces testibus carent ex Aristotele.</i>	73
<i>Plani pisces qui dicantur</i>	309	<i>Pisces qui testes habent, & qui iisdem carent.</i>	74

I N D E X

<i>duri difficilius.</i>	220	<i>Pisces odorantur.</i>	465
<i>Pisces quidam hyeme latent.</i>	130	<i>Pisces plures retinendarum nauium vim habent.</i>	436
<i>Pisces saxatiles quae sint substantia.</i>	29	<i>Pisces qui extra aquam diutius uiuant.</i>	403
<i>Pisces quidam quare strident.</i>	286	<i>Pisces sanior.</i>	6
<i>Pisces marini fluuios subire soliti, meliores iis qui in mari capiuntur.</i>	131	<i>Piscis monachi habitu descriptio.</i>	492
<i>Pisces quidam mandunt.</i>	17	<i>Piscis episcopi habitu descriptio.</i>	494
<i>Pisces fossiles.</i>	12	<i>Piscium coitus ritu animalium retrome- ientium.</i>	89
<i>Pisces à piscibus</i>	13	<i>Piscium respirationis differentia.</i>	104, 105
<i>Pisces in terram prodeuntes.</i>	10	<i>Piscium mores.</i>	111
<i>Pisces quomodo in aqua respirant.</i>	103, 104	<i>Piscium cognitio ex differentiis eorum pendet.</i>	1, & 2
<i>Pisces pelagij.</i>	8	<i>Piscium forma & natura cognoscenda.</i>	2
<i>Pisces litorales.</i>	ibid.	<i>Piscium coitus celeriter perficitur.</i>	87
<i>Pisces saxatiles.</i>	ibid.	<i>Piscium temperamentum.</i>	116
<i>Pisces cur in aere cito intereunt.</i>	100	<i>Piscium uolatus.</i>	96
<i>Pisces qui diutius extra aquam uiuant.</i>	ib.	<i>Piscium sanguine carentium genera.</i>	497
<i>Pisces qui salitura idonei.</i>	349	<i>Piscibus proprium lapides in capite ha- bere.</i>	26
<i>Pisces ore semen non admittunt.</i>	89	<i>Piscibus proprium uesicam aere plenam in corpore habere.</i>	26
<i>Pisces quibus temporibus coeunt & quo- ties.</i>	89, & 90	<i>Πυρρός color quis.</i>	171
<i>Pisces quandiu ferant uerum.</i>	9	<i>Philippi dictum de lupo pisce.</i>	4
<i>Pisces quot fetus edant.</i>	90	<i>Phycis colorem mutat.</i>	186
<i>Pisces longi quomodo coeant.</i>	89	<i>Phycis in alga nidificat.</i>	187
<i>Pisces multi sponte nascuntur.</i>	86	<i>Phycis quali succo sit.</i>	188
<i>Pisces quomodo coeant.</i>	88, & 89	<i>Phycidis descriptio.</i>	186
<i>Pisces cur in Ponto celeriter crescunt.</i>	239	<i>Phyffalus Aeliani qualis.</i>	429
<i>Pisces quomodo erga fetus affecti.</i>	91	<i>Physeteris descriptio.</i>	485
<i>Pisces quidam fetus intra se recipiunt & e- mittunt.</i>	ibid.	<i>Physeteres tubarum sono terrentur.</i>	486
<i>Pisces quibus in locis pariant.</i>	ibid.	<i>Pristis descriptio.</i>	487
<i>Pisces ex diuersa speciei piscibus non na- scuntur.</i>	218	<i>Psetta aliquando idem piscis cum rhom- bo, aliquando diuersus.</i>	310
<i>Pisces marini dulces aquas amant.</i>	94	<i>Ῥήτις piscis non ῥητός ab Aristotele di- citur.</i>	316
<i>Pisces quot modis corpus moueant.</i>	94, 95	<i>Podicis piscium differentia.</i>	71
<i>Pisces qui pulmones habeant, & qui iis careant.</i>	61	<i>Pollio in murenarum uiuaria dampnata mancia inuicere primus docuit.</i>	406
<i>Pisces qui asperam arteriam habeant.</i>	61	<i>Polypi per brachij acetabula non coeunt.</i>	511
<i>Pisces qui sedibus suis semper haereant.</i>	93	<i>Polypi fistula coeunt & pariunt.</i>	512
<i>Pisces manibus carent.</i>	80	<i>Polypi ubi pariant.</i>	512
<i>Pisces qui gulam habeant qui minime.</i>	69	<i>Polypi coitu debilitantur.</i>	512
<i>Pisces nullos artus habent ex Aristotele.</i>	78	<i>Polypi primi descriptio.</i>	513
<i>Pisces qui renes & uesicam habeant, & qui ea careant.</i>	72, & 73	<i>Polypi quando colorem mutent.</i>	514
<i>Pisces calidissimos esse falsum est.</i>	110		
<i>Pisces in aqua aëris mutationes sentiunt.</i>	463		

INDEX

Polypi mentem habet.	ibid.	Raia fel quibus malis medeatur.	357
Polypi an brachia sibi arrodant.	514	Raia aculeata descriptio.	450
Polypi & sepia in quibus conueniant & dissideant.	511	Raia stellata descriptio.	350
Polypi nauili descriptio.	517	Raia oculata aspera descriptio.	351
Polypi in terram exeunt.	515	Raia stellata aspera descriptio.	352
Polypi olea & sicu delectantur.	ibid.	Raia clauata descriptio.	353
Polypi qua sint carne & succo.	ibid.	Raia alterius clauata descriptio.	354
Polypi osmyli descriptio.	516	Raia spinosa descriptio.	355
Polyporum genera.	510	Raia aspera descriptio.	356
Polyporum coitus.	511	Raia fullonica descriptio.	356
Pompili piscis descriptio.	250	Raia asperrima descriptio.	357
Pompilus thunni species.	243	Raia leuis descriptio.	345
Pontum petunt pisces multi, ut illic pariant.	91	Raia quali sint carna.	345 & 346
Πόρτιες qua dicantur.	155	Raia quando edenda.	345
Portius philosophus.	423	Raia undulata descriptio.	347
Phocena delphini species est.	473	Raia ὀκυπόγυς descriptio.	347
Phoca femina erga fœtus sollicitudo & charitas.	455	Raia alterius ὀκυπόγυς descriptio.	348
Φωλῆς quid.	333	Raiis omnibus nebula ante oculos obtinetur.	341
Pholidis descriptio.	206	Rana piscatrix extra aquam uiuit.	366
Πρόβλος quid.	500	Rana piscatrix unde dicta sit.	364
Pulchrum naturâ bonum.	163	Rana sola ex cartilagineis animal non parit.	366
Pulicis marini descriptio.	575	Rana gyrina nihilo prudentior.	364
Pulmonum usus.	60	Rana piscatrix ineptissime cum pedibus depicta.	364
Purpura color unde originē habuerit.	531	Ranam piscatricē veterum malham esse falsum est.	367
Purpura quinta species.	532	Rana piscatrix is astus in capiedis pisci.	365
Purpura saluant.	87	Rana piscatricis descriptio.	364
Purpurarum fauus qui falso pro spuma maris uenditur.	87	Rana piscatrix rara.	366
Purparchi error de vesica atramentum sepia continente.	501	Renes vituli marini & eorum meatus à uena caua.	455
R			
Radij pastinaca antipharmaca.	335. 336	Renibus & vesica aues carent, sed renum uice aliquid habent.	446
Radij pastinaca usus in medicina.	336	Respiratio exanguium animalium.	97
Radij pastinaca vis.	335	Respiratio quid.	96. & 97
Radius pastinaca.	333	Respirationis causa una spiritus nutritio.	102
Raia clauata dura est carne.	354	Respirationis partes due.	97
Raia asterias meliore carne quam cetera.	351	Respirationis usus ex Aristotele.	98
Raiarum magna est copia.	339	Respirationis usus.	97. & 98
Raiarum differentia.	341	Reuersus piscis indicus & eius natura.	435
Raiarum diuisio.	342	Rhinobatus commentitius est piscis.	371
Raiarum fecunditatis causa.	342. & 343	Plin & Cui	367
		Rhombi	

RERVM COGN. NECES.

Rhombi leuis descriptio.	312	Scari genera duo.	164
Rhombi aculeati descriptio.	310	Scari intestina.	168
Rhombi qua arte pisciculis insidientur.	311	Scari αἰδῶς descriptio.	169
Rhombi mares & femina reperiuntur.	312	Scari inter se amant.	167
Rhomboidis piscis descriptio.	313	Scari descriptio.	764
Rhombus quali sit carne.	312	Scarus noctu dormit.	167
Rostri piscium differentia.	53	Scarus carniuorus non est.	166
Rota Plinij qualis sit.	425	Scarus ruminat.	ibid.
Ruminalis piscis nomen non est apud Aristotelem.	433	Scarus unde dicatur.	164
S			
Salpa bos dicitur.	155	Scarus quomodo capiatur.	168
Salpa non est stock sich germanorum. ibi.		Scarus salax.	ibid.
Salpa quali sit succo.	156	Scarus alga, coriandro, linozosti delectatur.	ibid.
Salpa ubi optima.	ibid.	Scarus quali sit succo.	ibid.
Salpa quo tempore melior.	ibid.	Scaurorum familia.	170
Salpe obstetrix.	ibid.	Smaridis piscis descriptio.	141
Salpe pagnia condidit.	ibid.	Smaridis in medicina usus.	ibid.
Salpe quibus delectetur & quibus capiatur.	ibid.	Smariti ab Italis cur dicti.	ibid.
Salpe descriptio.	155	Smaridis preparatio.	ibid.
Salinare lentorem quid sit, & de quibus dicatur.	87	Spari descriptio.	119
Salinarius lentor.	87	Sparorum mutua inter sese amicitia.	ibid.
Salsamentum putre amat origanum.	212	Sparus quali carne & succo.	119. & 120
Sarda ueterum nō est ea quæ sarde uulgo dicitur.	248	Squali unde dicti.	373
Sarda pelamydis species.	243	Squatina tota mammarum incrementum impedit.	370
Sardina & sarda Latina uocabula.	218	Squatina unde dicta sit.	367
Sardina descriptio.	219	Squatina quoties & quot fœtus parit.	369
Sargi descriptio.	122	Squatina an fœtus intra se recipiat.	369
Sargi piscis salacitas.	124	Squatina qua arte pisces capiat.	ibid.
Sargi capras amant.	125	Squatina quali sit carne & succo.	ibid.
Sargi quomodo capiantur.	ibid.	Squatina descriptio.	368
Sargi quali succo & carne.	ibid.	Squatina iecur oleum emittit.	370
Sargus uere saxatilis non est.	122	Squatinae oua ad quid ualeant.	ibid.
Sargus quibus in locis uiuat.	123	Squatinae cutis usus.	370
Sargus bis parit.	123	Stagna marina uel maris exundatione, uel arte facta.	8
Sargus & sarginus differunt.	123	Stagonium & anthis meretrices aphyæ dicta.	209
Sargus in mugilum genere non numerandus.	123	Semina fecunda quid efficiat.	103
Sauri piscis descriptio.	232	Sensus patiendi sit.	82
Saxatiles ueri qui dicantur.	162	Sensuum differentia in piscibus.	104. 105. 106. & 107
Saxatiles quali sunt succo.	ibid.	Sepia an dentes habeat.	499
Saxatiles bis anno parunt.	167	Sepia quali sit carne & succo.	503
		Sepia quando melior.	504

INDEX

Sepia descriptio	498	molaum.	557
Sepie ubi pariant.	502	Squilla parua descriptio.	550
Sepie astus	503	Squilla parua quomodo preparanda.	551
Sepie breuis vita.	503	Squilla crangonis descriptio.	548
Sepie maris & femina discrimen.	ibid.	Squilla gibba descriptio.	549
Sepiola qua fit carne & succo.	520	Squilla lata descriptio.	545
Sepiarum branchia.	502	Squilla calata descriptio.	546
Sepiarum coitus.	502	Squillarum species.	544
Sepiarum carnes pro esca.	504	Solea unde dicta.	320
Sepiola descriptio.	519	Solea quali fit carne.	321
Sepiis qua pars insit loco cordis.	502	Solea descriptio.	321
Sepium & eius usus in medicina.	504	Solea aculeata descriptio.	322
Sergij Orata cognomen.	117	Solea parua descriptio.	325
Seferini piscis descriptio.	257	Scolopendra belua marina descriptio.	488
Serpentes cortice integuntur.	26	Scolopacis piscis descriptio.	422
Serpentis marini descriptio.	400	Scombri descriptio.	234
Serpentis rufescentis descriptio.	410	Scombri gregatim pontum adeunt.	235
Serpentem foues & serpens te.	392	Scombro aria.	235. & 237
Splenis situs varius in piscibus.	72	Scorpij usus in medicina.	202
Stella marina mnatus calor.	83	Scorpij ictus venenatus est, & quibus antipharmacis curetur.	203
Sicca & dura difficile concoquuntur.	119	Scorpij piscis descriptio.	202
Silurus unde dictus.	136	Scorpius piscis unde dictus.	201
Simia maris rubri ex Aeliano.	452	Scorpius a scorpana in quo differat.	203
Synagris & synodan idem piscis.	150	Scorpius piscis quali fit carne	202
Synagridis piscis descriptio.	ibid.	Scorpius quomodo preparandus.	ibid.
Synodontides gemma.	151	Scorpioidis piscis descriptio.	204
Synodontis pelamydis species.	244	Spongia non sentiunt.	108. & 109
Scirrhus unde fiat.	140	Σπίδουλος siue σπιδουλος.	263
Scirrhus exsiccantibus non curatur.	ibid.	Στόμαχος.	69
Scyllari & cancelli discrimen.	554	Stomachus.	59
Spiritus animalis.	98	Stock fisch. germanorum quid.	155
Spinarum usus in piscibus.	76	Sudis quid sit.	224
Spiritus animalis aeris tenuissimi inspiratione reficitur.	102	Sturio delicatus piscis.	416
Spiritus diuinus, vitalis, & athereus per omnia fusus.	103	Sturio veterum lupus non est, neque Attilus neque tursio, neque hycca, neque silurus.	416. & 417
Sphyrena quali fit carne.	226		
Sphyrena descriptio.	225		
Sphyrena secunda descriptio.	227		
Σφύρα quid sit.	225		
Squilla parua quali succo & carne.	550		
Squilla gibba pisces a quibus deuoratur interimit.	549		
Squilla melius qualis sit.	551. & 552		
Squilla parua cæcellus non est contra Fler molaum.			

RERVM COGN. NECES.

Tania secunda species descriptio.	327	næo.	288
Trachuri descriptio	233	Triffæ cantu delectatur.	221
Trachurus & trachinus diuersi sunt pisces.		Triffæ quali sint succo.	222
234.		Tritones aliquando visi.	493
Trachurus gregalis est.	233	Θόλος & θολός.	500
Τραχύς.	139	Θορός quid.	85
Τράχος piscis.	200	Torpedo piscis unde dicatur.	358
Telegonus Ulissem interfecit pastinaca radio.	335	Torpedo inter stuporis causas rectè à Gadileno numeratur.	361
Terra animantes nullas fert sedibus suis perpetuo affixas.	92	Torpedo capitis doloribus medetur.	361
Testacea carne piscium non vescuntur.	571	Torpedo qua arte pisces capiat.	359
Testudo marina renes habet.	446	Torpedo quibus corporis partibus stuporem inducit.	ibid.
Testudo lutaria renibus & vesica caret ex Aristotele.	446	Torpedo per lineam & virgam stuporem hominibus inducit.	360
Testudo lutaria renes & vesicam habet contra Aristotelem.	ibid.	Torpedo frigoris impatiens.	ibid.
Testudo femina coitum fugit.	447	Torpedo fetus in se recipit.	361
Testudines quomodo coeant.	446	Torpedo an in cibis damnanda sit.	ibid.
Testudines marina quibus vescatur.	447	Torpedo quali sit succo.	ibid.
Testudines quomodo capiuntur.	449	Torpedinis secunda & tertia descriptio.	362
Testudines quomodo coeant.	89	Torpedinis prima descriptio.	359
Testudinis corticata descriptio.	445	Torpedinis in medicina usus.	362
Testudinis caro.	448	Torpedinis quarta descriptio.	363
Testudinis sanguis.	ibid.	Torpedinum genera plura.	358
Testudinis ouorum albumen coctura non spissatur.	ibid.	Trocta Aeliani amia est.	240
Testudinis coriaceæ descriptio.	451	Thunnæa (salsamenta).	244
Testudinum quatuor genera.	443	Thunni piscis descriptio.	245
Testudinum in medicina usus.	448	Thunni quando capiuntur.	247
Testudinum marinarum magnitudo.	449	Thunni an non diutius biennio viuât.	246
Testudinum oua.	447	Thunni an solum in Ponto pariant.	247
Testium in piscibus differentia.	74	Thunni aqua dulci delectantur.	ibid.
Τόψις farciminius genus.	510	Thunnus quando melior.	ibid.
Τόψις & τόψος in quibus differunt.	506	Thunnus est pelamys atate solum differunt.	242
Teuthide egere.	509	Turdi piscis descriptio.	174
Tiberij crudelitas.	536	Turdi secundi generis descriptio & eius succus.	175
Tiburonis indici descriptio.	489	Turdus noni generis.	178
Tiburo quomodo capiatur.	ibid.	Turdus decimi generis.	179
Θύβος unde dicatur.		Turdus undecimi generis.	ibid.
Τερχίας mammarum morbus.	574	Turdus duodecimi generis.	ibid.
Trichides an sardina sint & trichia sarda.	218	Turdus quali sit succo.	185
Trichides, trichia, triffæ unde dicantur.	218	Turdus tertij generis.	ibid.
Τεχλη non τεχλα. dicendum est Athe-		Turdus quarti generis.	176
Tania		Turdus quinti generis.	ibid.

INDEX RERVM COG. NEC.

<i>Turdus sexti generis.</i>	177	<i>Ventriculi piscium appendices.</i>	ibid.
<i>Turdus octavi generis.</i>	178	<i>Vita piscium viuendique ratio.</i>	3
<i>Turionis descriptio.</i>	474	<i>Vituli marini descriptio.</i>	453
V			
<i>Vasarum spermaticorum differentia in piscibus.</i>	74	<i>Vituli marini corij & pinguitudinis usus in medicina.</i>	457
<i>Vmbra piscis quali sit succo.</i>	133. & 134	<i>Vituli marini coagulum.</i>	458
<i>Vmbra piscis descriptio.</i>	133	<i>Vituli marini φιλιδόρωποι sunt.</i>	456
<i>Vranoscopi fel.</i>	507	<i>Vituli marini somniculosi sunt & sterunt.</i>	456
<i>Vranoscopi astus in capiendis pisciculis.</i>	307	<i>Vituli difficile iētibus leduntur.</i>	456
<i>Vranoscopi membrana ex ore pendens à nullo antea animaduersa.</i>	307	<i>Vituli in uimaria immisi reliquos pisces vorant.</i>	446
<i>Vranoscopi piscis descriptio.</i>	306	<i>Vitulorum marinorum caro.</i>	457
<i>Vranoscopus quali sit carne.</i>	307	<i>Vitulorum marinorum corio uentorum mutationes significantur.</i>	ibid.
<i>Vrtica unde dicatur tam marina quam terrestris.</i>	527	<i>Vitulorum marinorum pellibus zona fiebant & tabernacula operiebātur.</i>	ibid.
<i>Vrtica marina in animantium numero censenda.</i>	527	<i>Vitulus maris Oceani.</i>	458
<i>Vrtica rubra descriptio.</i>	530	<i>Vitulus marinus animal statim concipit.</i>	455
<i>Vrtica quarta species alienis testis adnascens.</i>	531	<i>Vocem, locutionem, sonos qua animalia edant.</i>	464
<i>Vrtica parua descriptio.</i>	528	<i>Vulpis piscis descriptio.</i>	387
<i>Vrtica quali succo.</i>	529	<i>Vulpis piscis astutia.</i>	387
<i>Vrtica cinerea descriptio.</i>	ibid.	<i>Vulpes piscis unde dicatur.</i>	ibid.
<i>Vrtica soluta descriptio.</i>	533	<i>Vulpes piscis uinum parit.</i>	388
<i>Vrticarum genere plura</i>	528	<i>Vulpes fetus intra se recipit.</i>	ibid.
<i>Urxi ex crustatorum genere descriptio.</i>	564	<i>Vulpes canis pinguis etiam dicitur.</i>	ibid.
<i>Vermes in urina.</i>	574	<i>Vulue piscium constructio.</i>	75
<i>Venenata animalia antipharmacum sui ueneni in se habent.</i>	203	<i>Vulue piscium differentia.</i>	ibid.
<i>Vere potissimum animantes ad coitum incitantur.</i>	90	X	
<i>Ventriculi appendices in aibus & piscibus.</i>	26	<i>Xiphia descriptio.</i>	251
<i>Ventriculi situs.</i>	69	<i>Xiphia aestro diuexantur.</i>	252
<i>Ventriculi piscium differentia.</i>	70	<i>Xiphia robur in rostro est.</i>	ibid.
		<i>Xiphie quomodo capiantur.</i>	ibid.

F I N I S.

Errata, quę in hoc opere occurrent, sic corrigito.

Pagina 8. pro efferem te, efferente. 9. pro piscibus, piscibus. 11. pro cisternas, cisternas. 12. pro μολυσμα, μολυσμα. 17. pro aëream, aquam aëream, aqueam. 19. pro lerichentem, Hiericentem. 24. ἀποδείξα, ἀποδείξα. 26. pro herbis, barbis. ibid. pro eadem specie, eadem specie. 27. pro rum, rum. 40. pro castis, castis. 52. pro caprificus, caprificus. 54. pro antieuis, antiqui. 55. pro distincta, distincta. 56. pro luna, luna. 56. pro mysticus, mysticus. 59. pro Luos, Luos. 61. pro signa, signa. 63. pro cum quoque, eum quoque. 70. pro is in medio, is in medio. 77. pro filium carnosum, filium carnosum. 98. pro respiratio efficitur, respiratio. 130. pro lampetre, lampetra. 139. pro cuius si, cuius si. eodem modo emenda aliquot sequentes locos. 167. pro ostienssem ostienssem. 172. pro κούριος κούριος. 191. pro præfixit, præfixi. 200. pro ἐναλγῶσι, ἐναλγῶσι. 209. pro ἀφύων τιμῆ, ἀφύων τιμῆ. 343. pro petrebus paribus. 365. pro Plinius pereleganter. Oppianus, &c. 381. pro τριχάδης, τριχάδης. 390. pro & quos bonis, bouis. 325. pro cyanei, cyanei. 456. pro dilaterant, dilacerant. 461. pro proposita, præposita. 511. pro præterquam primo, præterquam in primo. 511. pro simplicem que, simplicemque. 514. piscatorium, piscarium.



PISCIVM NOMINA ET INDEX.

A	Aphyia manidum	Bec d'oye.	459	Cammarugia.	547
Αβλωνης.	& mullorū. 214	Bdelia.	401	Cancri hirsuti.	568
Αχοληφη.	Aphyia a. φριτις. 208	Beluga.	297	Cancri parui.	569
Αχουθιας.	Aphyia cobit. 210	Beloni.	227	Cācer εραχύχιλος.	568
Acarnan.	Aphia phaler. 212	Belennus.	214	Cācer cor. fig.	569
Acicula.	Aquila.	338	Bernard l'hermite.	Cācer.	567
Acharnas.	Aranca.	575	553	Cancer.	567
Acipenser.	Aranus.	301	Bernardet.	Cancellus.	553
Acus.	Arguzella.	228	Bertoneau.	Cancre.	567
Acus secūda.	Aries.	495	Bious cambus.	553	Χάμν & χόλμ.
Adonis.	Arnoglossum.	324	Brissus.	580	Canicula.
Aiolias.	Aronelle.	284	Biza. 238. Bizē	ibid.	Canicula saxat.
Aiguille.	Afellus.	273	Boca in capo.	306	Canudo.
Agua pescado.	Atherina.	216	Bogue ravel.	537	Canis galeus.
Aguillat.	Astacus.	538	Βολιτάρα.	510	Canus.
Agusco.	ibid. Αστείας galeus.	376	Boniron.	238	Cantheno.
Alabes.	Athon.	249	Boulerot.	196	Capelan.
Alauda.	Aulopius.	434	Bogyrus.	434	Cantharus.
Albores.	Aurata vel orata.	115	Boops.	136	Capidolio.
Alofa.	Αλωπηξ & αλωπηκias.	387	Auricol. 179. &	234	427
Αλωπηξ & αλωπηκias.	Auxides.	242	Borrugat.	133	Carabo.
Αλφειτης & αλφειτης.	Azio.	373	Bougnette.	332	Carlinoto.
Αλφειτης & αλφειτης.	B		Bout.	425	Caramotē. 547. 549
Amia.	Βάκχοι.	259	Bichè.	252	Carlino.
Anchoyes.	Balæna vera.	482	Buglossum.	320	Casseron.
Angel.	Balæna vulgò dicta.	475	Bruccho.	332	Castagnes de mer.
Αγνος.	Balista.	389	Caborz. 259. &	260	Castagno.
Anthias.	Barbue.	312	Cabotè.	296	Chat de mer.
Anthias niger.	Bastango.	332	Cagarel.	138	Claueladè.
Anthi. αλωπος.	Bastanago.	ibid.	Calamar.	507	Crangon.
Anth. αργυρος.	ibid.		Καλιόυμης.	329	Catto rochiero.
Aper.	Βάραχος αλιδς.	363	Καλιόυμης.	305	Cauallo.
Apolectus.	Brame de mer.	116	Καλλιχης.	189	Kawliwa.
Aphyamugilū.	Brancha.	553			

INDEX ET NOMINA

Centrina. 384	Cothi. 196	Emiffolè. 373	Glaucus. 252
Cero. 177	Coulac. 221	Encraficholi. 211	Glaucus. 254. & 255
Κέφαλος. 258. & 260	Chromis. 152	Εγγεδαλφς. ibid.	Glangio. 508
Κέφα. 224	Clupea. 221	Erango. 338	Grampella. 561
Κεσπεύς. 259. & 262	Cubaseau. 528	Erizo di mar. 577	Granci porroni. 560
Cercurus. 434	Cul d'afne. ibid.	Erythricus. 144	Gerres. 139
Cheurettes. 549	D	Erythrinus. ibid.	Gerruli. 141
Χελιδών. 284	Daina. 133	Ε'χαρος. 322	Γραψάος. 536
Χελιδες. 259	Dascillus. 434	Εσπαυλας. 483	Gibbar. 482
Creac. 413	Dauphin. 459	Estourgeon. 413	Giroli. 141
Creac de buch. 368	Daurée. 116	Ε'ψήτοι. 215	Girella. 180
Cremys. 152	Dourée. 329	Etelis. 434	Gritta. 561
Cicada. 546	Draco. 301	Exocætus. 193	Goberge. 279
Κηκίς. 177	Dracunculus. 304	F	Gobi. 196
Citula. 329	De la santé. 549	Faber. 328	Gobius. ibid.
Κίχλη. 174	Δελφίς vel δελφιν. 459	Falco. 338	Gobius niger. 200
Cicharou. 233	Δελφινίσκος. ibid.	Flambo. 326	Gobius albus. ibi.
Citharusflauus. 315	Dentalè. 150	Flascopsaro. 419	Γόγγος. 394
Citharus. 314	Derbio. 252	Flauus cancer. 566	Γυαλίδια. 129
Xiphias. 251	Doradè. 115	Ferraza. 338	Glorienfè. 338
Chien de mer. 373	Doradè. 115	Ferraza. 332	Gronau. 298
Χρυσόψαρος. 329	Dormiliousè. 358	Flettan. 325	Grus. 431
Χρυσόσφυς. 115	Doulcins. 577	Flez. 319	H
Cybium. 244	Donzella. 180	Fiatola. 257	Halachia. 221
Cynodexia. 434	Donzelle. 397	Filat. 394	Halec. 138
Cynoglossum. 323	Dromones. 496	Fumado. 344	Halecula. ibid.
Cynops. 434	Durdo. 129	G	Halecularius pi-
Κολιδός. 235	E	Gaian. 178	fcis. ibid.
Κολιδόνα. 528	Echeneis. 401. 436	Gaideropfaro. 281	Halefurius. 434
Coliart. 346	Echinus ouar. 578	Galanas. 451	Hareng. 222
Conger. 394	Echin ⁹ paruus. 582	Galea piscis. 282	Harengades. 141
Congre. ibid.	Echinus. 577	Gal. 329	Hepatus. 147
Corbau. 129	Echinometra. 581	Γαλειοί. 372	Heracleotici. 563
Cordylæ. 242	Egrefin. 277	Galeus læuis. 375	Hippoglossū. 325
Coracinus. 128	Elacatenc. 432	Galeus glauc ⁹ . 378	Hippurus. 255
Κόραξ. 296	Ε'λεδώνη. 510	Galerita. 204	Hirundo. 284
Cornetz. 507	Eleginus. 434	Gallinè. 287	Hyæna. 495
Κόρις. 322	Eleotris. ibid.	Gallus marin. 328	Horæa. 244
Κόκκυξ. 287	Eleno. 347	Gambaro di mare. 547	Humanthin. 384
Corp. 129	Elephanti. 495	I	
Coruo. ibid.	Elops. 430	Garom. 141	Iau. 329
Κότιφος. 172	Emys. 444. & 451	Gascon. 233	Iblada. 126
			Icht

PISCIVM.

Ichthyocolla. 281	Liche. 254	Mænola. ibid.	Muco. 265
Ιέρπεξ. 297	Limande. 319	Mæotes. 434	Mugil. 258. & 262
Ημερογίτης. 206	Limaria. 245	Maigre. 133	Mugil niger. 423
Ημίμπος. 129	Limosa. ibid.	Meiane. 116	Mugil alatus. 267
Imbrago. 295. 296	Linguata. 320	Melandrya. 244	Mulli. 288
Ιωίσκος. 115	Liparis. 272	Melanderinus. 127	Mullus imb. 295
Iulis. 180	Linda. 344	Melanurus. 126	Mullus barbatus. 290
Iusle. 138	Λυγίσκος. 211	Melanthim. 495	Mullus asper. 296
Turpena. 434	Lyra. 298	Melet. 216	Muræna. 402
Υ'κκως. 144	Locusta. 536	Melys. 434	Muræna fluuiali-
L	Loligo magna. 506	Membrades. 220	lis. 401
Λάβραξ. 268	Loligo parua. 508	Mendole. 138	Mus marinus. 450
Lacertus peregrinus. 428	Lopida. 254	Menestrier. 178	Musculus. 475
Lacert. 304	Loup. 269	Meerigel. 577	Muschebout. 279
Lacerto. 234	Louuazze. 268	Merlan. 276	Mustella. 281. 400
Lacciza. 332	Lubin. ibid.	Merula. 172	Mustelli. 372
Lamia. 390	Lucerna. 297	Merlus. 273	N
Lamiola. 377. 393	Lumbricus mari-	Migranes. 577	Nafello. 273
Lampetra. 398	nus. 399	Milandre. 377	Næpæn. 358
Lamproye. ibid.	Luna. 424	Milwago. 297	Nautilus siue nau-
Langouste. 536	Lupasson. 269	Miluus. ibid.	ticus. 510
Langoustin. 547	Lupasso. 268	Μηλοπόπιος. 133	Nέβειοι. 380
Lanchrina. 536	Lupo. ibid.	Μήκων. 434	Nigr oyl. 126
Latipes cancer. 565	M	Miraillet. 349	Nήγης. 259
Latus. 135	Malarimat. 299	Mylli. 129	Nurseeis. 306
Latharina. 216	Maltha. 393	Μυστήκτος. 476	Nouacula. 146
Λεβίης. 147	Manatus. 490	Mythus. 434	O
Lebre de mar. 204	Μάοτις. 551	Μύζοες, μύζινοι, μύ-	Oblado. 126
Lechia. 252	Maquereaubastard 233	ζοες. 259. & 265	Orca. 483
Λήδαλος. 344	Maquereau. 234	Molè. 186. & 425.	Organo. 298
Λόκιος. 258	Maraxus. 490	Molè bout. 425	Orthroroniscus. 424
Λόχομαίης. 141	Marino piscatore. 363	Molere. 186	Ο'ζαυα. 510
Leo. 542	Marmoratus can-	Morme. 153	Orbis muricatus
Leopard. 279	cer. 566	Mormillo. ibid.	seu echinat ⁹ . 421
Leoninum mon-	strum. 491	Mormyrus. ibid.	Orbis. 419
strum. 491	Marmo. 153	Morrude. 287	Orbis scutat ⁹ . 420
Lentillat. 376	Marsouin. 474	Morue vel malua. 280	Ochiarella vel ocu-
Lentillade. 347	Mæx. 560	latella. 358	
Lepus marinus. 520. & 526	Mænidion. 138	Morbuel. ibid.	Ochiado. 126
Libella. 389	Mænis. ibid.	Mourene. 402	Ουίς. 164

INDEX ET NOMINA

Όνισχι.	259	Peis mular.	475	Porc de mer.	384	Rascasse.	201
Ophidion.	397	Peis limo.	389	Porcelleto.	413	Rascasses.	577
Orphies.	228	Peis spaso.	387	Porroni.	560	Raspecon.	306
Orphus.	157	Peis iouziou.	ibid.	Poulpè.	510	Ratepenade.	285
Orcynus.	249	Peis esfase.	251	Pourpe.	ibid.	Remora.	436
Orcynus.	242	Πέρκη & πέρκεις.	182	Phocæna.	473	Renard.	384
Όσμυλιας.	510	Περαίας.	260.	Pholis.	206	Reuerfus.	435
Όσμυλος.	ibid.	Perofa rafa,	347	Φάκη.	453	Rhacinus.	434
Όλόστεος.	300	Perlon.	287	Πλάτες.	259	Ρίνη.	367
Όνος & όνισκος.	272	Perroquet.	176	Πρόβαλα.	495	Ρώβαλος.	370
Όνομάζοι.	434	Perche.	182	Pulex marinus.	573	Ρώδς.	118
Όζολος.	510	Perpeire.	324	Q		Rodè.	329
Oculata.	126	Perfeus.	429	Quadratulus.	318	Romb.	310
		Pesce martello.	389	R		Rometa.	352
Paganelli.	196	Pesce ratto.	338	Raia oculata aspe		Rondola.	267. &
Pagel.	144	Pesce moro.	281	ra.	351		284
Pagurus.	561	Pesce columbo.	373	Raia aspera.	356	Rouget.	287
Pagrus & phagrus		Pesce spada.	251	Raia vndulata si-		Ronse.	354
142		Pesce molle.	276	ue cinerea.	346	Rospo.	338
Pal.	377	Petrofa.	353	Raia læuis.	344	Rota.	496
Pansar.	312	Picarel.	141	Raia altera claua-		Rhomboides.	313
Panthera.	495	Pigo.	248	ta.	354	Rhombus.	310
Pardalis.	ibid.	Piscis monachi ha		Raia oculata & le-		Rhòbus læuis.	312
Parus.	434	bitu.	492	uis.	349	Rouffette.	380
Passar.	312	Piscis facer.	189	Raia clauata.	353	Ruminalis.	433
Passer squamosus.		Piscis sancti Petri,		Raia asterias.	350	S	
319		329		Raia spinofa.	355	Salpa.	154
Passer,	316	Piscis episcopi ha-		Raia fullonica.		Salecoques.	549
Passeris tertia spe-		bitu.	494	356		Sames.	259
cies.	319	Phyca.	434	Raia asterias aspe-		Sardina.	217
Phagurus.	142	Φυκίς & φυκίον.	186	ra	352	Σαργίνος.	260
Phragolino.	144	Sphyræna.	224	Raia altera όξύρυγ		Sarginus.	124
Platistacus.	129	Physeter.	485	χος.	348	Sargo	122
Pastinaca.	332	Phytarus.	434	Raia όξύρυγχος.	347	Σαργος.	ibid.
Pastenago.	ibid.	Physfalus.	428	Raia asperrima.		Saucles.	216
Pastinaca scda.	338	Pristis.	487	357		Sauquene.	116
Pediculus mar.	576	Ρήτα.	310. & 316	Raiè estellée.	352	Saurel & sieurel.	233
Pelamys farda.		Polanda.	252	Raiè bouclée.	353	Saurus.	232
248.		Polè.	323	Rana piscatrix:		Σαρπος αλόδος.	164.
Pelamys.	242. 245	Polypus.	510	363.		&	169
Πέλτης.	129	Pompili.	243	Ραφίς.	227	Σαρίταρος.	120
Peis rei.	133. & 135	Pompilus.	250	Rafon.	147	Sclauè.	138

Scan

PISCIVM.

Scaumè.	224	Σφιλωδς.	259	Testudo troglo-		Turfio siue tyrfio.	
Smaris.	140	Squilla cclata.	546	dytica.	452	474	
Spatagus.	580	Squilla gibba.	549	Testudo alba.	453	Turtur.	332
Spargoil.	119	Squilla lata.	545	Testudo Mercu-		Truceie.	529
Sparlo.	ibid.	Squilla parua.	550	rij.	450	V	
Sparailon.	ibid.	Squilles.	548	TΑθίς.	506	Varolo.	268
Σάρπος.	118	Squimado.	561	TΑγός.	506. & 508	Vastango.	332
Squaqua.	368	Solea.	320	Tremorize.	358	Veau de mer.	453
Squaranchon.	561	Solea oculata.	322	Tiburo.	489	Veirat.	234
Squatina.	367	Solea parua.	324	Thynnæa.	244	Vergadelles.	259
Seiche.	498	Solè.	320	Thynnades.	245	Vergo.	129
Σεϊπούρος.	145	Sopi.	498	Thynnus & thyn-		Vielle.	174. & 179
Sepiola.	519	Scolopax.	422	nis.	242. & 245	Vitulus maris o-	
Sepio.	498	Scolopendra ceta-		Trachurus.	233	ceani.	458
Serran.	183	cea.	488	Trachina.	301	Virulus marinus.	
Serpens.	409	Scomber.	234	Τράγος.	200. & 139	457	
Serpens rubescès.	410	Scorpxna.	201	Thrisfa & thratta		Uivella.	487
Seferinus.	257	Scorpius.	ibid.	& theta.	220	Uivè.	301
Spet & spetto.	224	Scorpeno.	ibid.	Τείλη.	288	Volador.	285
Simus.	434	Sfoia.	320	Triton.	245	Volant.	ibid.
Σιντία.	498	Stokfish.	155	Trompette.	229	Vmbra.	132
Synagris.	150	Stromateus.	157	Tronchou.	257	Umbrino.	133
Synodon.	ibid.	Subredaurade.	116	Τρυγών.	332	Vranoscopus.	305
Σικίονα.	133	Sturio.	413	Toilandalo.	389	Vræa.	244
Σκινίς.	134	T		Tonnine.	249	Vrena.	434
Σκίος.	133	Tænia fecúda.	327	Torpedo secunda		Vrfus.	564
Σκύλια.	380	Tænia.	326	& tertia.	362	Urfins.	577
Σκύλαρον.	554	Tanado.	120	Torpedo quarta.		Vrtica.	527. & 529
Σκύλαρο.	377	Tapecon.	306	363		& 530. & 531.	
Σκύμνοι.	380	Tarantella.	249	Torpedo.	358	Urtigo.	528
Σμύρος & μύρος.	407	Tarefranke.	338	Torpille.	ibid.	Vulpes.	387
Spigola.	268	Tareronde.	332	Tortues.	451	Z	
Spinax.	373	Thamna.	183	Tortugues.	ibid.	Zeehoont.	453
Sphyræna parua.	227	Teragus.	434	Tothena.	507	Zeus.	329
		Testudo cortica-		Turbot.	310	Zinzjn.	577
		ta.	445	Turdo.	184	Zύγομα.	372

FINIS.

L V G D V N I,
Excudebat Matthias Bonhomme.